




IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

VOLVMEN DVODECIMVM

IN QVO CONTINENTVR

LEONIS ALLATII DIATRIBA DE GEORGIIS ET EORVM SCRIPTIS ATQVE LIBRI VI. CAPITA QVATVOR PRIORA QVIBVS ENARRANTVR COLLECTIONES CANONVM VETERIS ECCLESIAE ET CONCILIORVM TAM VNIVERSALIVM QVAM PARTICVLARIVM NEC NON DE EPISTOLIS AC DECRETIS PONTIFICVM ROM. NOTITIA TRADITVR

ACCEDIT

SYNODICVM VETVS PRIDEM IN LVCEM DATVM

A

B. D. IOANNE PAPPO

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLESS

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.


HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCIX

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO-HAERTELIA.





SVMME VENERABILI ET CELEBERRIMO

CHRIST. DAV. ANT. MARTINI

DOCTORI THEOLOGIAE CONSILIARIO SENATVS ECCLESIASTICI

ET ACADEMIAE

QVAE MONACHII SVB AVSPICIIS REGIIS FLORET

SOCIO ORDINARIO ETC.

FAVTORI ET AMICO PIE COLENDO

ATQVE

ILLVSTRI ET CELEBERRIMO

CHRIST. FRIDERICO GLÜCK

CONSILIARIO AVLICO ET I. V. DOCTORI AC PROFESSORI P. O. IN VNIVERSITATE LITTERARVM ERLANGENSI

COLLEGAE IVCVNDISSIMO ET AMICO VETERI

ATQVE CANDIDO

QVORVM

INSIGNI HVMANITATI LIBERALITATI AC DILIGENTIAE

HOC DVODECIMVM VOLVMEN

BIBLIOTHECAE GRAECAE

MVLTVM DEBET

ID

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D.

ET

TAMQVAM PIGNVS AMICITIAE GRATISSIMIQVE ANIMI

SACRVM

ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLESS.

PRAEFATIO.

Non mea culpa factum est, vt hoc volumen iusto serius prelo exiret: sed aliena, eaque grauia, impedimenta et temporis nostri calamitas retardarunt operas. Quidquid est, TE, L. B. vt hoc volumen, cuius confectio mihi, in historia canonum ecclesiasticorum et conciliorum antea minus versato, in primis molesta fuit nec adeo facilis, aequi bonique consulas, rogo oroque enixissime. Attamen, vt in capite *de Canonibus* plura, quae ad pleniorem illorum pertinerent cognitionem historiamque, adiicerem, fecit singularis humanitas atque eruditio cel. *Glückii,* collegae iucundissimi mihique amicissimi, qui in historia iuris canonici aeque ac ciuilis habitat, et me ad illud caput haud raro nec leuiter amplificandum, consiliis et libris, e quibus possem plura haurire, iuuit liberalissime. Ad caput *de conciliis*, tam vniuersalibus, quam particularibus, supplementis necessariis augendum mihi, quod valde dolui, multa deerant praesidia, cumprimis *Coleti* collectio atque *Mansii* tam sup-

plemen-

plementa conciliorum, quam amplissima illorum collectio: atque, quid mihi esset faciendum, diu haesitaram. Quum autem comperissem, Mansii amplissimam collectionem esse in bibliotheca ven. et cel. D. *Martini*, tum vniuersitatis litterarum Altdorfinae, in praesenti Academiae doctrinarum Monacensis ornamenti, atque Coleti Collectionem et Mansii supplementa conciliorum custodiri in bibliotheca publica Lipsiensi: confugi ad humanitatem cel. *Martini*, vt ex Mansii Collectione supplementa necessaria suppeditaret, et ad veterem amicitiam *Rosenmülleri*, V. C. et Professoris linguae arabicae in Musarum sede Lipsiensi, vt Coleti collectionem, Mansiique supplementa conciliorum contenderet, et, quum ad corrigenda huius quoque voluminis Fabriciani peccata typographica operam more sueto et laudabili conferat, ea, quae necessaria viderentur, enotaret atque adiiceret. Atque, quod ego cum significatione gratissimi animi profiteor, vterque precibus meis adnuit, eorumque singulari diligentiae et sollertiae lector egregias maximeque necessarias debet accessiones. Quod ego in meis adnotationibus ad vtrumque caput multa loca ex Mansii collectione ac supplementis citaui, ea, vti iam partim ad pag. 558. fassus sum, ducibus *Fuchsio* in: *Bibliothek der Kirchenversammlungen des IV. vnd V. Jahrhunderts*, et praesertim *Walchio*, Theologo quondam Göttingensi, in: *Entwurf einer vollständigen Historie der Kirchenversammlungen*, adscripsi. Atque ex Walchii libro, quem non omnes huius litterarum generis cupidi ad manus habent, aut legere atque conferre pos-

sunt,

funt, eorum, quae de Conciliis ac fynodis Hifpanicis, Britannicis aliisque addi debuerunt, et quae in *Wilkins*, *Aguirre* aliorumque collectionibus operibusque reperiuntur, commemorationem haud inutilem ingratamque fore arbitratus fum. Contra, ne moles libri nimis crefceret, et *Allatii* diatribam faepe contraxi, et in codicibus in quibus fingula concilia fynodique fingulae enarrentur aut memorentur, conquirendis et indicandis nolui tempus operamque perdere et obfcuram oftentare diligentiam, quam quidem haud paucis aeque moleftam ac mihi futuram effe iudicaui. Atque eadem cantilena quoties canenda mihi fuiffet! At tamen aliquoties, (ex. gr. ad pag. 558. aliisque ibi citatis locis,) haud paucos generatim laudaui codd. msstos, in quibus plura concilia, eorumque hiftoria aut decreta iunctim exarata leguntur, et quos ii, qui forfan non admodum multi erunt, quibus vero fingulorum conciliorum memoria, in codd. inueftiganda, neceffaria videbitur, confulent. Neque tamen peculiarium quorumdam conciliorum graecorum notitiam in codicibus obuiam omnino neglexi, fed hinc inde dedi. Enimuero plura aut copiofa fupplementa ad hiftoriam conciliorum, a Graecis non congregatorum, et decretorum, graece non fcriptorum, quippe quae ab inftituto noftro et bibliotheca graeca aliena videbantur, ftudiofe colligere atque confcribere dubitaui.

Fabricium enim in duobus illis capitibus de canonibus ecclefiafticis et conciliis permulta, quae ad Bibliothecam graecam haud

haud pertinerent, congessisse atque vberius explicuisse, haud negandum est. At quoniam et ille ipse in praefatione suum consilium declarauit; et quam grata multis fuerit Fabricii opera, vel ex eo intelligi potest, quod permulti VV. DD. ad haec capita Fabriciana ablegarunt lectores, tam ea, quae ad Graecos haud vnice spectant, quam *Synodicon vetus*, ad quod et ipse Fabricius deinceps in hoc capite, et alii VV. DD. infinitis paene locis prouocarunt, resecare nolui, veritus, ne in aliorum reprehensionem incurrerem. Ceterum cel. *Beckii*, qui more suo praeclara additamenta passim inseruit, et cel. *Rosenmülleri* diligentiam, ad plagellas a vitiis typographicis purgandas adhibitam, mecum praedicabis. TV vero, L. B. vale mihique faueas velim. Scr. Erlangae ipsis Nonis Nouembr. cIↃIↃcccix.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS. HARLESS.

I. A.

I. A. FABRICII PRAEFATIO

ad volumen XI. vet. edit.

Ex quatuor illis vel quinque argumentis, quae libro ſexto huius Bibliothecae graecae complecti conſtitueram, vt de Canonibus primum eccleſiae, et de Conciliis, deinde de Ictis Graecis Medicisque, nec non de ſuppoſititiis ac de collectionibus ſcriptorum graecorum iunctim editorum, quas hactenus non adtigiſſem, tractarem: in praeſenti tantum habes a me, quae de Canonum collectionibus et de Conciliis *) in ſtudioſorum vſus adnotare licuit, vbi veniam dabis, quod, Graeca tantum pollicitus, cetera etiam ob nexum, quem habent, et communem vtilitatem eodem ſtudio recenſenda, nec a Graecis diuellenda duxi, ſimulque etiam adtigi Epiſtolas pontificum **) et bullaria, ***) poenitentiales libellos, †) Capitularia item ††) imperatorum ac regum, aliaque, ſine quibus notitia Cano-

*) Ego vero id caput *de Conciliis* in praeſenti hoc volumine propter ſpatii anguſtias, et quia caput *de Georgiis* ex ſuperiore veteris editionis volumine repetendum et huic volumini nouae editionis praemittendum fuit, haud integrum reddere potui. *Harl.*

) p. 170. *) p. 180. †) p. 238. ††) p. 252. et (vet. ed.) 493. ſqq. p. 743. ſqq. ed. nou.

Canonum et Conciliorum parum integra videri poteſt. Indices ſcriptorum dedi in Gelaſium de Actis Concilii Nicaeni p. 590. et Gelaſium alterum de duabus Chriſti naturis p. 659. nec non in Iuſtiniani, imper. librum aduerſus Origenem p. 682. Breuiarium Liberati p. 685. et in decreta imperialia de cultu imaginum a Goldaſto edita pag. 739. *Synodicum* vero *vetus* D. Pappi, vtpote pleniſſimam de Conciliis ad Photii vsque aetatem ſynopſin, rariusque, niſi in voluminoſis operibus obuium, ſtudioſorum in gratiam pag. 360. integrum inſerui. Denique addidi egregii viri *Demetrii Procopii* Moſchopolitae iucundam, licet breuiorem fortaſſe, quam velles, notitiam de recentibus Graecis eruditis, *) Bucureſto nuper transmiſſam ad me beneficio Celſiſſimi Principis, cuius conſiliis, exemplo et generoſae benignitati longe plurium ingeniorum prouentum, vberiusque incrementum bonorum ſtudiorum et debet Graecia et debebit. Vale.

*) Hanc *Procopii* notitiam iam repoſui in vol. ſuperiore, XI. p. 521. ſqq. *Harl.*

INDEX

INDEX CAPITVM.

CAPVT

CAPVT IV.

AD IO. ALB. FABRICII

BIBLIOTHECAE GRAECAE

LIBRI QVINTI PARTEM SECVNDAM.

LEONIS ALLATII

de Georgiis et eorum scriptis diatriba, scripta a. CIↃIↃCXLIV. ***et ad editionem Parisiensem a.*** CIↃIↃCLI. ***cum notis, supplemento et indice olim recusa, curante I. A. Fabricio, et subiuncta vol. X. vet. edit. nunc a me hinc inde in compendium redacta.*** [a]) ***Harl.***

GEORGII nomen ante Christum, quod ipse adnotarim, neque cognitum, neque in vsu:[b]) post Christum frequentissimum fuit. Quamuis enim ab *Athenaeo* lib. 15.[c]) GEORGVS quidam περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν, *de sacrificiis Rhodiacis:* καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα, παιάν ἐστιν, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. Ἔχει γὰρ τὸ ἰὴ παιὰν ἐπιφθεγγόμενον, ὥς φησι Γεωργὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν. *Carmen, quod in Ptolemaeum primum Aegypti regem conscriptum est, et Rhodii canunt, Paean est, quum habeat repetita* ἰὴ παιὰν, *vt ait Georgus in opere de sacrificiis Rhodiacis:* Georgius tamen non fuit. Immo nec Georgus, sed, si me non fallit suspicio, *Gorgon,* qui Hesychio teste de Rhodiacis sacrificiis scripsit, in voce Καταρριπτίτης, et in Ἐπιπολιαῖος. Quem eumdem esse cum supe-

a) Sub finem praefat. ad vol. XI. iam et consilium, cur laborem diatribamque Allatii contraherem, aperui, et rationem, quam sequuturus sim, satis, credo, declaraui. Accedit, quod eadem diatriba etiam recusa est in *Corpore Byzantino,* tom. II. vol. XII. ed. Venet. post *Georgii Acropolitae* Chronicon. *Harl.*

b) Georgi, Asiae populi, ab agrorum cultu ita dicti, de quibus Mela lib. 1. c. 2. *Super Amazonas et Hyperboreos, Cimmerii, Cissianti, Achaei, Georgi, Moschi.* Et lib. 2. cap. 1. *Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atque, vt illa durant, ita diu statam sedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros.* Meminit et Plinius VI. 13. hist. licet alii codices *Georgi* legant, alii *Georgili.* Hodie Georgia siue Georgiana, *Gurgustan,* paret Persis, et multos habet Christianos, cum Armeniis et Graecis in religione magnam partem conspirantes. [Nunc Russis paret.]

c) p. 697. Georgum etiam vocat *Io. Meursius* lib. 1. de Rhodo p. 51.

ſuperiori nullus dubito. Dictum confirmatur ex ſcholiaſta Pindari Ode ſeptima in Diagoram, Rhodium pugilem, ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι Γόργων ἐν τῷ τῆς Σεληναίας Ἀθήνας ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν. *Odam hanc appenſam fuiſſe narrat Gorgon in templo Selenaeae Minervae aureis literis.* De GORGO [d]) etiam, Alexandri magni peritiſſimo artifice, et rerum metallicarum callentiſſimo, vide *Strabonem* lib. 15. et *Caſaubonum* comment. in eumdem lib. 9. [e]) vbi Gorgi nomen in Strabone ſubſtituit pag. 142. Sed de his, aiebat ille, doctorum eſto iudicium. De GORGO MESSENIO, opibus ac generis ſplendore Meſſeniorum nulli ſecundo, formae dignitate et exteriori cultu et coronarum numero in ipſa adoleſcentia omnium, qui in ludis gymnicis decertabant, celeberrimo, et poſt certamina in reipublicae negotiis ac patriae adminiſtratione non minori ac ante gloria incumbente, vide excerpta Polybii [f]) Valeſiana p. 12. Ingratus ipſe in lares domeſticos, et ſanctiſſimum parentum cultum iniuriis dicerer, ſi, dum de GORGO ago, GORGORVM patris et filii pietatem, aeternitate dignam, ex Diodori excerptis [g]) non adſcriberem. ὅτι ἦν τις Γοργὸς Μοργαντῖνος ἐπικαλέμενος Κάμβαλος πλέτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων, ὃς ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, καὶ περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν, ἔφευγε πεζὸς τὴν πόλιν. ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γοργϋ, τῦ τύτυ πατρὸς ἐφ᾽ ἵππυ, καὶ καθαλλομένυ, καὶ παραδιδόντος τὸν ἵππον, ὅπως ἐφαλλόμενος ἀφιππεύσῃ πρὸς τὴν πόλιν. ὔθ᾽ ὁ παῖς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν τῆς τῦ πατρὸς προέκρινεν, ὔθ᾽ ὁ πατὴρ προσεδέχετο τῷ τῦ τέκνυ θανάτῳ διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. δεομένων δὲ ἀλλήλων μετὰ δακρύων, καὶ διαφιλοτιμυμένων ὑπὲρ εὐσεβείας τε καὶ φιλοστοργίας, σύγκρισίν τε λαμβάνοντος ἤθυς φιλοτέκνυ πρὸς τρόπον φιλοπάτορα, συνέβη τὺς λῃστὰς ἐπιφανέντας, ἀμφοτέρυς ἀνελεῖν. *Gorgus erat Murgantinus, cognomento Cambalus, vir opibus et gloria ciuitatis ſuae princeps. Hic venatum egreſſus, cum in latronum manus incidiſſet, curſu in oppidum contendere coepit: cui quum forte Gorgus pater, equo vectus obuiam occurriſſet, ſtatimque equo deſiliens filium hortaretur, vt equo inſcenſo protinus ſe in urbem abripere vellet, neque filius ſalutem ſuam patris incolumitati praeverti paſſus eſt, neque pater, occiſo filio, ſupereſſe ſuſtinuit: proinde quum alter alterum flens oraret, ac pietate inter ſe certarent, commiſſo paterno amore cum filii caritate, interim latrones vtrumque aſſecuti confoderunt.* Nunc ad *Georgios* orationem conuertamus.

II. Nomen, inquam, poſt Chriſtum Chriſtianis omnibus, vel [P] propter euangelicas agricolarum, cum quibus Chriſtus ſe comparat, parabolas, vel propter in eccleſia eximium, ac ſingulare Georgii, martyris [h]), certamen ſummopere excultum.

III. GEOR-

d) Γόργος ὁ μεταλλευτὴς *Straboni* XV. p. 700. [p. 1025. *A*. ed. Almelou.]

e) Pro verbis μεταλλεὺς τῆς Κρήτης ἀνὴρ χαλκιδεὺς Caſaubonus legit μεταλλευτὴς Γόργος κ. χ. lib. IX. p. 407. [p. 624. not. 1. ed. Almelou.]

f) Ex libro VII. hiſt.

g) In iisdem excerptis Valeſianis ſiue Peireſcianis p. 393.

h) De hoc Georgio, martyre celeberrimo, qui in Diocletiani perſequutione martyrium Lyddae in Palaeſtina ſubiit, varia Graecorum ſcripta memoraui volum. X. p. 229. ſqq. [add. *Lambec.* IV. p. 290. ſqq. nr. 7. et 8. et vol. VIII. p. 210.] De eodem *Cangius* ad Alexiadem p. 373. *Hottinger.* hiſt. oriental p. 150 ſeq. *Matthias Frid. Beckius* ad Ephemerides Perſicas p. 70. ſeq. *Io. Seldenus* de titulis honorum II. p. 552. ſeq. Surius et Acta Sanctor. 23 April. T. 3 p 347. p. 100. ſeqq. *Theoph. Raynaudus* in S. Georgio Cappadoce megalomartyre tom. VIII. opp. p. 335. ſeqq. vbi etiam de aliis Georgiis, martyribus, p. 347. ſeq.

III. GEORGIVS primum PRESBYTER ALEXANDRINVS,[i] deinde LAODICENVS episcopus,[k] partes Arianas sequutus, et dicto et scripto contra catholicos haereticorum caussam acerrime tutatus est. *Georgius vero*, scribit Athanasius lib. de Synodis Arianorum, *qui nunc Laodiceae est, et per id tempus presbyter Alexandrinus erat, et Antiochiae commorabatur, ita ad Alexandrum episcopum scripsit: Conquereris de Ario, cum dicit, erat, quando non erat filius. Certe Esaias filius fuit Amos, Amosque prius fuit, quam gigneretur Esaias.* Interfuit cum reliquis Arianis Antiocheno concilio[l], ab Eusebio Nicomediensi coacto contra Athanasium. Nicephorus Callisti historiar. eccles. lib. 9. cap. 12. et 49. Et in electione Meletii patriarchae Antiocheni,[m] quum imperator Constantius, omnibus, qui dicendi facultate pollerent, mandasset, vt eam sententiam: *Dominus condidit me initio viarum suarum*, populo explicarent, notariique ad scribendum exercitati, cuiusque verba exciperent, primus omnium sui erroris virus euomuit. *Theodoretus* histor. ecclesiast. lib. 2. cap. 31. Postea[n] in Palaestina episcoporum ordine motus, in communionemque receptus a Cyrillo Hierosolymitano, in caussa fuit eidem Cyrillo, vt ab Acacio et Eudoxio episcopatu priuaretur. *Sozomenus* lib. 4. cap. 24. et ex eo *Nicephorus* lib. 9. cap. 46.

[P]. 2. Aëtii tamen Syri blasphemias, et Eudoxii Antiocheni,[o] *litteris* etiam datis ad *Ancyranum episcoporum conuentum* oppugnauit compressitque, ne tam libere saeuirent. Exemplum epistolae legitur apud Sozomenum historiae eccl. lib. 9. cap. 12. et Nicephorum lib. 9. cap. 36.

3. Scripsit *vitam*, quo cum familiarissime vixerat, *Eusebii Emiseni*,[p] Arianismi item propugnatoris. *Sozomenus* lib. 3. cap. 5. [6.] et *Nicephorus* lib. 9. cap. 5. ed. Paris. Erroris tamen ac falsitatis arguitur a Baronio non vno in loco.

4. Pro veritate etiam *contra Manichaeorum impia dogmata* editis voluminibus certauit, vt ex Heracliano episcopo Chalced. refert *Photius* in biblioth. cod. LXXXV. [v. supra vol. X. p. 705. et *Nicephorus* lib. 6. cap. 32. et ante hos *Theodoretus* Haeretic. fab. lib. 1.[q] in Manete, [P] et ante Theodoretum Epiphanius contra haereses[r] lib. 2. aduersus Manichaeos.

5. Geor-

i) Fabric. in indice de Georgiis, et supplement. ad hanc Allatii diatribam, ea, quae sequuntur, adiecit: „Quum de Georgiis, qui graece scripserunt, hanc diatribam Allatius concinnauerit, aliud plane institutum sectatus est M. *Ioachim Mantzelius*, Rostochiensis, scholae Parchimensis conrector, qui Gustrouiae a. 1712. 4. edidit schediasma *de Georgiis fama et eruditione claris*, in quo sub centum lemmatibus varia, quae curiosa ipsi visa sunt, de viris claris, recentis maxime aetatis, qui latine scripserunt vel germanice, et *Georgii* praenomine sunt vsi, adnotauit.“ *Harl.*

k) Ab a. 332. [conf. de hoc Georgio supra vol. IX. p. 293. et quos ibi citaui. *Harl.*]

l) Etiam Tyrio, aduersus eumdem S. Athanasium congregato a. 335. Antiochenum habitum a. 340. vel 341.

m) A. 361.

n) A. 361. vel 362.

o) Hinc inter ὁμοουσίοις praedicatores refertur a *Philostorgio* VIII. 17. Consule *Iac. Gothofredi* notas p. 353. seq. *Socratis* vero lib. 1. cap. 24. ὡς τῶν μισούντων τὸ ὁμοούσιον.

p) Ἐγκώμιον εἰς Εὐσέβιον vocat Socrates loco laudato, et quaedam ex illo adfert lib. 2. cap. 9. Confer, quae de Eusebio Emeseno dicta volum. VII. p. 412. sq.

q) Cap. 28.

r) Haeresi LXVI. 21.

5. Georgii quoque idem Theodoretus meminit in praefatione operis, ex quo, quemadmodum ex pluribus aliis, qui linguas suas aduersus falsum armarunt, Haereseon antiquas fabulas collegisse se scribit. Ex Theodoreto sua habuit Nicephorus, vt videre est.

6. Hunc Posseuinus vocauit Gregorium in Adparatu. An memoriae lapsu? In hisce nominibus scriptores saepissime errasse confudisseque personas, non quod solum vnum in aliud mutata status conditione iidem commutarunt, sed ex scriptorum etiam incuria, non Laodiceni, sed aliorum quoque exemplo infra ostendemus. Sane Gregorium in Laodiceno nullum inuenio.

IV. Eodem Laodiceni Georgii aeuo alter GEORGIVS CAPPADOX, s) vt Athanasius ad solitarios scribit, aerarii Constantinopolitani quaestor, et depeculator omnium, atque eo nomine profugus in *Alexandrinam* ecclesiam, Athanasio pulso, contra ius omne intrusus t) tutanda *Arianorum* haeresi, et flagitiosae vitae obscoenitate multo Laodiceno infamior viuebat; quamuis, num aliquid literis tradiderit, nondum compertum sit, antiquorum tamen tum exterorum, tum ecclesiasticorum monumentorum sedulus inquisitor, ex quibus non tenuem neque contemnendam, sed amplam et imperatoriis opibus parem bibliothecam erexit: plebis tandem infidae, quam ipse christianae sed suo commodo religioni addictus, ferro et vi laeserat, furore trucidatus, discerptus, igneque absumtus. Eum non suo, sed bibliothecae tantum nomine inter alios Georgios recensemus. Iulianus u) post huius viri necem Ecdicio Aegyti praefecto mandauit epist. 9. vt Georgii studio recollecta volumina omnia, quae in magna copia erant, compararet, et Porphyrio epist. 36. vt eam integram Antiochiam poenis etiam indictis transmitteret. [P] Epistolam Iuliani ad Porphyrium recenset etiam Suidas in Ἐπιςολὴ Ἰȣλιανȣ̃. Volumina Iulianus Antiochiam aduecta in Traiani fano, ab Adriano exstructo, pulcerrimo illo quidem, licet mole exiguo reposuit: ea non multo post improba Iouiani imperatoris desidia, mulierculis ignem supponentibus, ingenti reipublicae literariae damno exarserunt. Ioannes Antiochenus in excerptis Valesianis: v) et exactius Suidas in Iouiano: ὁ δὲ Ἰοβιανὸς ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτȣ̃ κινηθεὶς τὸν ὑπὸ Ἀδριανȣ̃ τȣ̃ βασιλέως κτισθέντα ναὸν χαριέςατον εἰς ἀποθέωσιν τȣ̃ πατρὸς Τραϊανȣ̃, παρὰ δὲ Ἰȣλιανȣ̃ καταςαθέντα βιβλιοθήκην, Εὐνȣ́χῳ τινὶ Θεοφίλῳ, κατέφλεξε σὺν πᾶσιν, οἷς εἶχε βιβλίοις, αὐτῶν τῶν παλλακίδων ὑφαπτȣσῶν μετὰ γέλωτος τὴν πυράν. *Iouianus ab vxore sua incitatus elegantissimum templum ab Adriano imperatore conditum ad patris Traiani consecrationem, et a Iuliano bibliothecam designatam Eunucho cuidam Theophilo, cremauit cum omnibus libris, quos habebat, ipsis concubinis cum risu pyram succendentibus.* De Georgio Alexan-

s) Cappadocem etiam alibi vocat Athanasius non vno in loco, etsi apud Epiphaniam Ciliciae oppidum natus traditur ab *Ammiano Marcellino* XXII. 11. conf. *Turrian.* Apologia pro canonibus apostolorum p. 88. sq.

t) Factum hoc a. 356. Deinde hic Georgius Alexandrinus episcopus Arianus a plebe tumultuante interfectus a. 362. Vide *Tillemontii* memorias hist. eccles. T. VIII. p. 160. et 209. sq. Ab aliis hunc quoque pro Georgio *Gregorium* dici videas, vt a Petauio ad Epiphanium p. 283.

u) Ad hunc quoque Georgium exstat epistola Iuliani VIII. et LIV. atque ad Alexandrinos qua eos de Georgio obtruncato increpat, X. quam habet etiam *Socrates* III. 3. et Nicephorus X, 7.

v) p. 846.

Alexandrino vide plura apud Gregorium Nazianzenum, oratione in laudem Athanasii, Epiphanium Haeresi 76. et alios Graecorum historicos.

V. Sub Honorio et Theodosio Augustis, et Barbae episcopatu [w]) Ariana secta paene exstincta ac funditus sublata, adiumentis praestantium [P] virorum Timothei ac Georgii renasci, ac denuo vires acquirere visa est. GEORGIVS a Barba presbyter designatur: humanioribus litteris adprime eruditus, semper prae manibus Platonis Aristotelisque volumina habuit; ideoque nonnullos admiratio subiit, quomodo hic Arianae sectae addici potuerit, qui Platonis sequeretur doctrinam, qui secundam et tertiam caussam initium substantiae accepisse negauit, ideoque Iustino martyri [x]) aliquam quoque notionem trinitatis habuisse visus est. Nihilominus iste Georgius vna cum Timotheo in male sana et damnata haeresi perdurauit: licet sua doctrina voluminibus etiam editis Arii blasphemam sententiam repurgarint, et in melius sensim et clam traduxerint. Socrates lib. 7. cap. 6. πλὴν εἰ καὶ τῇ ἑαυτῶν ἐκκλησίᾳ παρέμειναν, ἀλλ' ὅμως τὴν Ἀρειανὴν θρησκείαν λεληθότως ἐπὶ τὸ κρεῖσσον μετέθεσαν. πολλὰς γὰρ τῶν Ἀρείου βλασφημιῶν ταῖς οἰκείαις διδασκαλίαις ἐξέβαλον. *At quamquam in sua ipsorum permanserunt ecclesia, tamen sectae Arianae opinionem pedetentim et ex occulto correxerunt: quippe eam sua doctrina multis Arii blasphemiis perpurgarunt.* Eadem habet [y]) Nicephorus Callisti lib. 14. cap. 13.

VI. GEORGIVS, cognomento PISIDES, magnae ecclesiae Constantinopolitanae diaconus, et chartophylax, [z]) tum soluta, tum iuncta oratione pleraque scripsisse dicitur. Quum Heraclius imperator in Persidem iturus, humi prostratus, supplex, illacrumansque opem Dei aduersus hostes atque impios deprecaretur, diuino numine percitus ac futura praeuidens, carminibus illis, quae refert Georgius Hamartolus, [aa]) et ex Hamartolo Cedrenus in historiae compendio, mirifice solatus est, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, Heraclius, μέλανα ὑποδήματα περιβαλλόμενος ηὔξατο, ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισσίδης μετὰ τῆς τοιαύτης ταπεινώσεως, ἔφη, ὦ βασιλεῦ,

[P] Μελαμβαφὲς πέδιλον εἰλήσας ποδός,
Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

Et ingressus ecclesiam, et nigris calceis indutus orauit, quem ita animo demisso videns Georgius Pissida dixit, o imperator, nigrum calceum conuoluens pedibus, rubefacies tinctum cruore Persico.

 2. Iambi

w) Barbae Arianae factionis episcopus CPolitanus post Dorotheum a. C. 407.

x) Iustinus hoc de Platone in cohortatione ad Graecos.

y) Confer Hist. tripartitam XI. 6.

z) Clarus circa a. c. 630. vt dixi volumine VIII. p. 612. sqq. §. XVI. vbi de Pisìde et eius scriptis, [et ego plura adscripsi. *Harl.*]

aa) De Hamartoli chronico adhuc inedito infra p. 329. *Cedreni* locus est p. 357.

2. Iambi illius *in Exahemeron* graece cum selectis Gregorii Nazianzeni carminibus, et Synesianis hymnis Romae sub *Cyrilli*, patriarchae Alexandrini, nomine typis vulgati sunt, apud Franciscum Zannetum in 8vo anno 1590. [bb])

[¶] 3. Eodem iambico metro Ioannis Philoponi, et sectatorum haeresim oppugnauit. [sed dissentit *Fabric.* l. c. p. 617.]

[¶] 4. Ex *Heracliade*, [cc]) quod vnum opus fuisse videtur [dd]) cum eo, *εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον*, *de Persico Bello*, desumta sunt, quae refert Ioannes Tzetzes Chiliad. 3. histor. 66. vbi et octo iambos illius [ee]) producit, qui more illius poetae elegantissimi sunt.

5. Eodem auctore, Anastasii, martyris [ff]), vita exstabat in bibliotheca Antonii Augustini cod. LXI.

6. Posseuinus scribit, Pisidem de gestis imperatorum Constantinopolitanorum [gg]) adseruari in bibliotheca Vallicellana, quam tamen licet anxie perquisiuerim, saepeque indicem, et potissimam librorum partem peruoluerim, ad hunc tamen diem nusquam tale opus occurrit. O vtinam, quod non credo, esset. Errorem inde natum existimo. Nam, qui librorum graecorum indicem confecit, quum in cod. bibl. CXII. antiquo satis et optimae notae historiam de imperatoribus Constantinopolitanis in principio reperisset, eam tamen ἀκέφαλον plurimarum paginarum amissione, quam postea opus in Exahemeron Georgii Pisidae excipiebat, quum non aduertisset historiam primam de imperatoribus, Constantini Manassae Synopsin esse, eam Georgio Pisidae, sequentis operis auctori, sed oscitanter nimis donauit, et rerum harum anxiis fucum fecit. Pisidae testimonio vsi sunt Isaacus Tzetzes in Cassandram Lycophronis, Suidas saepissime, et alii.

[¶] 7. An postea in episcopatum Nicomediensem promotus idem cum Georgio Nicomediensi fuerit, cui plures, nec illaudabiles orationes panegyricae [hh]) tribuuntur, in dubium,

bb) De codd. et editt. iam, quae necessaria scitu essent, adfatim disputata sunt, supra in vol. VIII. cit. p. 612. sq. ideo, quae Allatius protulerat, h. l. resecui. De cod. *Bauar.* CLXXXIX. in quo exstant Pisidae iambi s. *στίχοι ἰαμβικοὶ εἰς τὰς ἓξ ἡμέρας τῆς κοσμουργίας*, vid. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 12. p. 39. sq. *Harl.*

cc) Meminit Suidas in *Νυμφίος* et *Γεώργιος*. *Harl.*

dd) Imo diuersum. [v. *Fabric.* l. c. p. 616. nr. 4. et 5. et 6.

ee) Septem iambi, quos ibi legas, non sunt Pisidae, sed Tzetzae et ipsius:

Οἱ χρονικοὶ ταῦτα φασὶ, καὶ σὺν αὐτοῖς Πισίδης,
Βουλήθην δὲ κἀγὼ καὶ αὐτὸς τοῦ ἐκείνου ἐκείνου,
Ἰάμβοις γράψαι εἰς τὸ νῦν ὧν τοὺς πολλοὺς ἐάσω,
Τοὺς δὲ ἐντεῦθεν λέξομαι κλέμμα σοι γεγονότας.

Deinde iambi ipsi sequuntur.

ff) Intellige Anastasium Persam, de quo Surius et Acta Sanctor. 22. Ianuar. [v. *Fabr.* l. c. p. 616. nr. 7.]

gg) Chronicon a Georgio Piside et Cyrillo decerptum ex codice bibl. colleg. Annaei Aug. Vindel. legisse se profitetur Raderus praef. ad Chronicon Alexandrinum, quod et ipsum ad Pisidam velut auctorem, sed parum certa coniectura referebat vir summus, I. Vsserius. [sed v. supra, vol. VII. p. 449. sqq. p. 472. sqq. ac de edit. p. 532. sub fin. *Harl.*]

hh) De his infra p. 312. seq. ed. Paris. [et add. supra ad vol. VIII. p. 619. not. *l.*]

bium, nec immerito, verti poterit. Alium tamen hunc a Nicomedienſe Georgio, qui temporibus Photii, Photio ipſi operam nauarat ſuam in Photiana ſynodo, annorum ipſa ſpatia abunde probant: a Sergio enim patriarcha, cui in Exahemeron opus inſcripſit, ad Photiana tempora anni ducenti et quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomedienſis epiſcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. Et fuiſſe epiſcopum, illo forſan non male ſuaderi poſſumus. Nam oratio ii) in verba Ioannis, *ſtabant iuxta crucem Ieſu mater, et ſoror matris, etc.* cuius initium eſt, *πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος*, in manuſcriptis codicibus Georgio Nicomedienſi adſcripta, in codice alio manuſcripto, quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fuſior, ac multo amplior legitur, Piſſidae cognomen Georgio Nicomedienſi adiungit; ſic enim legit, *Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισσίδη*. Exſcriptoris lapſum, cui iſta non placuerint, in codice eſſe, et puerilem oſcitantiam, qualia multa in titulis praefigendis fieri amant, fatebitur. Non contra ibo. Immo lapſum concedo. *Πισσιδείας* namque, quum in exemplari, vt veriſimillimum eſt, legeretur, in Piſſidem ad pauca intentus exſcriptor transmutauit. Diuerſusque etiam eſt ab alio Georgio Piſſidae epiſcopo, cuius memoriam Graecorum faſti die 19. Aprilis celebrant, faſtu ac tyrannide iconomachorum martyre, quum hic Antiochiae Piſſidenae fuerit antiſtes. *οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν Εἰκονομάχων ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Ἀντιοχείας τῆς Πισσιδείας. Hic ſanctus ſub iconomachis viuebat, a pueritia Deo dicatus, et ob excellentem virtutem Antiochiae Piſſidiae epiſcopus eligitur.* In re tamen obſcuriſſima non diutius immorandum mihi eſſe cenſeo.

8. Piſſidae apud Graecos, et illius carminum tanta fuit aeſtimatio, vt plerique eum Euripidi comparare, multi anteponere non ſine animi contentione, lite etiam mota, praeſumſerint. Hinc Andronici Ducae frater Michaelem Pſellum interrogat, *τίς στιχίζει κρεῖττον, ὁ Εὐριπίδης, ἢ ὁ Πισσίδης; Quis melius carmen condit, Euripides ne, an Piſides?* Cui elegantiſſima, atque eruditiſſima, itemque longa epiſtola kk) inter alia de Piſſide, neque enim omnia referre opus eſt, ita Pſellus reſpondet: *τοῦτο δὲ παντὸς [?] ἕνεκα προκείσθω τοῦ λόγου, ὅτι τὰ μέτρα, καὶ εἰ ῥυθμοὶ ἑτερότητας μυρίας παρὰ τοῦ χρόνου ἐδέξαντο, καὶ οὔτε τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον τὴν ἀρχαίαν νῦν σώζει μεγαλοπρέπειαν, οὔτε ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις μέτροις ἵσταται, ἀλλὰ τῷ δακτυλικῷ καὶ σπονδαϊκῷ καὶ ἰθυφαλλικὰ μέτρα, καὶ ἰωνικαὶ συζυγίαι ἀναμεμίχαται· οὔτε τὸ ἰαμβικὸν μέτρον τὰς αὐτὰς ἀναπαύσεις, καὶ τοὺς αὐτοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τὴν αὐτὴν συνθήκην τοῖς προτέροις ἔχον προφαίνεται, ἀλλὰ θεατρικώτερον νῦν ἐστὶ, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήστρας ἀπηναισχύντηκεν, καὶ πάσης μὲν ὑπεράλλεται βάσεως, παντὸς δὲ ῥυθμοῦ ὑπερίπταται. καὶ μόνον νῦν ζηλωτὸν τὸ ἧττον τοῦ μέτρου, καὶ ἰαμβόκροτον. ἡ μέντοι τραγικὴ ποίησις διαφόροις τε ῥυθμοῖς κοσμουμένη, καὶ μέτρα ποικίλα λαμβάνουσα, οὐ πάντως ἐξορμεῖται τὰς ὑποθέσεις, οὐδ' ὑπεράλλεται, ἀλλ' ἔστι μὲν οὗ καὶ τοὺς εὐκρότους ἤχους ζηλοῖ, καὶ τὴν ποδικὴν εὐρυθμίαν προκρίνει, καὶ τοῦ λόγου τὰς ἐμμέτρους συζυγίας ἀσπάζεται. ὅπῃ δὲ δόξει τῷ ποιητῇ μεταβάλλει τε τοῦ τόνου, καὶ τὸν ῥυθμὸν ἐξαλλάττει, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὴν ἁρπάζει ὁ ῥυθμὸς, ποτὲ δὲ βαίνει ἐπὶ τρισυλλάβου, ἢ τετρασυλλάβου τῆς*

ii) De hac infra, p. 313.

kk) Videtur haec fuiſſe inter illas circiter XXXIII. Pſelli epiſtolas adhuc ineditas, quas memorat Allatius de Pſellis c. LXVIII.

τῆς βάσεως. *Hoc vero ante omnia sermoni praeponendum est: Metra nempe, rhythmosque ab ipso tempore innumeras variationes accepisse; metrum heroicum antiquam hoc aeuo neque seruare magnificentiam, neque in exquisitissima metrorum regula consistere, sed dactylico et spondaico, ithyphallica metra et iambicas combinationes immisceri; pari modo iambicum metrum easdem pausas, earumque rhythmos, eamdemque compositionem, quibus veteres vtebantur, non continere; sed illud nunc temporis theatris magis accommodatum, ac velut in orchestra inuerecunde tripudians omnem basem transilit, et omnem rhythmum superuolat, tantum nunc carmen illud imitari studemus, quod subsiliat, et vt solet iambicum perstrepat. Tragica autem poesis diuersis exornata rhythmis, et carminum vario genere constans non semper extra materiam diuagatur, neque subsaltat, sed nunc bene sonantes tonos aemulatur, et pedum accuratum rhythmum praeponit, beneque commensuratas sermonis combinationes amplectitur: vbi vero id visum poëtae fuerit, tonum immutat, et rhythmum variat: et nunc quidem rapitur a rhythmo, nunc vero super trisyllaba, aut tetrasyllaba basi graditur.* His praesuppositis Psellus postmodum dictione, formaque carminum, ac figuris Euripidis examinatis, iudicium suum de Piside subnectit: ὁ δ' ἐκ Πισσιδείας σοφὸς οἶμαι τῆς ἐλάττονος Ἀντιοχείας, ποιητὴς μὲν οὐκ ἔστιν ἐπῶν, ἓν δὲ ζηλώσας γένος μέτρου τὸ ἰαμβικὸν, φημὶ δὴ τὸ ἀρχαῖον, καὶ μονομερὲς, καὶ περὶ τοῦτο τὰ πλεῖστα πραγματευσάμενος, ποικίλλει μὲν οὐδαμοῦ τὴν ποίησιν. Et: ἐν πᾶσι δὲ ἀβίαστος αὐτῷ ἡ ἁρμονία, ὥσπερ οὐκ ἐνθυμουμένῳ, οὔτε τὰ νοήματα, οὔτε τὰ ῥήματα, ἀλλ' ἀναγινώσκοντι ταῦτα προκείμενα, ἑλληνικά τε αὐτῷ τὰ ὀνόματα ξύμπαντα, καὶ μετὰ τοῦ μεγαλοπρεποῦς εὔηχα. [P] εἰ δὲ τροπῆς ἅψοιτο, εἴτε τῆς ἐν παιδιαῖς, καὶ ἐν χάρισιν, εἴτε τῆς ἐν σεμνότητι, οὕτω δὴ προβιβάζει τῷ λόγῳ τὰ μεμετρημένα, καὶ οὕτως οἰκείως τίθησιν, ὡς μὴ δοκεῖν τὶ παραφθείρειν τὴν ἑτέραν ὑπόθεσιν, ἀφ' ἧς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὡρμήθη. νόσημα γοῦν εἰπὼν ἐν τῷ λόγῳ, εὐθὺς τὴν ἰατρικὴν πᾶσαν ἐπισυναιρεῖ, μήτε τῶν αἰτίων φειδόμενος, μήτε τῶν, οἷς θεραπεύεται τὰ νοσήματα. κἂν σειρὰν οὐρανόθεν ἐξαρτύσῃ, καί τινας δυνάμεις ταύτης ἐξάψῃ, εὐθὺς οἱ δεσμοὶ, καὶ τὰ ἐξαρτύματα, καὶ ὅσα τῆς ἀκρότητος, καὶ ὅσα τοῦ ἀκροτελεύτου τῆς χαλαρᾶς ἐκείνης ἁλύσεως. κἂν τὰς ὥρας συναγάγῃ, καὶ συνελίξῃ, ὡς ἐν χορῷ, βαβαὶ τῆς τῶν χειρῶν ἀντεπιβολῆς, καὶ τοῦ κύκλου, καὶ τῆς λέξεως, καὶ τῆς περιόδου, καὶ τοῦ ἐπῳδοῦ, καὶ τῆς στροφῆς, καὶ τῆς ἀντιστροφῆς, καὶ τῆς κινήσεως. εἰ δὲ καὶ θεατρίζειν αἱροῖτο τὸν λόγον, καὶ τετράπωλον τὴν συνθήκην ἐρεῖ τῶν ὡρῶν. πόσα μὲν περὶ ἡνιόχων φθέγγεται, καὶ τῆς ἀρίστης ἡνιοχήσεως; πόσα δὲ περὶ ζυγῶν καὶ τροχῶν, καὶ χοινικίδων; ὁποῖαι δὲ αὐτῷ αἱ πλῆμναι, καὶ αἱ τῶν τροχῶν ἁψῖδες, τά τε ἱππεῖα φάλαρα, καὶ φρυάγματα; καταβαίνει δὲ ὁ λόγος αὐτῷ καὶ μέχρι τῶν τελευταίων τῆς τέχνης, καὶ περὶ ἃ οὐδὲ αὐτοὶ ἐποίειν οἱ τὴν τέχνην πραγματευόμενοι. εἰ δὲ καὶ φάλαγγας ἀλλήλας φήσειεν, εὕροις ἂν ἐκεῖσε τὴν ἱππικὴν ἅπασάν, καὶ πεζικὴν σύνταξιν, τοὺς δορυφόρους, τοὺς ἀκοντιστὰς, τοὺς τοξότας, τὸν ἐναμοτίαν, τὸν ἡμιλοχίτην, τὸν οὐραγὸν, τὸν παραστάτην, τὸν ἐπιστάτην, καὶ ὥσπερ ἀπὸ σφενδόνης αὐτοῦ οἱ στίχοι ἅλλονται. *Ex Pissidia vero sapiens minoris Antiochiae, ni fallor, poeta quidem carminum non est, sed, quum vnum sibi carminum genus ad imitandum proposuisset, iambicum duntaxat, sed antiquum, et sortis vnius, et in illius curam maxime occupatus, nullo in loco poesim variat.* Et infra: *In omnibus harmoniam ambit minime coactam, ac si non tunc et sententias, et verba meditaretur, sed ante sibi posita percurreret. Graeca sunt vniuersa nomina, et non sine magnificentia sonora. Quod si aliquando tropo vsus fuerit, siue eo, qui in ludicris et venustis; siue eo, qui in grauitate est,*

est, ita carmina oratione concinnat, et ita proprie adcommodat, vt non externam materiam, ex qua in propriam adpellit, vitiare videatur. Morbum itaque si in oratione aliquando dixerit, illico et medicinam omnem interserit, neque a caussis edicendis abstinens, neque remedia, quibus morbi curantur, praeteriens. Si vero catenam a coelo meditatus fuerit, eiusque facultates aliquas addiderit, statim et vincula, et suspensiones, et quae summitates, et qui sunt fines illius laxatae catenae enunciat. Quod si horas in vnum reduxerit, et ad choream ducendam compulerit, papae! quae est manuum complicatio, et circulus, et dictio, et circuitio, et epodus, et strophe, et antistrophe, et motus? Quod si ueluti in theatro sese experiens orationem componat, et horas vna simul quadriga vehi dixerit, quanta [¶] *ille de aurigis, deque optima aurigatione pronunciat, quanta de iugis, rotis, et modiolis, quae ipsi sunt fistulae et rotarum apsides, equorum phalerae, atque hinnitus? Et oratio illius ad minutissima quaeque artis procedit, de quibus neque ii, qui artem illam callent et profitentur, dicere possent. Si phalangum mentio incidat, equitum vniuersam ac peditum seriem reperies, hastatos, iaculatores, sagittarios, decanum, hemilochitem, vragum, parastatem, epistatem, et tanquam a funda carmina illius exiliunt.* An quid aptius pingi potuit? Pisidae nobis carmina praeter pauca tempus inuidit, nihilominus cum Pselliana percurro, quantum in eo scribendi genere Pisides valuit, deprehendo.

VII. GEORGIVS NICOMEDIENSIS ll) multa scripsit. Orationum valde elegantium meminit Posseuinus, licet eum postea Gregorium nominet, fateaturque, scriptas reliquisse orationes panegyricas centum et septuaginta, et exstitisse Constantinopoli. Namque in bibliotheca patriarchae, *Georgii, metropolitae Nicomediae, orationes panegyricae valde pulchrae*; et in Cantacuzeni, *Georgii, metropolitae, liber panegyricas orationes complectens centum septuaginta*, recensetur. Sed quis non videt, exscriptoris incuria id factum, vt pro Georgio Gregorius irrepserit?

1. Quumque in nonnullis orationibus modo Georgii Nicomediensis, modo Georgii, chartophylacis, in diuersis codicibus profligatur: indicium non leue erit, eumdem esse Nicomediensem cum chartophylace; quod postea confirmauit codex perantiquus, in quo oratio illa in praesentationem Virginis legebatur, cuius illud est principium: *καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων*, in titulo namque praenotabatur: Γεωργίȣ Χαρτοφύλακος, τȣ̃ ὕστερον γεγονότος μητροπολίτȣ Νικομηδείας, *Georgii, chartophylacis, qui postea fuit metropolita Nicomediensis.*

[Quae scripserat, aut scripsisse dicitur, et ab *Allatio* paullo vberius recensentur, in compendium reducere iuuat, quod ea etiam maximam partem iam locis, a me citatis, a Fabricio memorata sunt. — Neque tamen ἀσύμβολος discedam.

2. Geor-

ll) Ad hunc Georgium Nicomediensem archiepiscopum ac metropolitam exstant Photii patriarchae epistolae plures, 84. 166. 210. 221. 224. 235. 243. 295. 296. 318. 580. Hinc patet, eum recte a *Cauco* [tom. II. hist. litter. SS. eccles. p. 63. et ab *Oudino* tom. II. commentar. de SS. eccles. col. 332. sq.] putari vixisse circa a. C. 880. male vero a Combefisio in auctario nouo confundi cum Georgio Piside et ad Heraclii tempora referri, quod deinde ipse agnouit Combefisius in bibl. concionatoria, [v. supra, vol. VIII. p. 613. not. i.] Hippolyto Maraccio autem indignatur, quod in Maria suo Georgium sanctum adpellasset.

2. Georgii, chartophylacis magnae ecclesiae, *encomium in deductionem Deiparae in templum eiusque consecrationem.* v. supra, vol. X. p. 279. Inc. Φαιδρὸν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς etc. In bibl. Vaticana, Antonii Augustini Veneta, in cod. *Naniano* CCCVIII. (v. cat. codd. gr. Nan. p. 522. nr. 23.) tribuitur Nicomediensi cum titulo εἰς τὰ εἰσόδια etc. *in ingressum deiparae, quum trimula in templum est deducta.* Eadem oratio est *Mosquae* in cod. synodalis bibl. CCLXXI. nr. 7. atque, sed cum inscriptione, quam Allatius sequenti orat. praefixit, ibid. in cod. CLXXI. nr. 22. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 169. et 103. — *Paris.* in vndecim codd. bibl. publicae exstat homilia in S. Deiparam, quando triennis templo reddita est: v. ind. ad cat. MSSt. regg. bibl. Paris. vol. II. p. XIV. *Oxon.* in bibl. Bodl. cod. Barocc. CLXXX. — in cod. *Bodlei.* MMD. sed in cat. MSSt. Angliae I. p. 129. initium non additur. Quare nescio, num haec sit, an sequens oratio: vtraque autem ibid. in cod. *Selden.* LIII. siue nr. 3383. dicti catal. Vulgauit gr. et lat. *Combefisius* in auctario nouo bibl. patrum, Paris. 1648. fol. pag. 1069. cum notis, et aliis huius Georgii oratt. et Combefisius Allatii codicem cum Mazariniano tertioque suo contulit. *Harl.*]

[F] 3. Eiusdem chartophylacis Encomium alterum in eamdem festiuitatem, εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὅτε ἀπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα ὑπὸ τῶν αὐτῆς γονέων. *In sanctissimam Deiparam, quando ad templum est triennis a parentibus suis deducta.* [mm]) Princip. καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχὰς ἡ παροῦσα πανήγυρις δείκνυσιν. [Vid. supra vol. X. p. 279. MSt. *Mediolani* in bibl. Ambros. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXI. nr. 6. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. I. p. 442. — in cod. *Nanian.* CCCVIII. nr. 25. — in codd. *Coislin.* CXLVI. et CCLXXIV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 212. et 388. vbi vero inter orationes scriptorum eccles.

mm) Dedit idem *Combefisius* ibid. pag. 1091. ac praeterea aliam homiliam eiusdem argumenti pag. 1113. [quae exstat sub nomine Georg. Nicom. *Venet.* in cod. Nanian. cit. CCCVIII. nr. 24. v. cat. mem. p. 522.] quae incipit: αἱ τῶν θείων πανηγύρεων ἐλλάμψεις. In bibl. Caesarea exstat etiam ineditum adhuc Georgii huius ἐγκώμιον εἰς τὸν προφήτην Ζαχαρίαν καὶ εἰς Ἐλισάβετ τὴν προφῆτιν, ὅτε συνέλαβεν Ἰωάννην τὸν πρόδρομον καὶ βαπτιστήν. *Encomium prophetae Zachariae et Elisabethae prophetidis, quando concepit Ioannem, prodromum et baptistam.* Incipit: ἀρχὴ τῷ κόσμῳ χαρᾶς τὰ πρὸς τὸν Ζαχαρίαν τοῦ Ἀγγέλου Γαβριὴλ Εὐαγγέλια, καὶ πρώτη πιστοῖς ἀγαλλίασις· τὸ τοῦ μεγάλου προδρόμου γενέθλιον ἤδη γὰρ etc. Vide *Lambec.* VIII. p. 222. [s. p. 472. sq. Kollar. in cod. XV. nr. 5. v. supra, vol. X. pag. 257. *Harl.*] Lambec. notat, Georgium hunc in MSS. codicibus non raro adpellari *Rhetorem*, Γεώργιος ἀρχιεπίσκοπος Νικομηδείας ὁ Ῥήτωρ. In bibl. *Coisliniana* Montfauconi [p. 388. cod. CCLXXIV. et] p. 423. [cod. CCCVII.] memoratur itidem inedita adhuc Georgii Nicomediensis homilia *in hypapantem.* Incipit: Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως ἡ ἀγγ. Georgium Nicomediensem metropolitam, *libro de traditionibus ecclesiae* laudat Nic. Comnenus Papadopoli in praenotionibus mystagog. pag. 398. *Fabr.* Num orat. *in depositionem pretiosae vestis Deiparae in Blachernis*, nostro Georgio, an Theodoro sit tribuenda, v. supra, vol. X. p. 285. sine nomine auctoris *Florent.* in cod. Laurent. XVII. nr. 55. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 419. qui eam tribuit Georgio nostro, et citat *Combefis.* auctar. nou. tom. II. p. 751. et 785. et Georg. Nicom. adscribitur in cod. bibl. publ. *Paris.* MCLXXVII. nr. 2. sec. cat. MSS. Par. bibl. — Diuersus est *Georgius rhetor* τῆς μητροπόλεως αὐτοῦ· qui graece reddidit *Richardi latini* librum contra Mohamed. (Μωάμεθ.) inc. πέρας εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου· et habet 17. capp. atque librum *contra Saracenos.* inc. οἱ σαρακηνοὶ λέγονται ἀγαρηνοὶ καὶ ἰσμαηλῖται· Mosquae in cod. synod. CCCXLVII. nr. 3. et 4. v. *Matthaei* not. cit. p. 224. *Harl.*

eccleſ. *in natiuitatem deiparae* habitas numeratur. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. codd. Barocc. CXCVII. et CCXXXIV. — ibid. in cod. Oliu. *Cromwell.* CIV. ſ. nr. 283. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. — *Moſquae* in cod. ſynod. CLXXI. nr. 23. et CLXXII. nr. 4. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Moſq. p. 103. et 104. *Harl.*]

4. *In haeſitationem Ioſephi et in virginem colloquium.* Princ. *καλὸς μὲν ὁ τῆς εὐπειθείας νόμος·* Exſtare in Vaticana, ait Poſſeuin. in indice bibl. Vaticanae.

5. Eiusdem Nicomedienſis oratio *in Deiparae natiuitatem*, quae incipit: *εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ σπαρτίῳ περιγράφεται θάλασσα.* [P] Edita eſt graeco-latine ſub nomine Germani, archiepiſcopi Conſtantinopolitani, interprete Andrea Schotto, in bibliotheca patrum graeco-latina tom. II. pag. 450. reclamant tamen codices antiquiſſimi, ſtilus et modus, et Georgio adſerunt. nn)

6. *In immaculatae Virginis in ſepulcro adſiſtentiam, et gratiarum actio pro glorioſa reſurrectione.* oo) P. *Φωνὴ ἀγαλλιάσεως προοιμιαζέτω σήμερον.* *Allat.* V. ſupra, vol. X. p. 282. vbi quoque excitatur alia *Georg. Nicom.* oratio in *adſiſtentiam Mariae ad crucem et ſepulcrum:* quae etiam exſtat *Vindob.* in cod. caeſar. XXXV. nr. 30. v. *Kollar.* ſupplem. ad Lambec. comm. I. p. 260. ſq. Prior, quae incipit *φωνὴ* etc. eſt Oxon. in cod. *Barocc.* CXCIX. — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. DXX. nr. 32. DCCVIII. nr. 2. DCCCLXXII. nr. 38. MDV. nr. 20. et MDXCV. nr. 26. ſed in catal. nullibi additur orationis principium. — Pariter a *Montfauc.* in diario ital. p. 365. ſimpliciter memoratur cod. *Florent.* monaſt. Adnuntiat. *Georg. Nicom. in S. Virginem. Harl.*

In Sanctos, et miraculorum patratores Coſmam et Damianum. pp) P. *τὴν σὴν, ὦ τῶν καλῶν ἐραστά, θαυμάζειν μετ' ἐμοί.* In bibl. regis Galliarum cod. CCLXX. [ſec. cat. MSS. illius bibl. vol. II. in cod. MCLXXVII. 1.] ſeruanturque penes me. Eiusdem

7. *In conceptionem ſanctae Annae.* qq) P. *οὐδὲν ἡδύτερον, ἢ περιχαρέστερον τῆς παρούσης ἂν κριθείη.* *Allat.* Conf. ſupra, vol. X. p. 196. *Georgii*, *chartophylacis*, ſermo in conceptionem S. Annae, *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCCLXIII. v. cel. *Morell.* bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 236. inc. *οὐδὲν ἡδύτερον·* — *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCDLVIII. ſunt ſec. cat. MSSt. Pariſ. II. nr. 16. *Georgii Nicom.* epiſcopi homilia in conceptionem; quae incip. *οὐδὲν δεύτερον·* nr. 17. alia in conceptionem, nullo initio orationis addito; et nr. 15. homilia *in ſalutationem b. Mariae:* quae incipit: *λαμπρὰ μὲν καὶ περιφανής·* quam a Combefiſio editam eſſe, iam Fabric. in nota declarauit. *Harl.*

nn) Imo *Andreae* Cretenſi, cui tribuunt codices caeſarei, Mazarinianus, et Seguierianus. Et ſub Andreae nomine edidit graece et lat. *Combefiſius*, vt dixi ſupra [vol. XI. p. 73. et 161. nr. 7. add. vol. X. p. 278. vbi tres aliae Georgii Nicom. oratt. in Mariae natiuitatem memorantur. *Harl.*]

oo) Edidit graece et latine *Combefiſius* in auctario nouo tom. I. p. 1176. Allatii codice vſus.

pp) Idem p. 1192.

qq) Edidit idem *Combefiſius* in auctario nouo tom. I. p. 1015. gr. et lat. ac praeterea aliam homiliam *εἰς τὸν χρηματισμὸν τῆς συλλήψεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου*, in oraculum conceptionis S. Deiparae. Incipit: *λαμπρὰ μὲν καὶ περιφανής.*

8. *In conceptionem beatissimae Deiparae.* P. οὐρανῶν rr) ἡ γῆ τοῖς τῆς χάριτος μαρμαρυγαῖς. *Allat.* conf. supra, vol. X. p. 277. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 21. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 521. qui, est, inquit, Georgii Nicom. (cui tamen adscribitur in cod.) vel Iacobi monachi ex monasterio Coccinobaphi. *Harl.*

9. *In illud: stabant ad crucem Iesu mater ipsius, et soror Maria Cleopae, et in sepulturam Domini.* P. πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος ἀναδραμὼν, γεγονωτέρᾳ ss) σάλπιγγι. In biblioth. Antonii Augustini cod. XXIV. [nec non in cod. caesar. CCCXV. et in cod. Mosquensi, ad not. *h.* laudatis, ad nr. 5.] sub nomine Georgii, rhetoris, episcopi Nicomediae legebatur. Hinc notare poteris nominum similium confusionem. [v. supra, vol. X. p. 282.]

10. In Palatina habebatur praeter iam dictam, *in conceptionem Deiparae* oratio secunda. P. ἡδεῖα μὲν ἡ τῆς παρούσης εὐφροσύνης προσηγορία. [v. supra, vol. X. p. 277.]

[ꝑ] 11. *Georgii Nicomediae archiepiscopi de cruce, quam falso quidam Psello adscripserunt, graece MS. in 4to biblioth. imp. Viennae.* Epitome Gesneriana. Miror praeteritam a diligentissimo Gretsero. Et quinam hi erunt, qui Psello tribuant? In codice meo satis antiquo, lacero, exesoque habetur oratio Michaelis Pselli, εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In crucifixionem Domini nostri Iesu Christi.* P. τὸν τοῦ σταυροῦ λόγον ὁ μὲν θεῖος ἀπόστολος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρίαν τίθεται. Satis prolixa et elegans, lacera tamen et ipsa, qua sane nihil in eo argumento vidi accuratius aut grauius, quod et adnotauit in eius principio, nescio quis: ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν πάνυ ἐξαιρέτων. *Est autem et haec oratio praestantissima.* Eam tamen huius Georgii non esse, stilus ipse, et modus rerum tractatarum arguit, quae euidentissime Psello vindicant. [sed conf. *Lambec.* IV. p. 44. sqq. Koll.]

12. Scripsit

rr) Lege οὐρανόν. Hanc quoque dedit *Combefisius* p. 1043. Primusque illi videtur Georgius hic, qui in conceptionem b. Mariae tamquam in peculiare ac solemne festum publice perorauit.

ss) Leg. γεγωνοτέρᾳ σάλπιγγος ἠχῇ. Edidit Combefisius p. 1157. sqq. [supra vol. X. p. 282.] De codicibus MSS. caesareis vide *Lambecium* IV. p. 21. V. p. 144. 277. *Fabr.* siue ex ed. Kollarii, IV. p. 43. sqq. in cod. CII. nr. 3. — vol. V. p. 304. in cod. CCXLIX. nr. 12. (vbi monet, et priorem et posteriorem codd. caes. propter varr. lect. esse dignos, qui cum ed. Combefisii diligenter conferantur), ac p. 583. nr. 5. cod. CCCXV. — in cod. caes. XXXV. nr. 30. teste *Kollar.* in supplem. ad Lambecii comm. p. 260. — Item *Paris.* in bibl. publ. CMLXXX. nr. 4. — in cod. *Coislin.* CCLXXXV. et CCCIV. nr. 34. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 401. et 419. — *Oxon.* in codd. Barocc. XL. et CCXLI. — in cod. *Th. Gale* XXVI. f. nr. 5860. cat. MSSt. Angliae, vol. II. et cod. *Ge. Wheleri* XXII. f. nr. 9094. dicti catal. — *Romae* in aedibus Barberin. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 215. — *Mosquae* in cod. synod. CLXXXIII. nr. 28. v. *Matthaei* Notit. gr. codd. Mosq. p. 118. vbi V. cel. in nota *k.* „in ecclesia, inquit, graeca in hunc diem, (f. vt in textu gr. legitur, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.) legitur Matthaei 27, 1. Hic autem explicat Ioan. 19, 25. V. secundam meam euangeliorum edition. p. 747. not. 1. Rectius ergo inscribitur. in passionem, (εἰς τὸ πάθος). Est enim euangelium nonum τῶν ἁγίων παθῶν.“ *In magnam parasceuen* hom. *Paris.* in bibl. publ. codd. DCXCIX. nr. 2. MCLXXIX. nr. 35. et MCLXXXVI. nr. 18. *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth MSSt. p. 142. *B.* et de aliis p. 544. *E.* 701. *C.* et 1062. *B. Harl.*

12. Scripsit item Troparia varii generis, ex quibus memini, in libris ecclesiasticis Graecorum legere: *In omnes sanctos Patres, qui ad sacras synodos oecumenicas*[tt]) *conuenerunt. In S. Ioannem Chrysostomum. In Profestum introitus Virginis in templum.*[uu]) Et plura scripsisse sicut et Canones vero simillimum est; quae quum Georgii tantum nomen praeferant, aliique eiusdem nominis id idem compositionis studium excoluerint, incertum remansit, cuinam ex illis potius tribuenda sint. Eorum nihilominus elenchum sub Georgii Siculi nomine comperies.[vv]) Nicomediensis laudatus ab Hippolyto Thebano in Chronico, in Antiquit. Canisii. Apud Posseuinum in indicibus legitur, *Georgii diaconi oratio, in Medicta.* An ea fuerit Nicomediensis opus, haereo. *Allat.*

[*Oxon.* in cod. Barocc. XL. *Georgii Nicom.* homil. *in Dominica Palmarum:* inc. ὁ μὲν νῦς προκειμένων· et in cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 4. adnotatur, in eod. codice Barocc. sub fin. indicis, praefixi homiliis Theophanis, quae in illo cod. primum occupant locum, sequentes homilias tribui *Georgio Nicomediensi*, vtcunque tituli nullum praeferant auctorem: n. in dominica *Iubilate*, inc. ἑορτὴ ἦν τῶν Ἰουδαίων· et in dominica *Rogationis;* init. ἔξεισι μὲν ἐκ τῦ ἱερῦ. — In ind. ad vol. II. cat. MSS. *Paris.* regg. nr. 4. in cod. MCXCVIII. haud recte, vt opinor, adscribitur *Georgio Nicomed.* sed in recensione codd. p. 125. *Georgio, Caesariensi presbytero,* (qui floruit circ. a. Chr. 940.) *de trecentis viginti SS. patribus, qui concilio Nicaeno interfuerunt.* — *Florent.* in cod. Laurent. XXIII. nr. 2. est sermo in SS. CCCXVIII. patres et in imperatorem, dictus a *Georgio presbytero* Caesareae Cappadociae: incip. Πείθεσθαι τοῖς ἡγυμένοις etc. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 683. sq. et supra, vol. XI. p. 627. sq. vbi plures *Georgii* nominantur. — *Georgius* quidam *presbyter* occurrit supra in vol. X. p. 336. *Georgius, presbyter Cretensis,* quosdam codd. descripsit. v. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 114. 117. 137. *Harl.*]

13. Georgii, chartophylacis magnae ecclesiae, chronicon est Scoriaci in bibliotheca regia, Γεωργίυ Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Χρονικόν. I, 9, 4. VI. γ. 2. et alia. An idem cum superiore? quum non viderim, vah quomodo me ex hac turba expediam? *Allat. Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCIV. *Georgii monachi* chronicon, ab orbe condito ad tempora vsque Maxentii imperatoris; — in cod. MDCCV. *Georgii monachi* chronicon, ab orbe condito ad Michaelis imperatoris et Theodorae eius matris tempora; — in cod. MDCCVI. *Georgii Hamartoli,* (de quo v. infra §. XXIV.) *chronicon;* in codd. MDCCVII. et MDCCVIII. eiusdem chronicon, auctum et interpolatum, partt. I. et II. v. infra, §. XXIV. et in cod. MDCCXI. *Georgii monachi, Tarasii* patriarchae, et *Syncelli chronographia*, ab Adamo ad Diocletiani vsque imperium deducta: quae omnia in indice ad vol. II. cit. bibl. p. XIV. *Georgio Nicomediensi* perperam adtribuuntur. add. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 205. cod. CCXXXIV. p. 419. et 425. *Venetiis* in bibl. Iustinian. cod. *Georgii monachi* historia ab Adamo ad Romanum Diogenem: v. *Montfauc.* diar. italic. p. 435. — De aliis *Georgii monachi*

tt) Speciatim Nicaenum, ὡς τὰς ἁγίας πατέρας τὰς ἐν Νικαίᾳ.

uu) Idiomela haec tria Allatio memorata exhibet graece et latine Combefisius, primum quidem et secundum p. 1221. et tertium 1136. [conf. supra, vol. XI. p. 78. *Harl.*

vv) infra p. 337. seq.

nachi chronico v. fupra vol. VII. p. 685. fq. *Cauei* diff. I. ad hiftor. litt. SS. eccl. II. p. 9. et *Oudin*. comm. de SS. eccl. II. col. 461. fq. ad a. 956. et col. 768. fq. de alio *Georgio monacho* chronici quoque auctore, ad a. 1080. Nam plures fuerant *Georgii monachi*. Conf. §. XXII.

Alius eft *Georgius chartophylax*, *Callipolitanus*, cuius verfus iambici de Roma, Federico imp. obuiam procedente, exftant *Florent*. in cod. Laurent. X. nr. 45. plut. 5. et gr. editi funt a *Bandin*. in cat. codd. Laur. I. p. 25. fq. In eod. cod. funt nr. 47-52. ac 54-59. alia eiusd. carmina; in his verfus duodecim, (quos gr. exfcripfit *Bandin*. p. 27. adpellatque Muratorium in Annal. ital. tom. VIII. p. 274. fqq.) in Parmam rebellem: quod incidit in a. Ch. 1247. *Harl.*

Ibid. in cod. XVII. nr. 4. plut. 87. eft *Georgii Amerutzae* ww) fchedula, *quod intellectus non fit communis omnium hominum, vt quidam exiftimant fenfiffe Ariftotelem;* inc. Τὸ εἶδος, ὥπερ ὑφίςαται τὸ ἄτομον· v. *Bandin*. l. c. III. p. 403. — Ibid. in tom. I. p. 254. citatur *Georgius* quidam in Florileg. fententiarum.

Georgius Arator, *Cretenfis*, cuius manu Simplicii comment. in Ariftotelis libr. de coelo in cod. *Veneto* Marc. CCXXI. fcriptum effe, denotant verfus, duobus prioribus Simplicii libris adiecti: quos edidit cl. *Morell*. in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 129. *Harl.*

VIII. GEORGIVS, fiue ELEVSIVS PRESBYTER ex oppido Adirgemaro precibus Theodori Sicaeotae xx) a parentibus fterilibus impetratus, ipfi Theodoro poftea oblatus, ab eodem educatur, et litteris imbuitur: cum quo quum per annos duodecim vixiffet, poft eius mortem, [P] quidquid ipfe de eo oculatus teftis viderat, vel a miniftris eius et fpectatoribus audierat, fcripto fatis prolixo, verum pio ac folido retulit. yy) Editum eft latine apud Surium 22. Aprilis. Georgius hic florebat circa Conftantini IV. imperatoris Heraclii filii zz) tempora. *Allat.* Conf. *Ger. Io. Voffius* de hiftor. graecis, libr. II. cap. 23. p. 279. et *Oudin*. comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1612. fq. ad a. 640. *Harl.*

IX. GEORGIVS CYPRIVS pietate celebris, et pro chriftiana et catholica religione certaminibus clarus, quem fub Conftantino Copronymo iconoclaftarum conciliabulum

ww) Patria Trapezuntinus, Logotheta et protoueftiarius, claruit a. 1461. poftea Muhamedanifmi errores amplexus eft. Scripfit adhuc Chriftianus *de iis, quae contigerunt in fynodo Florentina contra vnionem*, cuius operis meminit *L. Allatius* de confenfu, col. 883. 908. 1373. 1375. 1379. et varia ex eo profert fragmenta ib. lib. III. c. 1. §. 4. et c. 2. §. 2. atque in Addend. ibid. col. 1373. 1375. Exftat, tefte *Labbeo* bibl. MSS. cat. p. 334. *dialogus de fide in Chriftum* cum rege Turcarum, et *epiftola* ad Beffarion. cardinalem. V. *Rob. Gerium* in addend. ad Cauei hift. litter. SS. eccl. II. p. 182. fq. *Harl.*

xx) Defuncti a. 613.

yy) Citatur in actis fynodi fecundae Nicenae act. IV. Graece incipit: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

zz) Heraclii filius inter Imperatores eft Conftantinus III. et paucos tantum dies a. 640. rebus praefuit, veneno a nouerca fublatus. Sed Conftantinus IV. Pogonatus, eius nepos, imperauit ab a. c. 668. ad 685.

lum [a]) ad oppugnandas imagines coactum vna cum Germano patriarcha et Ioanne Damasceno, veritatis catholicae acerrimis propugnatoribus, vti non recte de fide sentientem condemnauit, referente synodo Nicaena secunda art. 6. [b]) [P] Nec reticuit Nicephorus patriarcha in breuiario historico: et Theophanes sub anno Christi 754. eam totam prosequutus est. [P] Ex Theophane sua habuit Cedrenus, et Zonaras. Quibus coniicimus, Georgium non tantum vitae sanctitate, sed scripto etiam, ac editis monumentis, quae nunc maximopere desideramus, iconomachorum haeresim refellisse, quod et Germanum quoque et Damascenum fecisse scripta eorum ad hunc diem testantur. Maximum illius elogium, et acclamatio in Nicaena secunda synodo habetur: [c]) et antea responsione ad pseudosynodum a patribus edita pleno pientissimorum virorum theatro, ab Epiphanio, diacono, nemine reclamante in eius laudem lecta sunt. [d])

At cuius iste fuerit ciuitatis episcopus, quum a scriptoribus non dicatur, suspicatur Baronius ad annum Dni 754. fuisse Georg. episcopum Antiochiae Pisidiae, de quo inter alia Menologium Basilii imperatoris die 18. Aprilis haec habet: *Postquam diaboli consilio fuit iconomachorum haeresis exorta, et omnes episcopi ab imperatore iuberentur Constantinopolim petere, venit et ipse, et cum sanctorum cogeretur adorationem negare, ne assentiretur, in exilium missus est, etc.* Haec ego ita legi graece in alio Menologio antiquissimo: [P] ἐπεὶ δὲ τῇ διαβόλου πονηρᾷ συμβουλῇ ἡ τῶν εἰκονομάχων αἵρεσις ἐκινήθη, καὶ γράμματα πανταχοῦ ἐπέμποντο διὰ τάχους τοὺς ἐπισκόπους ἅπαντας τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβεῖν, παρεγένετο καὶ οὗτος, καὶ μὴ πεισθεὶς σύμφρων τοῖς αἱρετικοῖς γενέσθαι, καὶ ἀρνήσασθαι τῶν ἁγίων εἰκόνων τὴν προσκύνησιν, ἐξορίᾳ καὶ κακουχίᾳ καταδικασθεὶς, ἐν αὐτῇ θανὼν πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Auctor historiae septimae synodi, quae eidem synodo praefigitur, nescio quo argumento, tradit hunc Georgium fuisse Cypri episcopum. Zonaras in Constantino Copronymo scribit fuisse Georgium patriarcham Constantinopolitanum. [e])

At quomodo hic Georgius, qui in pseudosynodo iconomachorum, tamquam imaginum propugnator anathemate feritur, iconomachorum haeresim nondum exortam, et scripto, et verbo oppugnauit? Quomodo solitudini addictus, in qua et vitam finisse ex supra laudato Epiphanio conicio, solio praefuit Constantinopolitano? Cum reliqua [P] vitae exactissime, licet per summas enarrentur, numquam illius dignitatem, si patriarchalis fuisset, ex qua multum fructum causae expectare poterant, tacuissent patres Nicaeni. Quare ego eum pietate, doctrina, religione, licet nulla dignitate praeditum, et Hesychastem fuisse existimo: proque imaginibus adserendis multa ab aduersariis aeque ac plerique alii perpessum, tandem

a) A. C. 754. CPoli, cuius synodi actorum pars inserta actis synodi secundae Nicaenae a. 787. Actione VI. *Fabr.* Plura de *Georgio Cyprio* eiusque opp. scripta sunt supra, vol. VIII. p. 57. sqq. *Harl.*

b) Tom. IV. Concilior. edit. Harduini pag. 438.

c) Actione VII. tom. 4. edit. Harduin. p. 471.

d) pag. 438. Actione VI.

e) Georgius Cyprius patriarcha CPol. fuit post Theodorum a. 678 - 683. Vide Theophanem p. 301. seq. et Cangii notas ad Zonaram p. 71. seq. De Georgio Lapitha Cyprio et de altero Georgio Cyprio patriarcha CPol. qui ab a. 1283. ad 1289. fuit, dicetur infra.

tandem animam Deo, cui inseruierat, reddidisse. An praeterea hic fuerit Georgius Tarasii Syncellus, quum de Syncello sermo erit, examinabimus.

X. GEORGIVS ALEXANDRINVS ARCHIEPISCOPVS, vitam et res gestas S. Ioannis Chrysostomi ex Palladio, Socrate aliisque conscripsit. Ex Commentariis etiam Cyrilli Alexandrini de vita Chrysostomi pleraque concinnasse tradit auctor Anonymus Vitae Chrysostomi [f]) in catalogo eorum, qui de Vita Chrysostomi aliquid ediderunt, et ex quibus ipse in eadem conscribenda profecerat.

Quinam iste fuerit, aut quonam tempore vixerit, ingenue se Photius [g]) nescire fatetur, cuius etiam stilum examinans perstringit. [Allatius sententias adtulit quorumdam de Georgii Alexandrini aetate, n. *Godefr. Tilmanni* (in praefat. ad latinam huius Georgii versionem, 1557. v. supra ad vol. VIII. p. 457.) qui eum posteriorem fuisse, autumauit, Theodoreto, Socrate et aliis, e quorum commentariis bonam rerum partem decerpsit, tum *Andreae Schotti* in locum Photii; is vero putat, Georgium eum fuisse, qui Ioanni Eleemosynario successit circ. a. 620.[h]) atque *Ger. Io. Vossii* de histor. graecor. lib. IV. cap. 18. Schotti rationes sequentis; denique *H. Sauilii* opp. Chrysost. tom. VIII. p. 941. Etonae 1612. fol. cui probabile videtur, Georg. vixisse post a. Chr. sexcentesimum. — De editt. et codd. vide ad Fabric. vol. VIII. et X. citt. — De cod. *Bauar.* CLV. v. cel. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. II. p. 15. Fragmm. sunt in catena patrum in Psalter. in codd. *Vindobon.* X. et XIV. ex quibus illa collegit *Balth. Corderius* in exposit. patrum graec. Psalm. Antwerp. gr. et lat. 1643-1646. III. tom. v. *Lambec.* III. col. 53. sqq. (qui in nota 2. animaduertit, in tom. I. p. 16. recenseri patres, e quibus illa Catena contexta est), et col. 64. sqq. — Vita Chrysostomi in cod. *Coislin.* CCXCVI. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 413. sub fin. — Denique amplissimis verbis Allatius vindicat ei fidem, aut excusat eius narrationem miraculorum de Chrysostomo fictorum, et prouocat ad alios, qui etiam Chrysostomi miracula] celebrassent, quos ideo repeto, vt Fabricii notas seruem. Sunt vero *Damascenus* [i]), *Cosmas Vestitor*,

f) Quam vitam Sauilius gr. edidit ad calcem Chrysostomi opp. Iste autem auctor floruit post a. C. 950. v. *Caueum* in hist. litter. SS. eccl. I. p. 577. ad a. 620. *Harl.*

g) Cod. LXXXXVI. Vide, quae de hoc Georgio eiusque editionibus dixi vol. VIII. p. 456. et vol. X. p. 707. sq. [vbi de eius fide iam disputatum est; adde ad vol. X. p. 210. vbi etiam, num archiepiscopus fuerit, inquiritur, et episcopus tantum nominatur ab aliis, paullo post a me citatis. *Harl.*]

h) Fabric. tamen in nota, hic est, inquit, *Georgius, Alexandrinus* episc. cui CPolin aufugiendum fuit a. C. 639. a quo tempore Catholici nullum patriarcham habuere Alexandriae per annos XCVII. — Schotti sententia placuit *Oudino* in comment. de SS. eccl. tom. I. col. 1596. sqq. ad a. 620. vbi Georgium vocat *patriarcham Alexandrinum*, eumque, scribit, Georgium post S. Ioannem, cognomento Eleemosynarium, a. 616. d. 23. Ianuar. mortuum, ad sedem patriarchicam regendam fuisse constitutum, et a. 630. obiisse. *Caueus* l. c. et *Saxius* (qui etiam laudat *Pagii* Critic. Baron. 620. VIII. p. 179. 180. et 630. III. p. 252. tom. X. atque *Mart. Hankium* de Byzantin. rerum scriptoribus part. I. p. 194. sqq.) in Onom. lit. I. p. 69. Georgium ab a. 620. dictum fuisse *episcopum* Alexandrin. et vita defunctum a. 630. vel paullo serius. *Harl.*

i) *Damasceni* orat. in Chrysostomum, omissam a Sauilio, gr. et lat. dedit *Mich. le Quien.* tom. II. opp. Damasceni, pag. 886-895. Paris. 1712. fol. *Fabr.*

tor [k]), *Io. Euchaitarum metropolita* [l]), *Philotheus*, patriarcha CPolitanus, *Matthaeus Camariota*, *Constantinus Porphyrogenneta*, Leonis filius, *Nilus* [m]), Chrysostomi discipulus, et *Proclus* [n]). *Harl.*]

XII. GEORGIVS HAGIOPOLITA [o]) scripsit λόγον ἐγκωμιαστικὸν εἰς τοὺς ἀσωμάτους, etc. *Laudatio in substantias incorporeas, et quare similia in diuinis literis abscondantur, deque fandis atque infandis.* P. καὶ πάλαι τῷ θείῳ Δαβὶδ περὶ ἡμῶν πάντων προκεκλαδῆσαν. [v. supra, vol. X. p. 255.] Hanc orationem hortatu Francisci Boluiti, Neapolitani clerici regularis, cuius scripta suspicio, latinam feci. Illud hic obiter [P] admonitum te velim Lector, scriptorem hunc, dum de angelis et eorum ministeriis agit, multa noua, incomta, parum catholica ex male sano suo genio egerere. Quamuis enim alii de angelis multa eaque blasphema congesserint: nullus tamen hoc nostro absurdior et temerarior deprehenditur. [Specimina quaedam exhibuit Allatius.] Quonam hic vixerit tempore, vel cuius conditionis vir fuerit, non liquet, licet nomini praepositum sit, quod sanctis tribui solet in cod. MS. [p]) τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, *S. patris nostri.* Sed titulum hunc in senescente Graecia, et a norma patrum deerrante, iniquissimis etiam tributum comperio.

In libris ecclesiasticis Graecorum, sed manuscriptis potissimum, pleraque Troparia non inelegantia *Hagiopolitae* cuidam absque nomine tribuuntur: quae me iudice huiusce Georgii non erunt. Non tanti aestimo hominem: ea potius scripsere, vel *Sergius*, vel *Stephanus*, Hagiopolitae, Tropariorum similium auctores, neque infimi nominis, neque contemnendi. De quibus in libro meo de Melodis Graecorum verba facio.

XIII. GEOR-

k) *Cosmae* oratt. quibus reliquiarum celebrauit translationem, adhuc ineditae delitescunt: [v. supra, in vol. XI. p. 182. cum nota *t. Harl.*] Pars ἐκ τοῦ δ' λόγου τοῦ ἐκκινόδου, λαφύνων τοῦ Χρυσοστόμου, MS. in bibl. Coisliniana p. 139. Locum ex Cosma hoc graece produxit *Combefisius* tom. I. auctarii noui, p. 439. sq. Alia latine *Baronius* ad a. C. 438. *Fabr.*

l) *Ioannis* huius in SS. Basilium, Gregorium Naz. et Chrysostomum adhuc MS. in variis bibliothecis, vt Coislin. p. 418. 423. *Philotheum* in eosdem tres hierarchas gr. et lat. edidit *Iac. Pontanus* ad calcem dioptrae Philippi Solitarii, Ingolstad. 1604. 4. vnde recusus in auctario Duceaeano, tom. II. p. 313. et in tomo XII. bibl. patrum, Paris. 1654. p. 557. *Matthaeum Camariotam* in eosdem tres habuit Sauilius et editione indignum habuit. *Constantinum Porphyrogennetam* ibidem ineditum de translatione reliquiarum S. Chrysostomi laudat *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 218. ad Georg. Acropolitam p. 201. de purgatorio, p. 71. de Simeonibus p. 111. etc.

m) S. Nilus lib. II. epist. 294. p. 266. *Fabr.*

n) v. *Baron.* ad a. 438. *Fabr.*

o) *Caueo* [in diss. I. ad histor. litter. SS. eccl. tom. II. p. 8. nr. IV.] Hierosolymitanus: [quia in cod. MSto τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν titulum gerat.]

p) v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 619. D. *Harl.*

XIII. GEORGII CHOEROBOSCI, grammatici, quaedam excusa sunt in Adpendice lexici Graeco-Latini,[q]) in quibus scilicet dictionibus [P] N addatur, vel abiiciatur. Et omnium verborum canones exacte inuestigari non posse. Περὶ τῦ ἐφελκυστικῦ ν'.[r]) et πρὸς τὰς ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασι κανόνας ζητῦντας, καὶ ὁμοιότητας. Quae etiam passim leguntur in codd. MS.

2. [Quae Allatius nr. 2. 3. et 5. de Georgii Choerobosci grammatica rebusque grammaticis, et libello de figuris tropisque poeticis scripserat; de iis iam supra in vol. VI. p. 338. sqq. (quibus add. *Iriart.* in cat. codd. Matrit. p. 295. p. 306. nr. 26. p. 376. nr. 138. et p. 381. nr. 246.) abunde est disputatum, et quaedam ex Allatio sunt repetita, vbi etiam p. 341. de Choerobosci libello, Ὀνοματικὸν inscripto, quaedam occurrunt: adde ibid. p. 307. sq. §. XIII. p. 320. sq. nr. 3. ac p. 322. §. IV. de *Emmanuelis Moschopuli* grammatica, quae nomen Basilii mentitur, at in cod. Romano nomen *Georgii Choerobosci* prae se fert, ideoque huic ab Allatio, at minus recte, vindicatur. — De codd. *Paris.* bibl. publ. v. indic. ad cat. MSSt. Par. regg. vol. II. et codd. in aliis bibliothecis *Montfauc.* in indicibus ad Bibl. biblioth. MSSt. — Addam tamen, quae Allat. de libro, ὀνοματικὸν inscripto, nr. 4. obseruauit. *Harl.*]

[P] 4. *Onomasticon* [s]) illius laudatur a Stephano de Vrbibus in Ταμίαθις, et a Magno etymologo *Rhematicum* in Θράψας. An fuerit idem opus? Puto diuersum quid a gram-

q) Ad calcem lexici graeco-latini excusi Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri a. 1523. fol. exhibetur apospasmation περὶ ἐγκλινομένων ἐκ τῶν τῦ Χοιροβοσκῦ, *de voculis encliticis* siue accentum reiicientibus. Idem exstat in Varini thesauro et cornu copiae, atque hortis Adonidis, siue graecorum grammaticorum collectione, quae graece apud Aldum a. 1496. fol. et minori typorum charactere 1504. fol. lucem vidit, vbi etiam occurrunt duo illa laudata Allatio, de τῦ ἐφελκυστικῦ, quibus addatur vel non addatur, et ad eos, qui vbique regulas et analogiam quaerunt: ac praeterea alii duo περὶ τῶν εἰς ω θηλυκῶν ὀνομάτων, et σχηματισμοὶ τῶν εἰμὶ καὶ εἶμι ῥημάτων. [v. supra, vol. VI. p. 294. nr. 3. et 8.] Incertum autem, ad quem Choeroboscum referri scripta illa debeant, quum duos saltim diuersos Georgios grammaticos graecos fuisse oporteat, vnum, qui vixit saeculo quarto vel quinto, et a Stephano Byz. vel epitomatore eius Hermolao, (qui Iustiniani imp. temporum aequalis fuit,) citatur, ὀνοματικὸν eius laudante in Ταμίαθις; alterum, qui Simeone Metaphraste est iunior, atque adeo non scripsit ante saeculum decimum. Allatius ipse infra memorat libellum Georgii Choerobosci, latine editum et gr. ab interprete Fed. Morello Paris. 1615. 12. *De figuris poeticis, oratoriis et theologicis*, περὶ τρόπων τῶν κατὰ τὴν ποιητικήν τε (καὶ ῥητορικὴν) καὶ Θεολογικὴν χρῆσιν. In hoc pag. 30. vbi de metaphrasi disserit, Simeonem Metaphrastem laudat his verbis: μετάφρασις ἡ ἐναλλαγὴ τῶν λέξεων κατὰ ποσὸν, ἢ πλεόνων μετ' ἀρχαϊκῦ (an ἀρχαίῦ) κάλλυς γινομένη, ὡς ὁ Μεταφραστὴς ἡμῖν δείκνυσιν ἐν τοῖς τῶν Μαρτύρων καὶ Ἁγίων αὐτῦ μεταφράσεσι. Τύτων γὰρ οἱ βίοι καὶ τὰ μαρτύρια πρὸς τὸ ἰδιωτικώτερον ἐξ ἀρχῆς συγγραφέντα παρ' ὧν δήτα καὶ συνεγράφησαν, ὑπ' αὐτῦ πρὸς τὸ ἐντεχνόν τι καὶ κάλλιον μετεφράσθησαν. *Fabr.* *Mosquae* in cod. typographei synod. XLVIII. grammatici et rhetoris Χοιροβοσκῦ ποιητικοὶ τρόποι τῦ λόγυ· inc. Ἀλληγορία μέν ἐστι, λέξις ἕτερόν τι. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 327. nr. 12. *Harl.*

r) V. supra, vol. VI. pag. 335. §. IX. nr. 6. *Harl.*

s) Ὀνοματικὸν legendum, quod differt ab ὀνομαστικῷ ita, vt hoc sit, quod instar lexici interpretatur nomina, illud grammaticam tractationem de nominibus, (perinde vt ῥηματικὸν de verbis,) complectatur. Vide Hemsterhusii prolegomena ad Pollucem p. 35. *Fabr.* v. ad nr. 2. *Harl.*

grammatica, in quo nomina et dictiones exposuerit, minime fuisse, sed Onomasticon eam grammaticae partem, in qua nominum, et Rhematicum, in qua verborum canones prosequeretur, a nominibus, et verbis ita adpellatam, quemadmodum et alios ab Etymologo titulos, ac si diuersi et separati tractatus essent, saepius laudatos. Haud namque fuere variae distinctaeque tractationes, et peculiares de illis rebus libelli, sed partes vnius operis perfecti atque absoluti, quod sub grammaticae institutionis nomine circumferri potuit; idque ab aliis etiam auctoribus factum adeo notum est, vt si id probare vellem, frustra laborem susciperem, quando id in aliis etiam auctoribus obseruasse me memini.

[P] 6. Huius aliquid exstare in nouem Psalmos Dauidis in bibliotheca regis catholici, quae est Scoriaci, scribit Posseuinus. Alii ἐπιμερισμὸν τῶν ἐννέα ψαλμῶν, *nouem psalmorum diuisionem*, in eiusdem bibliothecae catalogo vocauerunt. Ego vidi laborem hominis in omnes fere Psalmos, et legisse poenituit. Dum enim sententiarum expositionem attendo, nihil aliud praeter putridas grammaticorum regulas, et nugas verbis Psalmorum applicatas comperio. Quemadmodum enim Moschopulus periodum sibi propositam coloribus et artificio grammatico exornat; ita et noster Choeroboscus verba et versiculos Psalmorum condit. Nec dubium est, ea omnia, quae sub Choerobosci nomine circumferuntur, Georgii huius esse. *Allat.* V. supra, vol. VI. p. 341. *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDCIILVI. nr. 2. Psalmorum ἐπιμερισμοὶ, siue psalmor. omnium interpretatio grammatica, opus dicitur ineditum, et inc. Ψαλμὸς ὄνομα ἁπλῦν· Ibid. in cod. MMXC. nr. 7. exstat *Ge. Choerobosci* oratio in laudem *Georgii martyris. Harl.*

7. Sed ex quonam illi Choerobosci cognomen adpositum, fuse nobis Eustathius Thessalonicensis commentariis in iambica carmina †) de Pentecoste exponit. Οὓς ἐγὼ μισῶ καθὰ καὶ ἄλλους, οἵ καί τινα σοφὸν διδάσκαλον παλαιὸν πολλοὺς καὶ πολλαχῶς ἐν λόγοις ὀμματώσαντα φερόμενοι φθόνῳ Χοιροβοσκὸν ἐπωνόμασαν, οὐκ ἂν ἐκεῖνον οὕτως ἑαυτὸν δηλοῦντα, ὅτε γράφων ἐχαρακτήριζε τὰ οἰκεῖα, κακώνυμοι ἄνδρες ἐκεῖνοι οὐδὲν ἧττον ἤπερ οἱ κατὰ τὴν Μασσαλιωτικὴν Πῖσαν Λατῖνοι, παρ' οἷς τεθέληται ἀναιτίως, οὕτω εἰς οὐδὲν δέον δυσφημεῖν τοὺς ἐγχωρίους ἐπιθέτοις ὀνόμασι. τὸν μὲν γὰρ σκύλον, τὸν δὲ σκλάβον, τὸν δὲ Παγάνον ἐπονομάζουσιν, ἢ καλοῦσιν, ὡς αἱρετὸν εἶναι ἀνώνυμον παρ' ἐκείνοις εἶναί τινα, ὃ τοῖς Ψύλλοις τῷ ἔθνει ἐπισυμβέβηκεν, ἢ οὕτως ἀτέχνως ὀνομαςὸν, χρόνῳ δέ ποτε μακρῷ καὶ περιώνυμον, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοιοῦτον, ὡς ἐν παρεκβάσει. ὅσοι δὲ Χοιροβοσκὸν, τὸν τὴν λογιότητα τοσοῦτον σιλλαίνουσιν εἶεν ὑπὸ συβώτην ἀγόμενοι· καὶ οἱ τὸν Ἀρκλᾶν δὲ λαλοῦντες ἀποθήκης τοιαύτης, εἶεν ἐπάξιοι, ἐὰν πλαττόμενοι τὰ τοιαῦτα ἐπιγράφουσιν ἀνδράσι περιωνύμοις. *Eos ipse detestor, quemadmodum et alios, qui magistrum satis vetustum, et sapientia celebrem, nescio quem, qui multorum ac saepissime in construendis sermonibus oculos aperuit, inuidentia ducti Choeroboscum nuncuparunt, qui quum sua ille scribens digerebat, numquam se tali cognomine indicasset. Verum homines illi, genii peruersi aeque atque qui* [P] *Massaliensum Pisam accolunt Latini, quibus absque vlla caussa ac necessitate indigenas nominibus*

†) Ex ineditis hisce *Eustathii* ad Ioannis Damasceni canonem iambicum et pentecostes commentariis nonnulla adfert etiam *Allatius* lib. 2. de consensu c. 8. §. 4.

nibus adiectis infamare sollemne est; quippe hunc canem, illum Sclauum, u) *Paganum alium cognominant et adpellant, adeo, vt sine nomine apud eos esse, quemadmodum et Psyllorum genti accidit, optabilius esset, quam ita indecore insignem, et quandoque etiam longum post tempus celebrem, fieri. Sed haec quidem et similia praeter propositum dicta sunt. Quicumque vero Choerobescum tantum eruditione ac doctrina virum per opprobrium denominant, a subulco ducantur, et qui Arclam* v) *dicunt, tali illi dignentur deposito, dummodo illi similia confingentes nominibus, illisque insignibus adpingunt.* Sed quid de eiusmodi hominibus statuendum sit, in nostro de libris apocryphis opere fuse dicemus. Neque enim omnia per ignominiam dicta sunt. Neque nomen additum, licet in malum etiam trahi possit, ad malum tantummodo illud denotandum adiectum est. Sed quandoque vsus et casus, quae alias viderentur enormia, familiaria fecit.

8. Fuit in arte grammatica sua aetate singularis, cum caeteri subsequuti grammatici illius canones et praecepta passim, et vbique, vbi sese occasio tulerit, vel nomine illius adposito, vel etiam suppresso studentibus pandant: vnde et Τεχνικȣ̃ cognomen, vt ego existimo, sibi adoptauit. Idemque est *Georgius Technicus*, ex quo sua in Cornu copiae Fauorinus Camers, quemadmodum et alii collegerunt, etc.

[P] 9. Eum tandem haud recentem, sed satis antiquum fuisse, w) et ante Anastasii tempora famam sibi comparasse, vel inde colligas, quod illius testimonio non semel Stephanus grammaticus de Vrbibus, qui dictum imperatorem praecesserat, vel eius epitomator Hermolaus, qui Iustiniano imperante, cui epitomen nuncupauerat, Byzantii florebat, dicta sua comprobant.

XIV. GEORGIVS DIACONVS, et magister vniuersalis, scripsit: *προλεγόμενα τῶν Θεοδοσίȣ κανόνων ἀπὸ φωνῆς Γεωργίȣ Διακόνȣ οἰκȣμενικȣ̃ διδασκάλȣ. Prolegomena in Theodosii regulas, dictante Georgio diacono, oecumenico magistro.* P. *ἐπειδὴ κανόνων εἰσαγωγικῶν μέλλομεν ἄρχεσθαι, ἐν ἐπιτομῇ δὲ τȣ́τȣς παραδίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεοδόσιος, μάθωμεν τί ἐστι κανών.* In bibl. regis Gallorum cod. MCCCLXXXV. An idem cum Chberobosco? haereo x).

Num

u) *Sclauus* pro seruo, vide Cangii vtrumque glossarium; *Paganus* pro ethnico. *Fabr.*

v) Ἀρκλᾶς dictus Iohannes Damascenus. Vide vol. IX huius bibl. p. 685. not. *zz.*

w) Certum hoc est de altero Choerobosco, quem laudat Stephani Byzantini epitome. Atque huic etiam libenter pleraque illa in etymologico magno memorata tribuerim, quae retuli supra vol. VI. p. 612. Sed non minus certum est, iunioris esse Georgii Choerobosci librum de tropis, quia in illo Simeon Metaphrastes citatur. Itaque videndum, vtri adscribendae lucubrationes variae grammaticae, quas graece MStas partim memorauit *Allatius*, partim ipse retuli vol. VI. pag. 338. sqq.

x) Non dubito, Choeroboscum iuniorem eumdem cum hoc Georgio diacono pronunciare, quia in codice bibl. Coislinianae, de quo *Montfauc.* p. 220. memorantur *προλεγόμενα τῶν Θεοδοσίȣ ὀνοματικῶν Κανόνων ἀπὸ φωνῆς Γεωργίȣ Χοιροβόσκȣ.* Incipit: *ἐπειδὴ ὁ Θεοδόσιος ἐν συντόμῳ παραδίδωσιν.* Theodosius iste grammaticus fuit Alexandrinus Christianus, cuius lucubrationes in Dionysii Thracis grammaticam euolui MS. in bibl. publica huius Vrbis Ioannea. *Fabr.* *Georgii diaconi* quaedam MSS. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 405.

Num Choeroboscus diaconus fuerit, incertum mihi est: titulo tamen *vniuersalis magistri* [y]) insignitum non vno in loco comperi.

XV. GEORGIVS DIAERETA, ex quo sicut et aliis non contemnendi nominis scriptoribus, expositiones nonnullae in Hermogenis rhetoricam collecta sunt, sub hoc titulo: [z]) Συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιοτάτων [?] ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπό τε Χριστιανῶν ἐξηγητῶν, καὶ ἑλλήνων, ὧν εἰσὶ Χριστιανοὶ μὲν Ἰωάννης Φιλόσοφος μέγας, καὶ ὀρθοδοξότατος ὁ Σικελιώτης, καὶ ἕτερος Ἰωάννης διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης, Γρηγόριος μητροπολίτης Κορίνθου, ἕτερος μητροπολίτης Σάρδεων, ὁ Δοξαπατρῆς, κύρις Ἰωάννης, Γεώργιος ὁ Διαιρετὴς λεγόμενος· ἕλληνες δὲ Σιμπλίκιος, Λογγῖνος, Συριανὸς, Ἰάμβλιχος. *Collectio interpretationum maxime necessariarum in rhetoricam, quae a christianis, itemque gentilibus expositoribus traditae sunt. Ex his Christiani fuere Ioannes philosophus magnus, et apprime orthodoxus Siculus, alius Ioannes magister geometra, Gregorius metropolita Corinthi, alius metropolita Sardensis, Doxopatres Dominus Ioannes, Georgius Diaereta dictus: Gentiles vero Simplicius, Longinus, Syrianus, Iamblichus.* Fuit patria Alexandrinus, cognomento Monus, professione sophista. Diaeretem dictum existimo ob scholia, quae in διαίρεσιν, *diuisionem* [aa]) scripserat. Habeo ex indice MSS. librorum, in quo legitur: Γεωργίου τοῦ Μόνου Σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως σχόλια εἰς τὴν διαίρεσιν. ἔστι δὲ ῥητορικὸν τὸ βιβλίον. *Georgii Moni sophistae Alexandrini scholia in diuisionem. Liber ad rhetoricam pertinet.* Si non fallit titulus, et μόνου pro μοναχοῦ irrepserit. Nec aliud videtur, quod in bibliotheca regis Gallorum asseruatur, *Georgii monachi scholia* in librum de diuisione rhetor. cap. 53.

XVI. GEORGIVS ARISTINVS historicus. Illius meminit Iosephus Methonensis episcopus in responsione ad Marcum Ephesinum pro concilio Florentino, tamquam illius, qui retulisset additamentum illud, *Filioque*, in symbolo mox a secunda oecumenica synodo tempore Damasi papae adpositum fuisse. Καὶ οὐ πρὸ τούτων μόνον, ὡς εἴρηται, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν τῷ καιρῷ Δαμασοῦ Πάπα, ὡς μαρτυρεῖ Γεώργιος Ἀριστινὸς [bb]) ὁ Ἱστορικός. *Nec ante illas tantum, vt dictum est, sed mox a secunda synodo tempore papae, Damasi, vt adserit Georgius Aristinus historicus.* Et infra: τὸ δὲ σύμβολον ἀπὸ τῆς δευτέρας συνόδου ἡ Ῥωμαϊκὴ οὕτως ἔψαλλεν ἐκκλησία, ὡς ᾄδει καὶ σήμερον, καθὼς μαρτυρεῖ Γεώρ-

p. 405. D. — Inter eos, qui subscripserunt Tomo condemnationis sectarum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni a synodo CPolit. composito a. C. 1351. occurrit *Georgius diaconus* ὁ Περδίκης, Sceuophylax, in cod. caesar. CCLXVI. v. *Lambec.* V. p. 423. — et p. 421. in eod. Tomo *Georgius metropolita* Πηγῶν καὶ Παρίου. Ibid. p. 248 nr. 16. cod. caesar. CCXLVI. est Theophanis, monachi et rhetoris consolatio ad *Georgium Rhaul* propter obitum filii eius Michaëlis, et *Lambec.* in nota r. citat *Martini Crusii* adnotatt. in librum VII. Turco-Graeciae, p. 497. de *Raliorum* seu potius *Rhauliorum* illustri familia orientali. *Harl.*

y) Sic Choeroboscus vocatur apud Labbeum in bibl. noua MSS. p. 104.

z) Confer *Lambecium* VII. p. 258. [p. 550. sq. Kollar. add. supra, vol. VI. p. 76. ibique not. t. *Harl.*]

aa) Hermogenis rhetoris.

bb) Ἀριστηνὸς apud *Allatium* p. 577. de consensu vtriusque ecclesiae. Perperam *Arestinus* apud *Michaelem Nau* in effigie ecclesiae romanae graecaeque p. 75.

Γεώργιος ὁ Ἀριστινὸς, ὡς ἔφημεν. *Symbolum vero post secundam synodum romana canebat ecclesia, sicut hodie canit, teste Georgio Aristino, vt diximus.*

XVII. GEORGII PEDIASIMI *historiam* nondum editam laudat Petrus Pantinus Notis in orationem de Deipara Virgine, cc) quando ad [P] templum est triennis a suis deducta, Germani archiepiscopi Constantinopolitani. Ex ea namque, Germanum hunc sub Leone Isauro, seu Conone, a quo et in exsilium actus est ob imaginum cultum, vixisse, refert. De quo sane auctore, quum ipse nihil compertum habeam, sed tantummodo mihi dicto Pantini cognito, nihil dicam. *Ioannes Pediasimus* et cerdonibus notus est: [de quo vide supra, vol. X. p. 648. sq.]

XVIII. GEORGII MYTILENAEI *in salutiferam D. N. Iesu Christi passionem* Homilia edita est graece et latine tom. II. de Cruce a Iacobo Gretsero p. 659. [v. supra ad vol. XI. p. 628. — *Venetiis* in cod. Naniano CLIV. nr. 46. *Georgio Mityl.* oratio τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ· εὐλόγησον δέσποτα· init. σήμερον ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ. *Mingarellio* in cat. codd. gr. Nan. p. 350. videtur ineditus hic sermo. — *Vindobon.* in cod. caesar. XI. est inter Canones, siue cantica sacra in SS. totius mensis April. d. VII. in S. Georgium, archiepiscopum Mitylenae. v. *Lambec.* VIII. p. 209. *Harl.*] Neque hic alius ab illo est, si coniectura non fallit, quem inter libros bibliothecae imperatoris exstare dicit Posseuinus in indice dictae bibliothecae Georgii Methinensis, *in passione Domini nostri Iesu Christi.* Et epitomatores Gesneriani, *Georgii Methiminensis de passione,* etc. Typis quoque prodierunt Epigrammata varia dd) Georgii Patricii, cui Mitylene patria, in laudem librorum D. Dionysii de coelesti hierarchia, de diuinis nominibus, et de mystica theologia. Eiusdemne an alterius? quid refert?

XIX. GEORGII NICODII *de cruce* liber, sic inscriptus in bibliotheca imperatoris Viennae Austriae, Posseuinus. An lapsus exscriptoris fuerit, et *Nicodius* nobis pro *Nicomediensis* irrepserit? ee)

XX. GEORGII GRAMMATICI, ff) diuersi ab illo Technico, quem Choeroboscum esse diximus, ad haec tempora superest laudationum biga, *de S. Barbara virgine et martyre.* Earum primae principium est: ἔστι μὲν τοῖς ἐκ ἀξίοις ἐπισφαλὲς τῶν ὑπὲρ ἀξίαν ἐφάπτεσθαι· alterius: ἐπειδὴ ἡ τῆς μάρτυρος πανσεβάσμιος μνήμη τῶν αἰγληφορικαῖς ἄνωθεν καταυγασθεῖσα ἐλλάμψεσιν. Vidi in bibliotheca Barberina. Et memini me etiam puerum adhuc vidisse in Messanensi monasterio S. Saluatoris. [Vna *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXIX. nr. 1. v. supra, vol. X. p. 203.]

Huius

cc) Antwerp. 1601. 8. p. 387. tom. 2. et auctarii bibl. Patrum Ducaeani p. 445. Etiam Georgii Lecapeni historiam ineditam memorat *Allatius* infra p. 563.

dd) Meminit *Martinus Delrio* in Vindiciis Areopagiticis p. 458. *Fabr.*

ee) Nulla alia, quam edita Georgii Nicomed. homilia respicitur, quae incip. πρὸς ὑψηλοτάτην. De qua supra §. VII. nr. 9. Vide *Lambec.* I. p. 135. [p. 243. sq. et p. 245. not. *A.* ed. Kollar.]

ff) V. supra, vol. VI. p. 341. *Harl.*

[P] Huius pleraque *Anacreontica carmina*, eaque suauissima, varii nec inelegantis argumenti, quandoque litteratorum vsui edenda penes me conseruo, et ne talia fingere videar, en eorum argumenta:

Τί ἔποι ἡ Ἀφροδίτη τῆς Ἀθηνᾶς φυτευσάσης ἐλαίαν, καὶ ἀνελθόντος ῥόδυ. *Quid dicere potuerit Venus, quum Minerua oliuam plantasset, et rosa nata esset.* Carmen satis longum; sed sine principio.

Τί ἔποι ἡ Ἀφροδίτη τῆς Ἀθηνᾶς διὰ ῥόδυ πεισθείσης βοηθῆσαι τοῖς Τρωσί. *Quid dicere potuerit Venus, quum, oblata rosa, P... ei suaderetur Troianis auxilia conferre.* P. Καλύκων χάριν λαβῦσαν θεράπαιναν Ἀφροδίτην.

Τί ἔποι ὁ Ἄρης τῆς Ἀφροδίτης τρωθείσης ὑπὸ ἀκάνθης ῥόδυ. *Quid dicere potuerit Mars, Venere vulnerata a spina rosae.* P. τὸ ῥόδον δύω τιτρώσκει, σὲ μὲν εἰς δέμας Κυθήρη.

Τί ἔποι ὁ Ἀπόλλων καταστρέχων τῆς Δάφνης, καὶ ἐμποδισθεὶς εἰς ἄκανθαν ῥόδυ. *Quid dicere potuerit Apollo, Daphnem insequens, et spina rosae obuia impeditus.* P. Γενεὴν ῥόδων φανεῖσαν δότε μοι δρέπειν μανέντα.

Τί ἔποι ἡ Φαίδρα ὁρῶσα τὸν Ἱππόλυτον ἐστεμμένον ῥόδοις. *Quid diceret Phaedra, videns Hippolytum coronatum rosis.* P. Τί καλὸν χρόνον δοκεύω Παφίην ἐρῶ τυχῦσαν.

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν. *Aliud in eundem.* Ἐπ' ἐμοὶ πανδαμάτωρ ὅπλα κορύσσει.

Ἐπιθαλάμια. *Epithalamia.* P. Γαμίαι πνέυσιν αὖραι, μέλος ὀργάνων δονεῖται.

Ἐπιθαλάμια alia. *Epithalamia.* P. ἀναβάλλομαι χορεύειν, λιγυροῖς μίτοισι κρέκων.

XXI. GEORGII Paneuphemi, PRAEFECTI AFRICAE, *ad moniales Alexandriae, quae a catholica ecclesia defecerant*, graece Romae seruari in Vaticana refert Gesnerus, et Posseuinus. [v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *A.*] Meminit Robertus Constantinus in bibliotheca. Auctorem tamen illius scripti Georgium non esse, sed Maximum Homologetam, titulus ipse per se indicat: Μαξίμυ Μοναχῦ τῦ Ὁμολογητῦ ἐκ προσώπυ Γεωργίυ τῦ Πανευφήμυ Ἐπάρχυ Ἀφρικῆς. πρὸς ἀσκητρίας ἀποστάσας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Maximi monachi Homologetae, ex persona Georgii Paneuphemi praefecti Africae ad moniales Alexandrinas, quae a catholica ecclesia defecerunt.* P. ἐγὼ μὲν ᾤμην ὑμᾶς ὡς ἀληθῶς ἐστηρίχθαι καλῶς. καὶ ἀμεταθέτυς ἔχειν τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις. Legi in bibliotheca Barberina. gg) Similia sunt, [P] quae alii scriptores celebres ex persona aliorum scripserunt, de quibus nos alibi.

XXII. Georgios monachos historiae ecclesiasticae scriptores plures fuisse, nemini dubium est. Matthaeus Raderus Not. in Vitam hh) sancti Ignatii, patriarchae Constantinopolitani

gg) Prodiit inter opera S. Maximi tom. 2. pag. 336-342. edente Combefisio, Paris. 1675. fol. *Fabr.*

hh) Prodiit Ingolstad. 1614. 4.

litani a Niceta Paphlagone ſcriptam tres commemorat, quos penes ſe eſſe ſcribit. *Praeter ea, quae paſſim ad oram notaui, placuit quaedam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diuerſus eſt a Georgio Syncello Taraſii, quamuis in fronte nomen Syncelli praeferat: diuerſus item a Georgio monacho, qui chronicon ſcripſit, quod a Panuino laudatur, tametſi chronicon illud Georgii nomen praeſcriptum non habeat. Tres enim diuerſos Georgios monachos manuſcriptos partim ex Palatina Boiorum, partim ex Auguſtana bibliotheca ineditos omnes, nec translatos hactenus mecum habeo, conferoque.* Diſcrimen tamen inter eos nullum adducit; pleraque etiam obſcurius prolata nobis diuinanda reliquit. Saltem illud tacere non debuit, quanam ratione Hamartolus Syncelli nomen praeferat, et Georgius alius, qui chronicon ſcripſit, et laudatur a Panuino, quum Georgii nomen non habeat, Georgius ſit. Et cum Panuini locum ſubticeat, rem nobis apertam forte per ſe, difficiliorem reddit. Vtinam nobis vel eorum hiſtoriae exordia, vel terminos praefixiſſet; ſic enim hiſtorici praedicti dilucidius innoteſcerent. Quare de noſtro, ſi quid id fuerit, vt rem implicatiſſimam extricemus, aliquid in medium adferamus: primumque de *Syncello*, deinceps de *Hamartolo*, tandem de tertio, ſi eſt, nam vti de primo, et ſecundo nulla dubitatio eſt, ſic de tertio coniectura non leui haeſitare poterimus, differamus.

XXIII. Primus ergo eſt GEORGIVS MONACHVS, et ABBAS, ab officio, quo Taraſio patriarchae ii) inſeruiebat, SYNCELLVS, veluti nota ſibi propria hoc cognomine ab aliis diſcretus. Quid officii nomen prae ſe ferat, ex aliis ſumſeris. Syncelli pro fide catholica certamen, et in eccleſia dignitatem tetigit Anaſtaſius bibliothecarius in praefatione hiſt. eccleſiaſticae. [Locus iam exſcriptus eſt ſupra, in not. v. ad vol. VII. p. 457. *Harl.*]

[P] *Breuiarium chronographicum* ab ipſo orbe condito ad Diocletianum quod vltra deducere morte praereptus non potuit conſcripſit Syncellus. [Syncelli cod. in bibl. Citzenſi: cod. ſub titulo *Georgii monachi* chronicon a Iulio Caeſare vſque ad Diocletian. imperator. non eſſe *Georgii Syncelli*, ſed *Georgii monachi Hamartoli*, Scaliger in ep. 391. p. 677. oſtendit. — *Venetiis* inter codd. Iulii Iuſtiniani fuerant *Georgii monachi* hiſtoria ab Adamo ad Romanum Diogenem, atque *Georgii oecumenici* et *Simeonis magiſtri* hiſtoriae ab initio mundi. v. *Montfauc.* diar. italic. p. 435. *Harl.*] Syncellum in hoc volumen vniuerſam Euſebii chronologiam ſine vlla verborum immutatione tranſtuliſſe; et, quemadmodum Euſebius [P] Africanum, et alios, qui ante eum huic ſcriptioni manum admouerunt, caſtigabat, quod multa aduerſus veram temporum rationem ſciſcebant, ſic ipſum Euſebium Georgius iſte Syncellus, vbi, quid ille paulo alienius a vero dixit, aut fecit, ita exagitat, vt, vbi vſus venit,

ii) CPolitano, defuncto a. 806. Confer, ſi placet, quae de Georgio Syncello eiusque chronico dixi volum. VII. p. 457. ſqq. *Fabr.* vbi de Georgio Syncello, eiusque continuatore, Theophane, et de codd. atque edd. iam, quae neceſſaria notatu viderentur, prolata ſunt. Allatius poſthaec oſtendere ſtuduit, Georg. Cyprium, (de quo v. ſupra, §. IX.) diuerſum eſſe a Georgio Syncello; addidit locum Theophanis de Syncelli ſtudio, diligentiaque in contexenda hiſtoria cum verſione Iac. Bullardi, (ſiue rectius *Io. Iac. Buchardi*, (v. ſupra, not. *cc.* ad vol. VII. p. 461.) et loca Cedreni, ſ. Ioan. Scylitzae in prooemio, ac Mich. Glycae in fine partis tertiae Annalium, quae repetiit Ioannicius Cartanus in Flor. c. 183. *Harl.*

venit, raro hominem ſine acerba obiurgatione, aut contumelioſo dicto dimittat; quin etiam ἀμβρόντητον adpellat, adnotauit non male *Ioſephus Scaliger* in Euſebii chronicon, et ex eo *Ger. Ioannes Voſſius* de hiſtor. graecis lib. 2. cap. 24. Eum merito ab Euſebio diſſentire ſaepe, ſaepe etiam immerito, Ioſephus paſſim conatus eſt ibidem oſtendere, cui vt in multis ſubſcribes, ita in pluribus meram animi contentionem agnoſces. De illis, quibus plus otii eſt, iudicium ferant.

Euenit porro, vt exſcriptorum incuria, vel legentium taedio, et ſollemni ac miſera ſcriptorum conditione, vt pars anterior operis, qua a mundi exordio res geſtae ad obſeſſam a Pompeio Hieroſolymam, vel ad Iulii et Auguſti principatum enarrantur, in auctore exſcribendo, omitterentur; adeo vt vix vno, vel altero loco inueniatur: kk) a Pompeio, et Auguſto vbique. Hinc nonnulli nullam aliam Syncelli hiſtoriam praeter hanc poſteriorem agnoſcunt. Plerique etiam, quum nullam aliam ab orbe condito Georgii hiſtoriam praeter Hamartoli deprehenderent, et ſcirent, Syncellum ab orbe condito opus inchoaſſe, Hamartoli ſententias pro Syncelli, vt alii quoque Theophanis parili fuco diuendunt. Specimen huius rei eſſe poterunt excerpta ſub Georgii [P] Syncelli nomine ex illius chronico a Dionyſio Petauio exhibita poſt Breuiarium hiſtoricum Nicephori patriarchae. ll) Ea enim, vt Vir ille animaduertit, falſo Georgii nomen prae ſe ferunt, quum ſint Theophanis. At ipſe Georgii Hamartoli eſſe, non Theophanis, deprehendi. Quod inde etiam facili negotio haberi poterat, quando in illis nulla annorum diſtinctio, nulla temporis delineatio, ſed rei, vti ſe habuit, plana et continuata narratio, quod praeter inſtitutum Theophanis eſt, qui omnia annis concludit, vt vno obtutu conſpiciatur. Et ne alios in crimen adducere videar, ipſe egomet in Syntagmate meo de Engaſtrimytho mm) olim edito ſententiam de ea Hamartoli, Syncello, errore non leui, adſerui: multa itaque ſub Syncelli nomine, quae Theophanis et Hamartoli; multa ſub Theophanis, quae Syncelli et Hamartoli; multa denique ſub Hamartoli, quamuis non ita ſaepe, quum auctor in promtu haud fuerit, quae Syncelli, et Theophanis ſunt, laudantur? Et hi tres auctores, quando non omnibus pateant, apud recentiores confunduntur, et vnus alterius ſaepe numero locum occupat. Quid Georgium Theophanem Voſſii nn) referam? Plura rapit calamus, dixit ille. Ego dicerem, plurima typographicorum amanuenſium incuriam confundere, plurima ex recta ſcriptorum ſemita in prauam diſtortamque nulla poena protrudere.

Fraudem in hiſce Georgiis aperiam, vt futuris temporibus, ſuis quisque plumis, alienis abactis, praefulgeat. Cauſſa erroris fuit, nomen illud monachi, quaſi cognomen Georgiis addictum, quod recentiores parum aduertentes, unumque Georgium monachum hiſtoriarum ſcriptorem opinantes, ſcripta omnia ad vnum retulerunt. [Primum oſtendit Allatius

kk) Confer *Goari* praefationem ad Syncellum, et Allatium infra, p. 328.

ll) Pariſ. 1616. 8. pag. 399-407. Graece περὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, ἐκ τῶν Γεωργίου μοναχοῦ Συγκέλλου χρονικῶν.

mm) Cap. XI. p. 454. Lugd. 1629. 4.

nn) Ita per errorem Voſſius vocat lib. 2. de hiſt. graec. c. 24. p. 285.

Allatius errores *Posseuini* in Adparatu commissos, dum Georg. Hamartolum cum Georgio Syncello et patriarcha Tarusio confundit et historias ab illis conscriptas licet diuersas ac varias commiscet. Codex Bauaricus, cuius Posseuinus meminit, hodie sec. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 9. p. 30. sq. numeratur CXXXIX. et est inscriptus: *Γεωργίȣ συγγέλλȣ ταρασίȣ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ πατριάρχȣ* Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ γεωργίȣ ἁμαρτωλȣ̃ μοναχȣ̃. Πρόλογος Incipit: πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγοι. cel. *Hardt* de hoc cod. valde mutilo in ipso prologo, in quo Hamartoli historia vsque ad Constantinum et Romanum continuatur, plura disputat, animaduertitque, male hic Georgium Hamartolum cum Georgio Syncello confundi, licet id titulus innuat. In fine autem, iste, ait, Hamartolus a me latine versus et praelo paratus est. Add. paullo post §. XXIV. de Georgio Hamartolo. Pergit Allatius:]

[¶] Gesnerus, *Georgii cuiusdam graeci monachi historia temporum, siue chronica a condito mundo, vsque ad regnum Nicephori Botaniatae* [oo]), *exstat manuscripta Venetiis in bibliotheca sanctorum Ioannis, et Pauli, et apud Diegum Vrtadum Caesaris legatum ibidem. Vide, ne idem sit, qui infra Georgius Pachymerius nominatur; nam et ipse monachus historiam quandam scripsisse fertur.* Cuiusnam ea historia Georgii sit, diuinare non possumus, et certum est ex commemoratis superius, nullum ad Botaniatem vsque historiam suam produxisse. Nisi id adfirmaremus, alium quempiam ad historiam Georgii, quicunque ille fuerit, quae deerant ad Botaniatem vsque de suo, vel ab alio scriptore adiecisse. Ridiculum praeterea est, similem auctorem Pachymerem fuisse, quum Pachymeres non a principio mundi historiam inchoarit, neque plurium imperatorum res gestas, sed Michaelis, et Andronici eius filii Palaeologorum tantum, quando etiam ipse rebus interfuit, prosequutus sit, vt infra dicemus. [¶] Syncelli itaque chronicon potiore sui parte mutilum visebatur in bibliotheca Antonii Augustini cod. CXXXVI. *Georgii monachi Syncelli chronographiae epitome a C. Iulio Caesare ad Diocletianum vsque. Sequitur chronographia Theophanis ad Michaelem,* [pp]) *et Theophylactum eius filium.* Eius chron. refertur ad Theophylactum, sicuti in praecedenti nota, non ad Diocletianum, *a Theophano monacho continuatum.* Index manuscriptus. Et fortasse idem erit cum alio eiusdem in eadem bibliotheca, vt est in Indice edito. *Georgii monachi, et logothetae Syncelli chronicon breue ex diuersis chronographis, et interpretibus collectum, continens historias ab exordio mundi vsque ad Heraclionem, Heraclii filium.* Vbi vides, Syncellum logothetae etiam dignitate, nescio an ex vero, insignitum: quemadmodum et in codice Ambrosiano Mediolani: [qq]) Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλε-

oo) In bibl. Frid. Adolphi Hansen ab Ehrencron p. 426. memoratur MS. chronicon graecum foliorum 330. in 4. incipiens a temporibus Constantini magni desinens in imperio Nicephori III. siue Botaniatae. Subiuncta διήγησις περὶ τῆς κτίσεως τῆς ἁγίας Σοφίας τῆς Κωνσταντινȣπόλεως, ἥνπερ ἔκτισεν Ἰȣστινιανὸς ὁ Βασιλεύς. In calce chronici haec adscripta sunt verba: Ἐτελειώθη ὁ παρὼν χρονογράφος εἰς δόξαν Θεȣ̃, διὰ χειρὸς κἀμȣ̃ ἁμαρτωλȣ̃ Γεωργίȣ ἐκ τῆς Κωνσταντινȣπόλεως, διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδȣ τȣ̃ ἐντιμοτάτȣ καὶ εὐγενεστάτȣ Κυρίȣ Κωνσταντίνȣ τȣ̃ Καντακȣζηνȣ̃. Ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ζξγ′ ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκȣ οἰκονομίας αφνί. Κτῆμα Ἀλεξάνδρȣ τȣ̃ Μοσχολȣ. De διηγήσει illa dixi volum. VIII. pag. 85. nr. 10.

pp) Michaëlem cognomento Rancabe.

qq) V. supra vol. VII. p. 458. et 459. *Harl.*

συλλεγὲν, καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου μοναχοῦ, καὶ Συγκέλλου. Et in fine, ἕως ὧδε τὰ χρονικὰ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ λογοθέτου. Dixeram, dubium esse, an Syncellus Georgius, Logotheta itidem fuerit: alium namque fuisse codex Palatinae MS. in bibliotheca Vaticana euincit, in quo tota Georgii Hamartoli historia praeter nonnulla loca, quibus res fusius, vel succinctius habentur, et variantes, sed saepissime in melius, lectiones, ad verbum exscripta est. Ioanni Siculo, postmodum patriarchae Constantinopolitano tributa. Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων Χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Σικελιώτου, τοῦ καὶ χρηματίσαντος ὕστερον Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. *Chronicon breue ex diuersis chronographis, et expositoribus collectum, et compositum a Ioanne monacho Siculo, qui postea fuit patriarcha Constantinopolis nouae Romae.* P. πολλοὶ τῶν ἔξω Χρονογράφοι, καὶ Φιλολόγοι. Et infra: βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ θεός. Post nonnullas paginas, τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Σικελιώτου περὶ τοῦ Ἀδάμ, καὶ τῆς Εὔας, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν καταγομένων. *Eiusdem Ioannis Siculi de Adamo, et Eua, et eorum descendentibus.* P. Ἀδὰμ τοίνυν κατὰ τὸν σοφώτατον. Praeter auctoris nomen diuersum, omnia Hamartoli sunt: Desinit in Michaele filio Theophili, notaturque in fine, ἕως ὧδε τὰ χρονικὰ Γεωργίου, καὶ τοῦ Λογοθέτου. *Hucusque chronica Georgii et logothetae.* Multo quam in Ambrosiano clarius. Chronica nempe haec ex Georgio, et logotheta, duobus duntaxat scriptoribus, concinnata fuisse. Sed quis his logotheta fuerit? An idemmet Ioannes Siculus, qui ante patriarchatum initum logotheta fuit? Vel etiam cognomento talis, quando [P] sequioribus Graeciae temporibus multi cognomentum illud, siue a logothetae dignitate, qua fuerant insigniti, siue alia caussa, vt fieri solet, vsurparunt, et nunc quoque vsurpant? An etiam alius a Siculo? Certe logothetae illud Georgio adscribendum non videtur, ex quo sua Siculus descripsit, vel cui sua adpinxit. Quis praeterea Ioannes iste Siculus fuerit postmodum patriarcha? Graeci historici, quod ipse viderim, silent. Ego suspicor non alium a Ioanne Glyca rr) fuisse, cuius licet taceatur patria, eum tamen Atticismi studiosissimum eloquio valuisse, et quod magis est, Logothetam Dromi, antequam in patriarchicum solium collocaretur, fuisse tradit Gregoras historiae Romanae lib. 6. et Phranza lib. 1. cap. 9. et Ephraemius monachus in chronico.

Τοῦ δ' ἐν γραφῇ δὲ θῶκον ἀπειπαμένου
Ἰωάννης τις, ὁ Γλυκὺς δὲ τοὐπίκλην
Συγκλητικός τε, καὶ Λογοθέτης Δρόμου
Εἷς ὢν ἀρίστων, καὶ σοφῶν λόγων ἴδρις,
Χειρίζεται δὴ τὴν λεὼ προστασίαν.

Hoc porro Niphone scripto solio renunciato, Ioannes quidam Glyca cognomento, Senator, et Logotheta Dromi, optimorum, ac sapientum sermonum peritus populi regimen excepit. Nec ob aliam caussam exscriptorem Logothetae nomine Ioannem Siculum, siue mauis Glycam indicasse. Non placet? da certiora, et concedam. Sed quis non videt exscriptorum turbas,

rr) Hic patriarcharum gessit ab a. 1316. ad 1320.

bas, et nugas? Vnus illis Georgius omnia fuit; et propria vnicuique singulis, ac si communia essent, concedunt. Ambrosiana historia iam sub Syncelli nomine citata, Syncelli non est, neque diuersa ab ea, quae Hamartolo in eadem bibliotheca adscribitur, si ex principio de reliquis libri partibus sententiam ferre inconcinnum non est. Opus tamen hoc, si coniectura non fallor, non est, neque Hamartoli, neque Syncelli, sed ex vtrisque, vt libuit Epitomatori, compilatum, productumque ad Heraclionem, et infra ad sua tempora: eam tamen historiae partem cum vltimis foliis vetusta laceram, vel alio infortunio deperditam, vt saepe vsu venire solet, suspicor. Quod etiam in codice CLIV. bibliothecae Vaticanae adnotabam, in quo a principio mundi ad imperium Romanorum, et inde ad Theophanis principium historia continuatur totidem verbis, quibus Syncellus et Hamartolus vsus est. Vt videri possit ab aliquo tertio ex Georgio Hamartolo, et Syncello historiam illam fuisse decurtatam, quum in multis [ℙ] concisior sit, nec tam crebris, longisque sanctorum auctoritatibus abundet, licet iisdem verbis Hamartoli, et Syncelli, vbique semper narrationem continuet, nec vsquam variet.

Coniecturam confirmat Gretserus, qui de Georgii Syncelli codice Boico, et Augustano sermonem habens, testis oculatus scribit: *Verum nec Boicus, nec Augustanus codex, vtrumque iam vidimus, genuinum Syncellum continet, sed miscellaneam quandam farraginem ex variis ac nescio quibus rhapsodis consutam. Nam verus, et germanus Syncellus chronicum suum auspicatur a Iulio Caesare, praetexitque vsque ad primum annum Diocletiani; deque termino testem habemus Anastasium bibliothecarium in praefatione, quae Miscellae praefigi solet. Legitimum Syncellum nacti sumus, et legimus beneficio Marci Velseri, Viri Augustani, in cuius codice titulus sic habebat:* Γεωργίȣ εὐλαβεστάτȣ μοναχȣ̃ καὶ Συγκέλλȣ γεγονότος Ταρασίȣ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ ἀρχιεπισκόπȣ Κωνσαντινȣπόλεως σύνταξις, ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰȣλίȣ Καίσαρος Ῥωμαίων, μέχρι τῆς βασιλείας τȣ̃ πρώτȣ ἔτȣς Διοκλητιανȣ̃, etc. [ss]) Falsum nihilominus est, Syncellianae historiae principium a Iulio Caesare esse, quod postea et idemmet Gretserus ex Theophane ac Cedreno agnoscit; ac proinde codex, illi a Velsero exhibitus, non integer fuit, sed pars postrema Syncellianae historiae, cuius quemadmodum et Theophanis plures codices, quae eam ab obsessis a Pompeio Hierosolymis, vel a Iulii, vel Augusti principatu auspicantur, in Italiae bibliothecis, et praecipue Vaticana custodiuntur. Attamen partem illam, quae ab orbis conditi initio ad tempora Pompeii res pertractat, etsi sedulo auideque peruestigarim, nusquam hactenus vidi. Reperiri tamen nullus dubito, confirmorque schedula, quae in codice quodam Palatino dicti Georgii reperta est. In ea adseueratur, chronographiam Syncelli integram ab orbe condito in bibliotheca regis Gallorum adhuc exstare, [tt]) [uu]) charactere vetusto, bonaeque notae, cuius illud dicitur esse principium: ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίȣ μοναχȣ̃, Συγκέλλȣ γεγονότος Ταρασίȣ Πατριάρχȣ Κωνσαντινȣπόλεως, ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανȣ̃.

ss) Conf. not. x. ad vol. VII. p. 457. *Harl.*

tt) sec. cat. MSSt. Paris. regg. II. p. 398. est cod. MDCCLXIV. cuius tamen initium et finis desiderari dicuntur. *Harl.*

uu) Ex hoc codice regio publicauit Iacobus Goar, et cum versione sua ac notis in lucem integrum Syncellum produxit Paris. 1652. fol.

τιανῦ. *Ecloga chronographica composita a Georgio monacho, qui fuit Syncellus Tarasii patriarchae Constantinopolitani, ab Adamo ad Diocletianum.* P. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ὀυρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἀρχὴ πάσης χρονικῆς κινήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον [?] ὁρατῆς κτίσεως ἐςὶν, ἐν ᾗ ὀυρανὸς καὶ ἡ γῆ παρὰ τῦ Θεῦ πατρὸς, etc. Hunc esse codicem arbitror, ex quo Eusebiana sua Scaliger habuit, quare eius de codice iudicium audiamus: *Quam mutilus vero ille liber ad nos peruenerit, colligere licet ex eo multis locis, in quibus aut quorundam meminit, aut quaedam promittit, quae tamen nusquam comparent. Accedit manifestum mutilati codicis argumentum, verba ante lemma operis ad hunc modum concepta:* παρεκβολαὶ ἀπὸ τῶν Γεωργίε τῦ Συγκέλλε Ταρασίε Πατριάρχε. *Sane* τῶν παρεκβολῶν, *id est excerptorum nomen, satis indicat plura desiderari, quam superesse. Codex scriptus est ante plus, minus annos DC. ex eo omnia Eusebiana excerpsimus, quae quidem deprehendere potuimus, quae quanquam ne centesima quidem pars eorum esse videtur, quae ab Eusebio relicta sunt, aliquando tamen iustum volumen explere possunt.* Sed codicem illum mutilatum esse, pace tanti Viri, difficile adduci possum, vt credam. Monachum porro et Abbatem Syncellum agnoscit Theophanes in principio: Ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος, ὁ καὶ Σύγκελλος γεγονώς. Viuebat temporibus Caroli Magni.

Quum autem Georgius *chronographus*, seu *chronicus* laudetur a plerisque, vt ab Hippolyto Thebano in chronico apud Canisium Antiquarum Lectionum tom. 3, a Photio patriarcha, libello, vv) cui titulum fecerat: συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις περὶ ἐπισκόπων, καὶ μητροπολιτῶν, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ἐκκλησιαςικῶν ζητημάτων, nec non a Ioanne Tzetza Chiliade 2. hist. 33. de Cleopatra, et Pharo.

Μέμνηται μὲν Βιργίλιος ταύτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λεκιανὸς, καὶ Γαληνὸς, καὶ Πλέταρχος σὺν τέτοις.
Διόδωρος, Γεώργιος ὁ Χρονικὸς σὺν ἄλλοις,
Καὶ Ἰωάννης μετ' αὐτὲς Ἀντιοχεὺς ὑςέρως.

Mentionem quidem Virgilius huius Cleopatrae fecit, Lucianus, et Galenus, et Plutarchus cum his, Diodorus, Georgius, Georgius Chronicus cum aliis, et Ioannes post hos Antiochenus postremo: dubitari potest, de quonam Georgio intelligi debeat. De Syncello dici plane censet *Gerhardus Vossius* de historicis graecis lib. 3. in Ioanne Antiocheno, et postrema ista Tzetzae conuincere videntur. Nam si Georgio posterior est Ioannes Antiochenus, [?] qui nihilominus est Damasceno antiquior, quum ab eo Orat. 3. de imaginibus laudetur, sane Georgius ante Damasceni, quin etiam ante Ioannis Antiocheni tempora fuit, ergo non alius, quam Syncellus, quum ille antiquior ipso Hamartolo, et aliis fuerit. Sed enim in his insulse, quemadmodum et in plerisque aliis, Tzetza argutatur. Nam si vera ipse pronunciat, quod ipse neutiquam crediderim, alius erit hic Tzetzianus chronographus a Syncello. Et vim argumenti nec Tzetza ipse, nec alius eo acutior, aut turbulentior effugiet. Ioannem Antiochenum, vt diximus, Damascenus sub Leone laudat, sed per Tzetzam Antioche-

vv) De hoc dixi volum. XI. p. 27. §. XVI. [et ego plura adieci. *Harl.*]

tiochenus posterior est chronographo, quum post eum scripserit, ww) ergo chronographus hic non erit Syncellus Tarasii patriarchae, qui post Damascenum annos fere septuaginta scribebat sub Constantino et Irene. Ergo quantum hic Syncellus Ioanne Antiocheno, et Georgio chronographo, qui ante Antiochenum scribebat, distabit? Chronographi tamen nomen Syncello magis, quam alteri competet, quod ipse res per annos diuisas pertractauerit, ceteri sine vlla annorum distinctione illas prosequantur. Verum in tanta auctorum confusione non dubito, aliis etiam Georgiis, et Hamartolo praecipue a scriptoribus, qui non singula ad amussim examinant, tributum. *Allat.* Hic addere placet, *Chronicon*, lingua gr. vulgari scriptum, et a mundo creato, ad Amurathis vsque Sultani tempora deductum, auctore *Georgio Malaxo*, *Paris.* in cod. bibl. publ. quondam Colbertino MDCCXC. nr. 1. exarato probabiliter saeculo XVI. *Harl.*

XXIV. GEORGIVS alter MONACHVS, qui gaudet HAMARTOLVS, Peccator latine diceres, in sui contemtum; quod etiam plerique alii, sed Theophanes Syncelli continuator, potissimum in inscriptione operis, et ex Latinis etiam multi consueuerunt, adpellari. Chronicon et ipse scripsit ab exordio mundi ad Michaelem Theophili filium, xx) quando ipse vitam agebat, ex variis et diuersis chronographis, et interpretibus sacris contextum; historia quidem non admodum opulentum, sed ad firmanda fidei capita, dissertationibus, et sanctorum patrum auctoritatibus longiusculum. Pleraque sunt in [P] eo, quae in Cedreno, Theophane, Glyca, aliisque iisdem pene verbis, ac sententiis, paucissimis tamen exceptis descripta: ex hoc autem illi veluti e fonte suo, cum posteriores sint, hausisse, nemo ambiget. Historiam ad aliorum scriptorum loca obscura, et ardua explananda apprime necessariam nos e graeca lingua multis abhinc annis vertimus in latinam. Quae vtinam aliquando bono reipublicae literariae lucem videat! yy) Quid ex eius lectione sperare possis, auctor, quisquis ille fuerit, in principio libri carmine iambico significauit.

Πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου,
Πράξεις πατρικῶν καὶ χρόνους στεφηφόρων
Πράξεις παλαιὰς, ἔργα, καὶ καταστάσεις,
Συμβάντα καὶ πραχθέντα πᾶς μαθεῖν θέλων,

Ταύτην

ww) Fieri potest, vt Tzetzes ne voluerit quidem tempus, quo Ioannes Antiochenus vixit, Georgio chronico posterius innuere, sed tantum, quia post ceteros Antiochenum commemorat, ideo μετ᾽ αὐτοὺς ὕστερος eum nominare. Nam ita Plutarchus ab eo laudatur post Lucianum et Galenum, licet vtroque antiquior, et Diodorus post Plutarchum, quum diu ante vixerit. Ceterum per Georgium chronicum Tzetzae, Hamartolum potius signari mihi persuadeo, quam Syncellum; quemadmodum Georgius monachus inter scriptores, e quo excerpta Peiresciana, nominatus cum Ioanne Antiocheno, itidem Hamartolus, est, de quo vide, si placet, quae dixi volum. VII. p. 463. sqq. [vbi vide, quae de *Georgio Hamartolo* et de codd. quorum nonnulli iam ad antecedentem §. memorati sunt, adieci. *Harl.*]

xx) Hic imperio praefuit ab a. C. 841. ad 867.

yy) Nec dum, quod dolendum, lucem vidit, neque Allatio neque alio editore, licet manu exarata in variis bibliothecis, vt caesarea, apud Lambecium VIII. p. 462.

Ταύτην βίβλον διελθε, τοῖς γεγραμμένοις
Τὸν νοῦν ἐφιςῶν πᾶσι, μή τι που λάθοι.
Ὡς ἂν παριςῶν ταῦτα τοῖς οὐκ εἰδόσι
Ἔχειν νομίζῃ πραγμάτων ἐμπειρίαν.

Cuius ea eſt ſententia:

O exarati codicis mirum Indicem;
Recenſet acta, principum annos computat,
Antiqua narrat facta: quis rerum ſtatus.
Te ſi cupido temporis lapſi tenet
Nouiſſe ſeriem; codicem iſtum perlege,
Et ſcripta volue ſerio, vt fugiat nihil.
Namque illa neſcientibus cum poſtmodum
Ediſſeres, diceris expertus, catus.

Nec alio reſpexiſſe videtur, vt id quoque obiter hic notem, quam ad Dionyſii Periegetae carmina. [zz])

[P] Hocque meus Paraphraſtes manuſcriptus [a]) ſoluta oratione extulit. [P] Operis initium ita conceptum eſt: *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν, καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς. Breue chronicon e diuerſis Annalium ſcriptoribus, et expoſitoribus decerptum, concinnatumque a Georgio monacho [P] Peccatore. Liber generationis hominum ab eo die, quo Deus Adamum ad imaginem, et ſimilitudinem ſuam creauit, exorditur. Adamus tres ſuſcepit filios.* Temere ergo plerique dictum Hamartoli chronicon Syncello adſcribunt, vt adnotauit Gretſerus; et inter alios codex Ambroſianus Mediolanenſis. [v. §. antecedent.] Idem chronicon legitur etiam Scoriaci in biblioth. regia. [vide ſupra, §. VII. nr. 13. De cod. Bauar. CXXXIX. a cel. *Hardt* paullo vberius deſcripto, iam in §. anteced. de Georgio Syncello quaedam adnotaui.] *Harl.*

Ex

zz) verſ. 170. et 881. ſqq. [quos quilibet facile poteſt conſulere.]

a) Hunc Paraphraſtem periegeſeos Dionyſianae Eduardus Thwaiteſius primum in praeclara ſua Dionyſii editione Oxon. 1697. 8. deinde integriorem a. 1712. 8. ad calcem voluminis quarti geographorum graecorum minorum vulgauit Ioannes Hudſonus. *Fabr.* Hinc omiſi locum, ab Allatio e cod. ſuo prolatum. Pariter breuitatis ſtudio Prooemium operis, quod gr. cum verſione lat. publici iuris fecit, praetermittendum duxi. *Harl.*

Ex hoc opere, *de inuenta cruce* Narrationem edidit graece, et latine cum aliis *Gretserus* tom. 2. de cruce p. 1140. notatque eam desumtam esse ex Alexandro, aut Iulio Polluce; *b*) aut certe vtrumque eam ab hoc Georgio descripsisse, eamque iisdem fere verbis referri a Theophane in chronico; nec ignorare, qui in monumentis sequioris, ac posterioris Graeciae versatus est, quam liberaliter scriptores sese mutuo exscribere, aut expilare consueuerunt; subditque, hunc Georgium chronicon suum ab exordio mundi vsque ad imperium Constantini, filii Leonis, pertexuisse. Si de Constantino Porphyrogenneta filio Leonis sermo est, fallitur Gretserus, quum multo ante diem suum Georgius obierit, nec vltra quam ipse in prooemio iam allato promiserat, historia illa producta sit. Quare ab alio, nec ab vno, ex aliis scriptoribus illa addita esse manifestum est, et ego in nonnullis manuscriptis id obseruabam.

In excerptis etiam, *de Legationibus Romanorum ad exteros*, nondum vulgatis, quaedam ex eiusdem Georgii historia eiusdem argumenti habentur. *Περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ἐκ τῆς ἱστορίας* Γεωργίου τοῦ *μοναχοῦ*. P. *ὅτι ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἀποστείλας κατὰ Ῥωμαίων*. Vt hinc videas Georgii historiam ab imperatore Constantino [?] Porphyrogenneta, *c*) tamquam non contemnendam in pretio habitam, et dignatione.

Seruaturque penes me ex satis antiquo codice descripta, *ἐκ τοῦ χρονικοῦ Γεωργίου μοναχοῦ διήγησις ἀποδεικνύουσα πόθεν καὶ ἐκ ποίου βασιλέως ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ἡ τῶν εἰκονομάχων αἵρεσις, καὶ πότε ἐπαύσατο*. Καὶ *περὶ τῆς ἐπιτελουμένης συνάξεως τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν*. *Ex chronico Georgii monachi narratio, demonstrans, vndenam, et ex quo imperatore originem sumserit iconomachorum haeresis, et quando finem habuit, et de synaxi, quae fit prima sanctorum ieiuniorum dominica.* P. *μετὰ Θεοδόσιον τὸν Ἀδραμυττηνὸν ἐβασίλευσε* Λέων Ἴσαυρος, *ὁ καὶ Κόνων*. Quae in ista narratione habentur ex Georgii historia carptim, et, vti concinnatori placuit, desumta sunt: nihil ex ea hauries, quod non melius, ac perfectius ex eius historia addisces. Multa tandem ex Georgio in suos Annales refert Michael Glycas, quae tamen non omnia probat, de quibus penes alios iudicium sit.

XXV. GEORGIVS CEDRENVS a quibusdam etiam monachus, vel sacerdos existimatus, tum quod similis sortis hominibus genus dicendi familiare sequatur, tum quod de religione, et caerimoniis, et vita monastica prolixas disputationes saepe saepius interserat,

b) Alexandrum monachum intellige, cuius historicam narrationem de inuentione crucis Gretserus graece et lat. praemisit: *Iulium Pollucem*, Christianum scriptorem, auctorem historiae physicae in Hexaëmeron et chronici siue ecclesiasticae historiae ab origine rerum ad Valentem et Valentinianum, quae in variis bibliothecis seruatur manu exarata, vt dixi volum. VI. pag. 144. [vbi editt. *Bianconii* ex cod. Mediol. et *Hardtii* ex cod. Bauar. ductas, in not. *i*. iam laudaui. *Harl.*] De codice *Bauarico* huius Pollucis praeter Gretserum facit mentionem Posseuinus adpendice ad adparatum sacrum, et Iac. Pontanus praefatione ad Phranzam. De *Augustano* vide Noua literaria Hamburgens. a. 1709. p. 306. De Schleusingensi Godofredum Ludouicum in notitia bibl. Schleusingensis etc. *Fabr.*

c) Etiam inter scriptores e quibus excerpta Peiresciana collecta sunt, Georgius monachus laudatur.

ferat, a quibus ipse non dissenserim, dummodo libri titulus, quem ipsi etiam producunt, suspectus non sit. Ab orbe ipso condito compendium suae historiae exorsus, ad Stratiotici abdicationem [d]) deduxit: opus e variis historiis non sententiis solum, sed verbo tenus consarcinatum absoluit. Quae si ab auctoribus repeterentur, nudus ipse, aeque ac cornicula illa remaneret. Primam enim historiae partem a Georgio Syncello, a Georgio alio, Hamartolo ad Maximianum, et Maximinum; cetera ad Nicephorum ex Genico a Theophane Syncelli continuatore, de Basilio Macedone ex Constantini Porphyrogennetae libro de vita, et rebus gestis Basilii Macedonis: a Nicephoro [e]) ad Stratioticum ipsum, in quo historiam finit, a Ioanne Scylitza exscripsit, [f]) et nescio, qua fronte pro suis diuendidit, adeo, vt vix vnam, alteramue periodum in tam vasto volumine Cedreni propriam ac legitimam reperias: gratiae [P] tamen illi agendae sunt, quod auctores nobis praecipuos et raros suo ipse furto conseruauit, quando illi non haberentur. Sed quum iam nobis Georgii Syncelli, Hamartoli, Theophanis, Constantini, Scylacis, [g]) aliorumque scripta, accuratissimorum hominum beneficio ac diligentia obtinemus, frustra faciet, qui Cedrenum perquiret: nisi aquarum riuuli, quam fontes, vnde emanant, puriores ac dilucidiores, magis accepti fuerint. Editus est hic auctor graece et latine ex interpretatione Guilielmi Xylandri, qui Annotationes et tabulas chronologicas etiam addidit, Basileae 1566. in fol. ita tamen, vt paginarum integrarum defectum pluribus in locis sentiat, qui ex manuscriptis in Altempsiana et Vaticana bibliothecis conseruatis suppleri poterunt. [h]) Erat quoque in bibliotheca patriarchae Constantinopolitani, vt tradit Verderius, et in bibliotheca Antonii Augustini cod. CXXXI. Hunc aliquando Wolphius, sed quam sano iudicio? praetulerat Zonarae. Zonaras enim, licet in historia post Constantinum magnum ieiunior sit, et non nisi obuia quaeque percurrerit, in his vero, quae ante Constantinum ad mundi exordia diligentius ac copiosius versatur. Sed quod laude dignum eaque summa est, Zonaras res de suo componit et narrat, non alienorum furtis plausum captat, neque tractatus integros exscribit. *Allat.* [Post haec Allat. longum locum acreque de Cedreno iudicium *Iosephi Scaligeri* in notis in Chronicon Eusebii addidit, copiose castigauit, monuitque, haud dissimilia esse, quae apud *Vossium* de historicis graecis libr. II. cap. 26. leguntur. *Harl.*]

[P] Monet tamen Vossius ex Gesnero, historiam Cedreni a morte Nicephori vsque ad imperium Isaaci Comneni etiam legi sub nomine Ioannis Curopalatae, (qui idem est cum

d) A. C. 1057.
e) Nicephoro Rangabe.
f) Confer, quae supra, volum. VII. pag. 722. sqq.
g) Scylitzae.
h) Post haec a. 1644. ab Allatio scripta, Georgium Cedrenum vndequaque reparatum et absolutum ex regia biblioth. typis pariter regiis publico dederunt Parisienses a. 1647. fol. vbi Basileensis editionis lacunae expletae, castigata in plerisque a Carolo Annibale Fabrotto Xylandri versio, notae posteriores Iacobi Goari additae, Glossarium eiusdem Fabrotti praemissum, et adposita Scylitzae ad Cedreni historiam continuatio. *Fabr.* Plura leges supra ad vol. VII. p. 464. sq. Paris. in bibl. publ. cod. MDCCLXVII. exstat *Georgii Cedreni* chronographi narratio de Syluestri papae cum Iudaeis quibusdam colloquio. *Harl.*

cum Scylitza,) paucis exceptis. [i]) et [614] Casaubonum notis in lib. 17. Strabonis referre, quum a Graeculo historiam Curopalatae eruisset, eamque contulisset cum Cedreno, deprehendisse, eadem iisdem verbis ab iis dici, vt alteruter necessario plagiarius sit. Addit Casaubonus: *At, quum me ab illo Graeculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat, inique ferrem: hoc me tamen recreabat, quod, ex vtriusque collatione multa posse in vtroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, vt multa passim in eius scriptis turpissima relicta sint menda.* Sane Casaubonus non a Graeculo, qui, id quod erat, quam plurimi vendidit, sed errore suo, qui Scylitzam in Cedrenum translatum nesciuit, deceptus est. Frustra ergo queritur de Graeculo illo, qui Curopalatae historiam, quam vere profitebatur se habere, venalem exposuit: at ipse grandi pecunia mercatus est; cautius rem suam gerere debuit; rerum namque pretium vendentis redimentisque aestimatione accrescit. Vossius de historicis graecis lib. 3. in Ioanne Antiocheno videtur hunc Antiochenum Ioannem cum Curopalata confundere, quem dicit Syncellum, quod tamen falsum est, exscripsisse; quod multis in libris historicum Cedreni compendium tribuatur Ioanni Curopalatae. Certum tamen est, non vniuersam Cedreni historiam, sed eam tantum, quae a Nicephoro Rangabe exordium ducit, Ioannis Curopalatae esse, vt supra [k]) diximus. Puerile denique est, dubitare [l]), an Cedrenus a Curopalate, siue iste a Cedreno acceperit. De Cedreno vide Genebrardum in chronico, et Bellarminum de scriptoribus eccles. saecul. 11. anno 1070.

XXVI. GEORGII SICVLI in S. Demetrium Myroblytem, Troparium legitur 28. Octobris in Menaeo Graecorum, et in Anthologio; sed quonam ipse tempore vixerit, aut quisnam fuerit, mihi non liquet. [m]) Verum, quum Nicomediensis Georgius, vt supra [n]) notabamus, Troparia, Canones, Hymnosque, in sanctorum dies festos varios, nec vnius generis concinnauerit; et in Menaeis Graecorum tum editis, tum manuscriptis, pleraque similis

i) De similibus codicibus MSS. Seguierianae siue Coislinianae bibliothecae, vide *Montfauc.* p. 33.

k) p. 650.

l) Ioannem Thracesium, (qui idem est cum Scylitza,) sequi se non diffitetur Cedrenus, et priorem ἔκδοσιν illius vtique in synopsim suam transtulit: sed altera Scylitzae editio ad Alexium Comnenum vsque, h. e. ad a. 1081. continuata, post Cedreni synopsim demum in manus hominum venit. Georgium Cedrenum epist. LXXXVI. ad Euthymium citat *Nic. Comnenus* Papadopoli in praenotionibus mystagogicis p. 361.

m) *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. I. p. 255. de Georgio episcopo et ciue Syracusano plura refert, putatque, hunc illum esse Georgium, cuius meminere Wangereckius in Pietate Mariana Graecorum num. 32. p. 129. et Allatius, eum Siculum fuisse tradentes. Illum vero, Mongitor. ex catal. MSt. episcoporum ecclesiae Syracusanae, ex *Octauii Caietani* animaduerss. ad tom. I. SStorum Siculorum p. 154. et tom. II. p. 272. aliisque, quos citat, prodit, floruisse a. C. 663. graecis litteris, quas CPoli accepisset, fuisse adprime instructum; dum autem Syracusanam ecclesiam moderabatur, a Saracenis circ. a 727. d. XV. Iul. sec. Manchorusium, in Kalendar. SStor. Syracusanorum cum aliis obtruncatum occubuisse in loco, cui nomen Maran, atque in ecclesia S. Anastasiae de Ollis sepultum esse. Caietanus tamen suspicatur, eum a Saracenis, expugnatis Syracusis, a. 669. aut 670. cum multis aliis fuisse interemtum. In cit. catalogo MSto Georgius scripsisse dicitur *Troparia, quae in natiuitate Christi canuntur, et in Epiphania.* Eidem epistolam misit Vitalianus pontifex in Conciliis generalibus, Coloniae a. 1606. tom. II. p. 1161. et rogauit, vt Ioanni, episcopo Lappensi faueret. *Harl.*

n) p. 22.

ſimilis argumenti occurrant ſub Georgii nomine o) quem quisnam [P] ille fuerit, non facile diſcernes, operae pretium duxi, ea omnia, de quibus aliorum erit iudicium, huc, ſed in ambiguo referre. Canones vero Georgii eſſe Acroſtichis ipſa Canonum, et potiſſimum Theotociorum Tropariorum, quod huic auctori ſollemne eſt, ex qua nomen ſedulus Menaea Graecorum et manuſcripta et edita euoluendo expiſcatus ſum, indicat. Ex his nonnulla vulgata ſunt, pleraque etiam manuſcripta in bibliothecis Italiae latent. Pro captu ſimilis ſcriptionis operae pretium eſſet hic ſummatim, quid Troparium ſit, quid Canon, quid Ode, quid Triodion, quid Tetraodion, p) et alia, quae non ita in promtu ſunt, nec cuique obuia exponere. Verum quum id in tractatu meo de Melodis Graecorum latius peregerim, ne ſaepius eamdem cantilenam canere videar, ſatius me facturum puto, ſi ea tamquam ad catos, eorumque ſcientes expoſitionibus verborum omiſſis, ſola compoſitionum enumeratione referam. Georgium Nicephorus Xanthopulus inter Graecorum eccleſiaſticos hymnographos numerat,

Γεώργιος, Λέων τε, Μάρκος, Κασία.
Georgius, Leo, Marcus, Caſia.

Leguntur itaque ſub Georgii nomine, quisquis ille fuerit, Troparia, *in ſanctam martyrem, Chreſtinem* 24. Iulii.

Canones *in ſanctos Carpum et Papalum.* P. Καρπούς με δικαιοσύνης.

In S. Artemium martyrem. P. ἀκτῖνες ἀειλαμπεῖς ἀνίσχουσιν, Acroſtichis. Ἀρτέμιος ἔπλησεν ἀρτίαν δρόμον.

In Calliſtratum martyrem. P. καλλονεῦς ταῖς θείαις κοσμηθείς. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

In Neſtorem martyrem. P. ξύλον ζωῆς ὑπάρχον. Acroſtichis. ξυνωρὶς αὐτάδελφος αἰνέσθω πόθῳ.

In Philemonem apoſtolum, et ſocios. P. χοροβατῶν χαρμονικῶς τὰ οὐράνια.

In Archippum, Philemonem, et Siſinnium. P. τοῦ Παύλου συμμέτοχος.

[P] *In Parthenium epiſcopum Lampſaci.* P. φαιδρύνει ταῖς ἀστραπαῖς. Acroſtichis. Φερώνυμον σέβω σε τῆς παρθενίας.

o) Tropariorum et hymnorum ſacrorum auctores ab Allatio in hac ipſa diatriba memorantur praeter Georgium Nicomedienſem et Siculum, Georgius Scylitza et Georgius Rammata, nec non Georgius Pamphilus et, qui expoſitionem canonum ac tropariorum ſcripſit, Georgius Corinthi metropolita. Georgium Siculum, Gregorii Syracuſani fratrem, in explicatione hymnorum a ſe ſcriptorum laudat *Nic. Comnenus* libro laudato p. 397.

p) Maiores hymni ſacri vocantur Canones. Hi in odas diuiduntur, odae in troparia. Triodium eſt canon tribus odis conſtans. Tetraodium quatuor, Theotocion hymnus laudibus Deiparae deſtinatus.

In Gerasimum confessorem. P. ὅπλον κατὰ πάσης τῆς μεθοδείας. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Sabinum martyrem. P. τὸ ὄμμα καθάραντες τῆς ψυχῆς. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Vigiliam Annunciationis Deiparae, P. ὁ κόσμος περιχαρῶς εὐφράνθητι.

In ingressum in templum Deiparae Virginis. P. σοφίας πανάχραντε-σὲ θησαυρόν. Acrostichis: Σοὶ τὴν χάριν δέσποινα τῷ λόγῳ δίδου.

In Pelagiam martyrem. P. προθεῖσα ὡς πανδαισίαν σήμερον. Acrostichis. πόθῳ γεραίρω τὴν σοφὴν Πελαγίαν. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Procopium martyrem. P. ἡ αἴγλη τῦ παναγίου πνεύματος. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Cerycum, et Iulittam martyres. P. ὁ νοητὸς ἥλιος. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Eliam prophetam. P. πυροφόρῳ τῆς σῆς πρεσβείας. Acrostichis. ποθῶν γεραίρω τὸν θεόπτην Ἡλίαν. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Irenem, Agapem, et Chionem virgines. P. Ἁγνείᾳ κοσμήσασα τὴν ψυχήν. iuxta seriem alphabeti.

In Iosephum Iustum, patrem Domini, Iacobum fratrem Domini, Dauidem regem et prophetam. P. χαρίτων προσχέονται. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Hermylum, et Stratonicum martyres. P. ἐπέφανεν ἐν κόσμῳ. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Vigiliam Epiphaniae. P. ςολίζεται σήμερον ἡ ἐκκλησία καὶ κόσμος. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In reditum reliquiarum S. Ignatii Theophori. P. ἰσχύν με κατὰ παθῶν περίζωσον. Acrostichis, Ἰγνάτιος εἰσαῦθις ἡμᾶς αἰτιᾷ. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Marcum Arethusiorum episcopum, et Cyrillum Diaconum martyres. P. τῆς ἐκκλησίας τῦ Χριςοῦ 29. Martii.

In Publicanum et Pharisaeum. P. παρεμβολαῖς ἐμβιβάζων πάντα. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In depositionem venerandae zonae Deiparae Virginis. P. λαμπάδα φωτοφαῆ. 31. Augusti.

In

[P] *In vigiliam sanctae et venerandae crucis.* P. Σταυρὸς προεσχόμενος.

Melodum hunc Georgium alii etiam cognomines, qui se ad idem studium musicum, et concinne admodum adplicuerunt, etsi longo temporum interuallo disiungi non nemo fidenter satis fatebitur, nec ego honeste dissentire possum, excipiant: et materia, et studii similitudo licet disiunctissimos, coniunctissimos faciat. Accedat ergo

XXVII. GEORGIVS SCYLITZA, cuius elegantissimum Canonem *in S. Georgium martyrem,* Smyrnae me aliquando legisse memini. P. Γεωργηθᾶσαν ἐν καρδίαις αὔλαξιν ἐκ βρέφους. Acrostichis erat: μάρτυρι τὴν ᾠδὴν φέρω Γεώργιος ὁ Σκυλίτζης.

Huius etiam χρονικά, *Annales* dicuntur exstare in bibliotheca Sfortiana. Codicem, eumque ingentem quum auidissime arripuissem, Georgii Scylitzae nomine in fronte, articulo praesignitum, quasi thesaurum nactus, immensis gaudiis oneratus sum; at, vbi penitius rem introspicio, nullum ibi Georgii vestigium, sed *Zonarae* omnia verbotenus eleganti charactere comperio, demisso vultu occidi, et librum abieci. Multa tamen ex eo in Zonara possunt emendari. q) Sed illud obiter hic obseruandum est, Manuelem Malaxum in Nomocanone cap. 195. cuiusdam Iudaei historiam referre, qui in graui morbo, et vitae discrimine baptismum a Christianis comitibus petiit, quem tandem precibus obtinuit. Namque quum nusquam aqua suppeteret, vnus ex sociis, Christianus tamen, arena manibus capiti illius superinfusa, et forma baptismatis enunciata, baptizauit; et in margine codicis notatꝫ, hanc historiam decerptam fuisse παρὰ τῦ χρονικῦ Γεωργίυ, τῦ Σκυλίτζης, *ex chronico Georgii Scylitzae.* Id tamen parum caute, vt multa alia solet saepissime, effutisse, Georgiorum nomine Abbatis nempe, et Cedreni, qui eamdem historiam recensent, deceptum existimo. Numquam enim haec historia adparet in Zonara, ex quo sub Scylitzae Georgii nomine chronicon transcriptum est: nisi etiam aliud ab eo, quod ipse vidi, chronicon Scylitza scripsisse dicendus sit; quod an verum fuerit, alii dicent. Praeterea inter codices Palatinos Romae aduectos cod. CCLXII. Zonarae historia principio mutila a monarchia Romanorum incipit: in ea etsi notis ab historia diuersis praefixum est Γεωργίυ τῦ Σκυλίτζης *Georgii Scylitzae;* differtque ab edita Zonarae, quod in capita diuisa, vbicumque summaria capitum exhibeat. An summarum auctor Scylitza [P] iste? An propterea vel fraude sua, vel exscriptorum oscitantia historiae auctor confingitur?

XXVIII. GEORGIVS RAMMATA, hoc solo mihi notus auctor, Troparia quaedam *in S. Nicolaum Myrrhensium episcopum* non ineleganter composuit, quae cani deberent εἰς τοὺς αἴνους, *ad laudes;* quae ita exorditur:

1. Τὸν σοφὸν ἀρχιποιμένα τῶν Μυρέων.
2. Ὁ φωστὴρ ὁ ἀνέσπερος ὁ πυρσὸς ὁ ἀείφωτος.
3. Νῦν εἰσῆλθες τὰ ἄδυτα, νῦν τελεῖς τὰ ἀπόῤῥητα.

 4. Σαλ-

q) Plura de *Ioanne Scylitza,* eiusque compendio historiarum adnotata sunt supra in vol. VII. p. 722. sqq. *Harl.*

4. Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων, σκιρτήσωμεν ἑόρτια.

5. Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων. κύψασα γὰρ ἄνωθεν.

Digna omnia luce, quam nondum viderunt. Praeter enim quartum et quintum in Menaeo Graecorum die 6. Decembr. edita absque nomine auctoris, reliqua tria, quod ipse sciam, inedita sunt.

XXIX. GEORGII HERACLEENSIS *Laudatio ad imperatorem Michaëlem Ducam*, ἐγκώμιον πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκα, conseruabatur in biblioth. Medicea.

XXX. GEORGIVS r) CORCYRENSIS metropolita, sub Friderico et Manuele Comneno imperatoribus doctrina, eruditioneque clarus innotuit. Romam ab imperatore ad concilium, post etiam, si facultas data fuisset, ad imperatorem Fridericum transmittitur. Sed, dum ille infirmitate Brundusii, Hydruntique per sex menses retardatur, concilio Romano finis imponitur, ad quod loco illius Nectarius, abbas monasterii Casulorum in Magna Graecia, vir, et dicacitate, et pertinacia, et propugnando schismati, et Graecorum erroribus impudentia, longe post natos homines improbissimus, conuenit. Ex Brundusio scripsit patriarchae Antiocheno Simeoni, Baron. tom. 12. anno 1178. Hinc Georgius ab imperatore reuocatur; primum, vt suae prouideret ecclesiae, postmodum, vt synodo Constantinopolitanae a patriarcha indictae interesset.

1. Scripsit plures *epistolas* ad diuersos, s) quas Federicus Metius Thermularum episcopus, et collegii Graecorum alumnus ex manuscripto codice latinitate donatas, cardinali, Caesari Baronio, dederat, qui [P] ex illis aliquas Annalium suorum tom. 12. latinas inseruit, earum lectione non parum delectatus. *Delectat quippe*, ait, *audire Graecum antiquitatis*

r) Cognomento *Cupharas. Fabr.* De hoc *Georgio Corcyr.* conf. *Caui* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 217. ad a. 1136. *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. p. 1536. qui notat Caueum, quod annis XL. antiquiorem illum Georgium faciat, quam reuera fuerit; quippe quum a. 1170. floruisset sub Manuelis Comneni imperio. Idem monet, Georgium, de quo h. l. Allatius agit, dici seniorem, ad distinctionem ab altero eiusdem nominis et sedis episcopo, qui circa a. 1236. cum fratribus Minoribus disputationes habuit ad fidei graecae commendationem et doctrinam; hos duo autem diuersos ab Allatio et Caueo fuisse imprudenter confusos. Tum duo alios Allatii errores castigat, vti ad not. x. obseruaui. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCIV. nr. 2. exstat, *Georgii*, Corcyraei metropolitae, responsum ad quaestiones, sibi propositas, de ritibus quibusdam in liturgia seruandis. *Harl.*

s) Vt *ad imp. Fridericum* epistolas II. Baronius ad a. 1176. n. 21. et 1178. n. 13. *ad Manuelem* (Comnenum) *imp.* ad a. 1176. n. 23. *ad Basilium Camaterum* (ab a. 1138. ad 1186. patriarcham CPol.) *Epistolam* vnam dat Baronius ad a. 1180. n. 26. *quarta* citatur a Nic. Comneno pag. 202. praenot. mystagog. *Ad Athanasium patriarcham Hierosol.* Baron. ad a. 1188. n. 30. *ad Simeonem patriarcham Antiochenum* ad a. 1178. n. 14. *ad imperialem notarium Ioannem Hydruntinum*, ad a. 1178. n. 15. *ad Nectarium Casulorum abbatem* epistolas II. ad a. 1170. n. 10. et 12. *Fabr.* v. infra, vol. XI. p. 620. ed. vet. Binae epp. ad Nectarium, latine, in tom. XIII. Concilior. Labbei, ed. Venet. p. 436. sqq. Altera, quae incipit: Ἀνδρὶ τέχνῃ τέχνης ἐπιστήμων. *Florent.* in cod. Laurent. XVI. nr. 28. plut. 9. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 416. *Harl.*

quitatis quidpiam redolentem, vtinam et pietatis. Namque ipse Georgius erat schismaticorum fuligine tinctus, et morbo affectus.

2. Scripserat praeterea *Monodiam* de Nectario iam dicto t) per modum epistolae ad Nicolaum Hydruntis iudicem. Eadem latina ab eodem Metio facta in eodem Annalium tomo legitur. u) Maxima visitandi Hierusalem cupiditate exaestuasse, ex eiusdem ad Athanasium patriarcham Hierosolymitanum, et patriarchae ad eumdem litteris datis, editisque a Baronio adparet. Legi ipse eiusdem nonnulla aduersus Latinos opuscula, v) inter ea praecipua sunt: ἀρχὴ ἐπισημειώσεων πρὸς ἅπερ ἠρωτήθημεν κατακείμενος ἀσθενῶς ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ τῶν Κασούλων παρὰ τῶν λεγομένων Φρατομινουρίων, οἵ τινες παραδιδάσκουσι, καὶ παραδογματίζουσιν, εἶναί τι πῦρ καθαρτήριον, ἐν ᾧ οἱ τελευτῶντες ἐν ἐξαγορεύσει, μήπω δὲ φθάσαντες ἀποκλαύσασθαι τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα ἀπάγονται, καὶ καθαίρονται πρὸ τῆς τελευταίας κρίσεως, τέλος εὑρίσκοντες ἀπαλλαγὴν τιμωρίας πρὸ τῆς τελευταίας κρίσεως. ἅμα προϊσῶντες σύμμαχον τοῦ τοιούτου λόγου, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Γρηγόριον τὸν Διάλογον. καὶ ἡ μὲν πεῦσις τοῦ Λατίνου, ἐκαλεῖτο δὲ οὗτος Βαρθολομαῖος, τοιάδε τις ἦν; θέλων μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν τῶν Γραικῶν. *Initium considerationum eorum, de quibus in sancto Casulorum monasterio male adfecti a fratribus minoribus interrogati sumus, qui perversa docent, et male adstruunt, esse quemdam ignem purgatorium,* w) *in quem, dum confessi moriuntur, nec propria crimina deplorarunt, asportantur, et purgantur ante finale iudicium; tandem aliquando poenas finem* [?] *ante dictum iudicium adipiscentes, et huiusce dicti aduocatum adstruunt sanctum Gregorium cognomento Dialogum. Interrogatio porro Latini, cui nomen erat Bartholomaeo, haec fuit: Cupio a vobis Graecis perdiscere,* etc.

3. Τοῦ αὐτοῦ δεύτερον σύνταγμα περὶ θείας κοινωνίας, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀπόδειξις ἁπλῶς ἐκ τῶν θείων γραφῶν. ὅτι ἔνζυμος ἄρτος τῇ ἐκκλησίᾳ παρεδόθη παρὰ τῶν ἀποσόλων προσφέρεσθαι ὡς καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου τῇ Ῥώμης προσεφέρετο ἐκκλησίᾳ. γράφει δὲ καὶ τὴν περὶ τούτου ἐν Κωνσαντινουπόλει γενομένην διάλεξιν, καὶ πῶς ἀντειπεῖν οὐκ ἠβουλήθησαν οἱ Λατῖνοι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπῄνεσαν τὸν θεῖον ἄρτον, τὸν ἔνζυμον. καὶ ὅτι εὑρεθείσης καὶ μερίδος ἐκείνου τοῦ ἄρτου, ὃν ὁ Χρισὸς ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ δείπνῳ, ἐν τῷ τοῦ μεγάλου παλατίου σκευοφυλακείῳ πᾶσα πρόφασις ἤρθη ἐκ μέσου. *Eiusdem secundus commentarius de sancta communione, in qua est ex ipsis sacris scripturis sincera demonstratio, panem fermentatum ecclesiae traditum fuisse ab apostolis ad oblationem, quemadmodum ad tempora sancti Gregorii cognomento Dialogi in romana ecclesia offerebatur. Prose-*

t) Defunctus Nectarius a. C. 1181. vt ex Acindyno constat.

u) ad a. C. 1181. n. 30 - 33.

v) Ex Georgio Corcyrensi de processione Spiritus S. quaedam producit *Allatius* II, 6. de consensu §. 6, p. 581. Idem p. 705. lib. 2. cap. 13. §. 4. notat, sub Nicolai Hydruntini siue Hydrussae magistri nomine quaedam legi ex Nic. Methonensi desumta vel ex Georgio Corcyrensi: et multa per exscriptorum incuriam ad Georgium referri, quae Nicolai Hydruntini sint.

w) Locum ex Georgio Corcyrensi contra Latinos de purgatorio igne adfert *Allatius* pag. 134. diss. 2. de libris eccles Graecorum. *Fabr.* Sub nomine *Georgii metropol. Corcyr.* (κερκύρας) opus *de igne purgatorio* (περὶ πυρὸς καθάρτου) exstat *Florent.* in cod. Laurent. XXXVI. nr. 3. plut. 5. v. *Bandin.* l. c. I. p. 60. *Harl.*

Prosequitur praeterea disputationem de hac re Byzantii habitam, et quomodo illi contradicere noluerunt Latini, sed potius sanctum panem fermentatum laudarunt; et quum illius panis, quem Christus in coena discipulis tradidit, particula in magni palatii Sceuophylacio inuenta esset, omnis contradicendi causa de medio sublata sit. P. κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἰδίας φύσεως ἀδιαίρετος πέφυκεν ἐραστής.

Liber erat in bibliotheca Barberina satis antiquus, lacerus, male compaginatus, et erroribus plenus, exscriptus a Ioanne Neriteno anno Domini 1036. vt ex male conflatis in fine libri carminibus elicitur: quae sunt,

Σοὶ Χριστὲ χάριν τῷ χαρίσαντι νόμον
Πρὸς ἀχάριστον Ἰωάννην σὸν λάτριν
Ὑγιᾶ ὄν φύλαττε, καὶ πάσης βλάβης
Ψυχοφθόρε ῥύσαιο τῇ σῇ δυνάμει.

Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Ἰωάννε Νεριτηνῦ, μηνὶ Ἰουνίῳ ἐν τῇ ιγ'. ἡμέρα παρασκευῇ, ὥρα θ'. ἔτει δὲ ςφμδ,[x]) τῆς Ἰνδικτι. θ'. [P] *Tibi Christe gratiae, qui dedisti legem ingrato Ioanni seruo tuo, quem sanum conserua et ab omni animiperda libera tua facultate. Scriptus est hic liber manu Ioannis Neriteni, mensis Iunii die decimo tertio, Parasceues hora nona. anno 6544. indict. nona.* Ab his si detrahas annos mundi 5508. qui remanent, erunt 1036. a Christo nato.

XXXI. GEOR-

x) Non dubito errorem esse in numeris, et scriptum ςψμδ 6744. hoc est CHristi 1236. Certe Georgii Corcyrensis lucubrationes qui a. 1180. et post scripsit, a. 1036. a librario describi non potuere. Allatius eosdem titulos librorum Georgii, versusque cum subscriptione referens lib. 2. de consensu c. 11. §. 6. p. 664. exhibet ςχμδ, 6644. hoc est CHristi 1136. Sed ita quoque error est manifestarius, eo, vt dixi, modo emendandus. *Fabr.* *Oudin.* postquam locum Allatii exscripserat, at in fine loci eum aliter, ac Fabricius, sic scribentem fecerat, — „*manu Ioannis Neretini, die decimo tertio Iunii mensis; Parasceue hora nona, anno VI. millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, Indict. nona.* Ab his si demas annos V. MDCVIII. qui remanent, erunt anni MCCXXXVI. Christi, quod confirmatur ex indictione IX. quae anno praefato 1236. conuenit." (Num Fabricius, an Oudinus verba Allatii recte reddiderit, equidem nescio;) Oudinus igitur ita pergit: „Si autem legeretur, vt Allatius legit, ςχμδ' seu 6644. scriptus esset liber a. C. 1136. vti post Allatium Caueus ad annum 1136. p. 663. scripsit; sed Indictio designata tunc falsa esset, quum a. 1136. Indictio decima quarta concurreret. Itaque certo ex Indictione IX. notata legendum fuit (ἔτει ςψμδ') non, ςχμδ', vti male legerunt: hoc est anno mundi 6744. qui cum Indictione IX. concurrit, non, 6644." — Paullo ante euincit, Allatium falli, „dum, ait, illi adtribuit *Disputationes duas cum Fratribus Minoribus* ex MS. cod. Barberinae bibliothecae quae non a. 1136. factae sunt, vt Allatius scribit, sed a. 1236. annis centum postea, ac annis circiter quinquaginta postquam hic Georgius (senior) floruit: qui quum annis circiter totidem Fratres Minores praecesserit, ad Georgium alium eiusdem nominis et sedis episcopum necessario ob magnam temporis medii intercapedinem pertinere debent." Hactenus Oudin. qui de *Georgio*, metropolita Corcyrensi, *iuniore*, et claro saec. XIII. a. 1230. tom. II. col. 110. sqq. vberius disputat. *Harl.*

XXXI. GEORGIVS MANGANES sub Alexio Comneno, illius scriba; plura ad munus suum pertinentia scripsisse verisimile est, sub anno Domini 1081. Anna Comnena Alexiados lib. 2. *κατανεύει πρὸς τοῦτο Ἀλέξιος ὁ ἀρτιφανὴς βασιλεὺς, καὶ μετακαλεσάμενος εὐθὺς Γεώργιον τὸν Μαγκάνην, ὃς καὶ ὑπογραφεὺς αὐτῷ ἐχρημάτιζεν, ἀνατίθεται τούτῳ τὴν τοῦ χρυσοβούλλου γραφήν. ὁ δὲ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ὑπερετίθετο ἄλλοτε ἄλλας αἰτίας συνείρων, ποτὲ μὲν λέγων, ὡς ἄρα κατάκοπος γεγονὼς κατὰ τὴν ἡμέραν ὅλην, τῆς νυκτὸς μὴ δύνασθαι γραφὴν ξυντελέσαι, ἄλλοτε δ' ὅτι τὰ γεγραμμένα νυκτὸς σπινθὴρ ἐμπεσὼν ἀπετέφρωσεν. τοιαῦτα καὶ ἄλλοτε ὁ Μαγκάνης προφασιζόμενος, καὶ οἷον μαγγανευόμενος ἄλλοτε ἄλλας ὑπερετίθετο. Adnuit ad haec Alexius recens imperator, et arcessito illico Georgio Mangane, qui scriba illius erat, imponit aureas bullas scriptionem; ille per tres dies rem differebat, alias atque alias tarditatis caussas adducens, nunc quidem dicens, se per totum illum diem laboribus adtritum, nocte non potuisse scripturam absoluere; aliquando, quae noctu scripta erant, scintillam incidentem in cinerem conuertisse. Haec et similia Manganes praetexens, et quasi manganizans, in aliud atque aliud tempus negotium prolatabat.* Vt hinc quoque prudentiam hominis in administranda republica deprehendas; quod et accuratius infra describit, etc.

[P] XXXII. GEORGIVS presbyter, CHIONIADES, scripsit, *σχήματα καὶ σχόλια εἰς τὴν βίβλον Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ πρὸς τὸν ἐν μοναχοῖς σεβασμιώτατον κύριν Θεόδουλον. Schemata, et scholia in librum Ioannis Damasceni ad reuerendissimum monachum dominum Theodulum.* P. *τὰ εἰωθότα ζητεῖσθαι κύριε.* [conf. supra, vol. IX. p. 742. vbi inscriptio differt.] Labor est ad intelligentiam sententiarum tanti patris satis idoneus, et opportunus. Ex codice Vaticano iam habuit doctissimus Aubertus, vna cum Damasceni operibus editurus.

XXXIII. GEORGIVS XIPHILINVS ex Magno Vasorum Custode post Dositheum patriarcha Constantinopolitanus. y) Notitia patriarcharum: *καὶ γέγονε μετ' αὐτὸν πατριάρχης ὁ μέγας Σκευοφύλαξ Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος, καὶ ζήσας ἔτη ς. καὶ μῆνας ι. καλῶς καὶ θεοφιλῶς πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. Et substitutus est in eius locum Georgius Xiphilinus, magnus Vasorum Custos, qui quum an. VI. mens. X. praeclare ac religiose vixisset, ad dominum migrauit.* De eo Ephremius:

> Ἔπειτα Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος
> Σκευοφύλαξ ὢν τῆς Θεοῦ γ' ἐκκλησίας
> Ποιμαντικὴν εἴληφε καὶ προεδρίαν.

Deinceps Georgius Xiphilinus Vasorum Dei ecclesiae custos cum esset, pastoralem dignitatem, et primam sedem adeptus est. Eius meminit *Nicetas Choniates* in Isaacio Angelo lib. 2. cap. 4. et

y) Ab a. C. 1192. ad 1198. *Fabr.* conf. *Caue* hist. litter. SS. eccl. II. p. 252. sq. ad a. 1193. quo anno patriarcha CPolit. creatus, et a. 1199. mortuus esse dicitur. *Harl.*

et Theodorus Balsamo suam in Canones [P] Apostolorum, synodorum, et patrum expositionem carmine iambico, quod operi praefigitur, eidem nuncupauit.

Illius de iuribus territoriorum constitutio, z) subscriptione et sigillo Ioannis Camateri, qui in patriarchatu successit, confirmata legitur apud Leunclauium graece et latine in Iure Graeco-Romano, tom. I. lib. 2. p. 283. aa) Legi eiusdem duo Synodalia sancita de Stauropegiis, sub a. 1192. ab Eustachio Chandreno magnae ecclesiae chartophylace subscripta, apud Manuelem Malaxum in Nomocanone, quem ille communi Graecorum lingua conscripsit cap. 483. Primi erat illud principium: πρὸ καιροῦ καὶ ἐν διακόνοις τελοῦσα ἡ μετριότης ἡμῶν. Secundi: Γέγονεν οἰκοδομία τις εὔλογος δι᾽ ὑπομνήματος. Protecdici praeterea dignitatem, olim minoribus adnumeratam, maioribus adscripsit; et factum suffragio suo adprobauit Eustathius metropolita Thessalonicensis, summisque laudibus tamquam rectum rectaeque rationi consentaneum euexit. Ioannes episcopus Citri, responsis ad Constantinum Cabasilam Dyrrhachii archiepiscopum: τὸ τοῦ Πρωτεκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ἐν ἐκπαλαι, ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου, τῇ τάξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε, καὶ γνώμη γενναία τοῦ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου, ἐπαινοῦσα, καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονὸς, ὡς εὐλόγως, καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. οἷα τηνικαῦτα τινῶν ἀντειπόντων, ὡς μὴ ἀποδεξαμένων τὴν πρᾶξιν. *Protecdici autem officium quum antea esset inter inferiora, postea in altiorum ordinem statutum est a beatae memoriae patriarcha Constantinopolitano Georgio Xiphilino. Hanc autem actionem subsequuta est praeclara sententia sancti metropolitae Thessalonicensis Eustathii, id laudans, et extollens, vt iuste et extra reprehensionem factum; quum quidam, qui actionem non admittebant, tunc contradicerent.* Et Anonymus de officiis magnae ecclesiae Constantinopolitanae apud me: τὸ δὲ τοῦ Πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσι πρότερον ὂν τοῖς ὑπερέχουσιν ὕστερον συντέτακται παρὰ τοῦ πατριάρχου Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. *At Protecdici officium, quum antea esset inter inferiora, postmodum inter eminentiores ordines a Georgio Xiphilino patriarcha collocatur.*

XXXIV. GEORGII LAPITHAE CYPRII [ex nobili et antiqua familia orti,] versus morales bb) graecos [P] 319. vidit Gesnerus Venetiis in biblioth. S. Antonii, recensetque Robertus Constantinus in bibl. Florebat eadem cum Barlaamo monacho aetate, ad quem ipse plurima scripsit, vt idemmet Barlaamus epist. ad Nilum Inclusum, quem iudicem inter se et Palamam constituit, adfirmat: ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ἐν τοῖς πρὸς Λαπίθην τὸν Κύπριον ἐμοῖς συγγράμμασι γέγραφα ταῦτα, ἅπερ ἐπὶ τῷ Φυσικῷ εἴπομεν. *His similia nostris ad Lapithem Cyprium commentariis scripsimus, et in Physicis etiam pertractauimus.* Tem-

z) Sententia synodalis de iuribus territoriorum, (promulgata et confirmata a. C. 1197. d. IV. Febr.) *Vindob.* in cod. caes. CCCLIII. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 314. sq. Kollar. *Harl.*

aa) Georgii Xiphilini *decretum de Eunuchis* citat *Nic. Comnenus* p. 158. praenot. mystagog. et *Synodicon de trina in baptismo immersione* p. 310.

bb) Genere carminis prosae proximi, quod politicum vulgo adpellant. στίχοι πολιτικοὶ ἀντιστιχίδιοι εἰς κοινὴν ὠφέλειαν, τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου Λαπίθου τοῦ Κυπρίου. Incipit:
Γνῶθι σαυτὸν, ὦ βέλτιστε, τίς τε καὶ τί τυγχάνεις.

Tempore itaque Palamae florebat, qua et Barlaamus aetate circa annum Domini 1337. vt ex eiusdem Barlaami monachi de Lunari defectu comprehendendo ex mathematica constructione Ptolemaei, quae incipit: ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐκθέσθαι σοι, colligi potest.

Inter Barlaami opera illud quoque legi: Βαρλαὰμ μοναχοῦ λύσεις εἰς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἀπορίας παρὰ τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Λαπίθου; *Barlaami monachi solutiones ad proposita sibi dubia per sapientissimum Georgium Lapithem.* Lapithae dubiorum principium illud est; ἐν τοῖς πρώτοις περὶ κινήσεως λόγοις ἀπεδείξατο Ἀριστοτέλης διὰ πλειόνων. Responsionum Barlaami: πρὸς μὲν οὖν Πλάτωνα, ὦ γεννάδε, ὁπωσποτε ἔχει Ἀριστοτέλης, ἐν οἷς φιλοσοφεῖ. Eiusdem in biblioth. regis Gallorum cod. MMXXXIX. habentur στίχοι πολιτικοὶ αὐτοσχέδιοι εἰς κοινὴν ἀκοήν. *Versus politici subinde et immediitate facti, palamque omnibus recitati.* P. γνῶθι ταυτὸν, ὦ βέλτιστε, τίς τε καὶ πῶς τυγχάνεις. Opus est diuisum per titulos iuxta varia rerum argumenta. Et nescio, an distinctum ab eo, quod nobis Gesnerus et Constantinus recensuit. *Allat.* In cat. MSS. regg. bibl. Paris. vol. II. p. 564. numeratur cod. MMDCCCLXXVII. ibique nr. 1. ita citatur: „*Georgii Lapithae* poëmata, versibus politicis. Ibi de varii argumenti rebus, illis praesertim, quae ad pietatem spectant." — De *Georgii Lapithae* epistolis v. supra, vol. VII. p. 655. not. *dd.* Eiusdem epistolas exhibuit *Boiuinus* inter elogia, tom. I. historiae Gregorae praemissa. Conf. *Rob. Gerium* in adpend. ad Cauei hist. litter. SS. eccl. tom. II. p. 42. ad a. 1340. *Harl.*

Lapitham, eius studia, res ac fortunas ad amussim nobis repraesentauit Agathangelus [cc]) Callistrati filius in Narrationibus.

[P] XXXV. GEORGII CERAMEI [dd]) *Iambica in librum Simeonis Sethi de Stephanite, et Ichnilata* laudantur in Indice manuscripto graeco. Συμεὼν Μαγίστρου διήγησις μυστικὴ τῶν κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἀράβων διαλέκτου ἐν λόγοις ή. Γεωργίου Κεραμέως Ἰαμβεῖα ἐπὶ τῇ προρρηθείσῃ βίβλῳ. *Simeonis magistri narratio arcana de Stephanite et Ichnilata ex Arabum lingua conuersa libris octo. Georgii Cerami carmina iambica in praedictum librum.*

XXXVI. GEORGIVS CHVMNVS Byzantinus [ee]), scripsit *historiam rhythmicam* ab iis primis Geneseos verbis, *in principio creauit Deus coelum et terram,* vsque ad regnum

cc) Hic est Agathangelus, qui aduersus Nicephorum Gregoram scripsit pro Aristotele. *Fabr.* Quae vero Allatius ex Agathangelo de Georgio Lapitha, eius commoratione in insula Cypro, auctoritate apud regem, rerumque astrologicarum scientia et quid de illis senserit, adtulit, ea longiora sunt, quam vt h. l. commode repetantur. Ex eo autem loco discimus, Georgium cognomen *Lapithae* a fluuio Lapitho in Cypro, ex Olympo profluente, in cuius ripis aedes ille habuit, adeptum, atque vtriusque linguae et philosophiae studiosum, et in sacris scripturis perdiscendis adsiduum fuisse. *Harl.*

dd) Plura Allatius infra p. 414. seq.

ee) In codice caesareo apud *Lambecium* V. p. 259. [s. p. 545. sq. ed. Kollar. in cod. caes. CCXCVII. nr. 2. vbi notat Lambec. hunc Georgium cognominari *Byzantinum* a commoratione praecipua in vrbe CPolitana, eius autem patriam fuisse Chandacem, vrbem insulae Cretae. *Harl.*]

regnum Dauidis, et Salomonis. Exſtabat cum figuris in charta bombycina mſ. Conſtantinopoli apud Ioannem Suzium. Verderius in ſupplemento. [add. diſſ. I. ad *Cauei* hiſt. litt. SS. eccl. II. pag. 8.

XXXVII. GEORGIVS DIACONVS METOCHITA, [ff]) pro quo *Gregorium* nobis falſo Geſnerus, et ex Geſnero Poſſeuinus obtrudit, inſignis pietate, ac doctrina vir: pro ſtabiliendo Byzantii Latinorum dogmate, et proceſſione Spiritus ſancti etiam ex filio, et errore Graecorum refellendo, et carceres, et tormenta, eaque dira, atque enormia cum certaminis ſocio Conſtantino Meletiniota [gg]) diacono, et Ioanne Vecco patriarcha Conſtantinopolitano ſubiit, tandem vna cum illis in exſilium abactus eſt. [hh]) Nicephorus [P] Gregoras lib. 5. *καὶ ὁ πρὶν μαχαίρα δίστομος κατὰ Λατίνων ἱστάμενος, πρύμναν ἤδη κρουσάμενος ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖται. δι' ἃ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χεὶρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελητινιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην, Ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. Et qui,* Ioannes Veccus, *dudum acerrime Latinis aduerſabatur, mutata ſententia, victoriam facit ambiguam. Quamobrem patriarchica ſede conſcenſa imperatori vnus fuit omnia, et lingua, et manus, et acuti ſcriptoris calamus, et dicendo, et ſcribendo, et dogmata ſtatuendo: eius certaminis adiutoribus Meletiniota, et Metochita imperatorii cleri archidiaconis, et Georgio Cyprio.* — Plura pro adſerendo Latinorum dogmate ſcripſit: quae ego vidi, ſunt; *Σύγγραμμα διαλαμβάνον, ἃ μὲν πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀντικείμενοι φασὶν εἰρήνην ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσει, καὶ λοιπαῖς πατρικαῖς φωναῖς, αἵπερ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦτο φωνοῦσιν. ἃ δὲ πατέρες οἱ θεοφόροι διευλυτοῦντες διδάσκουσιν. Tractatus partim ea continens, quae eccleſiaſticae pacis aduerſarii de proceſſione Spiritus ſancti, aliisque patrum ſententiis illud ex patre et filio adſerentibus, opponunt; partim ea, quae DEO pleni patres dubia diſſoluentes docent.* Tractatus diuiditur in partes quinque, [ii]) quas ipſe *λόγους*, *orationes*, adpellat.

Primae illud eſt principium: *τὸ περὶ Θεοῦ λέγειν, οὐχ ὅπως φρικῶδες τοῖς κατ' ἐμέ.*

2. *ἐν ἡμῖν καὶ τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων, τὸ, θεῖον ἐκ γραφικῶν.*

3. ἐπειδὴ

τὸ παλαιὸν διὰ στίχων, ποιηθὲν παρὰ κυροῦ Γεωργίου Χόμνου, τοῦ ἐκ τῆς περιβοήτου τῶν νήσων καὶ εὐδαίμονος Κρήτης ἐκ πόλεως Χάνδακος. Incipit: *Δέομαι τρισυπόστατε κύριε καὶ πατέρα, τὴν χάριν σου μ' ἀπόστελλε εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν.* Fuit et *Michael Chumnus*, de quo ſupra, vol. XI. p. 195. et *Nicephorus Chumnus*, de quo vol. VII. p. 675.

ff) Huius filius Theodorus Metochita, de quo volum. X. p. 412. ſeqq. [et in not. *bb*. de *Georgio Metochita. Harl.*]

gg) Vide volum. X. p. 410. ſqq.

hh) Contigit hoc circa a. C. 1283. imperatore Andronico Palaeologo.

ii) Conferendus *Allatius* libro II. de conſenſu vtriusque eccleſiae cap. 15. §. 9. p. 771. [Id. p. 668. Romae 1655. 8. longum locum ex libro V. Georgii Metochitae de proceſſione Spir. S. adtulit.]

3. ἐπειδὴ περὶ τάξεως, τῆς ἐν Τριάδι διαλαμβάνοντες τῶν θεοφρουρήτων.

4. περὶ τῆς δι' Υἱοῦ δημιουργίας Μουζάλων ἐν μέσοις ἐκείνοις δικαστηρίοις τὸ συνεῤῥυηκὸς πλῆθος ἀνακυκῶν. kk)

5. Ἃ μὲν οἱ περὶ τὸ λέγειν ὄντες δεινοὶ τῶν καθ' ὑμᾶς εὐφρονουμένων τοῖς θείοις λόγοις ἐναπερεύγονται. Nec alios ab his quinque fuisse existimo libros quinque Georgii Metochitae *de processione Spiritus sancti*, qui adseruabantur in bibliotheca Antonii Augustini cod. XCVI.

[P] Ἀντίῤῥησις τῶν τριῶν κεφαλαίων, ἃ ἐξέθετο Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. *Ad tria capita, quae Maximus Planudes monachus publicauit, responsio.* ll) P. πρὸς ἐρώτησιν ἀπροόπτως ἡμῖν φανεῖσαν χρεὼν ἀποκρίνασθαι.

Ἀντίῤῥησις τῶν, ὧν συνεγράψατο Μανουὴλ ὁ τοῦ Κρήτης ἀνεψιός. *Ad ea, quae Manuel Cretensis nepos conscripsit, responsio.* mm) P. οὐκ οἶδα, εἰ καὶ ἄλλοτέ ποτε τοσοῦτον.

Λόγος ἀντιῤῥητικὸς ἐπὶ τῷ τοῦ Κυπρίου τόμῳ. *Oratio antirrhetica in Cyprii* nn) *Tomum.* P. ὁ μὲν δὴ διεξοδικώτερον τῶν ἐμῶν λόγων ἔχει περανθεὶς, ὡς οἷόν τε ἀποχρώντως.

Λόγος διαλαμβάνων τὰ κατόπιν τῶν προῤῥηθέντων δύο λόγων ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα. *Oratio prosequens ea, quae post praedictas duas orationes in eadem materia disputata et gesta sunt.* P. ἦν ἡμῖν ἄρα προτιθεμένον τοῦ κατὰ σκοπὸν, ὡς ἐνὸν ἐκτερματωθέντα. oo) Dictio in omnibus dura, compositio aspera, nullo fuco, nullo lenocinio demollita: vbique tamen pietatem redolet. Sententiae graues, argumenta ad probandum id, quod voluit firma, sed eloquutione et compositione nominum horrida, et confragosa. Indignus tamen auctor, qui tamdiu cum tineis luctetur, sibique soli sapiat. Leguntur eiusdem in biblioth. regis Gallorum mss. *De Spiritu sancto libri tres. Refutatio trium capitulorum Maximi Planudis. Refutatio scriptorum Manuelis. Allat.* Codd. *Paris.* bibl. publ. in quibus exstant tria ista opp. numerantur in cat. MSS. bibl. reg. vol. II. MCCLX. et MMDCCLI. nr. 3. 4. 5. *Harl.*

kk) Ex hoc quarto λόγῳ edidit quaedam *Combefisius* tom. 2. auctarii noui p. 1018-1026. Ex quinto *Allatius* de purgatorio p. 668-677. et contra Hottinger. p. 512.

ll) Graece et latine edidit *Allatius* in Graecia orthodoxa tom. 2. p. 922-958. Rom. 1650. 4.

mm) Graece et lat. ibidem p. 959-1074.

nn) Georgii Cyprii patriarchae CPol. ab a. 1283. ad 1289. de quo infra p. 420. seq.

oo) Praeterea apud *Allatium* p. 771. de consensu, memoratur huius Georgii Metochitae λόγος διαλαμβάνων τὰ τῆς προβασιλείας ἀρχῆς μέσον ἀμφοτέρων τῶν ἐκκλησιῶν τῆς τε πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῆς νέας καὶ ἡμετέρας καὶ τὰ ἀκολούθως ἐπακολουθήματα καθεξῆς. *Oratio continens concordiam inter vtramque ecclesiam antiquae Romae, et nouae ac nostrae initam et quae deinceps subsequuta sunt.* Incipit: οὐκ οἶδα εἰ καὶ ἄλλοτέ ποτε τοιοῦτον. Ex hac *oratione de vnione ecclesiarum* quaedam adfert *Allatius* contra Hottinger. p. 429. et ex *oratione de dissidio ecclesiarum* p. 458-462. Etiam a *Nic. Comneno Papadopoli* in praenotionibus mystagogicis p. 165. et 396. citatur Georgii Metochitae *oratio de sacris mysteriis* et p. 20. 396. *explicatio Canonum siue regularum S. Nicephori CPol. patriarchae,* et p. 410. et 361. *ecthesis historiarum et orationes contra Georgium Cyprium* praeterea *Oratio II. pro Vecco* p. 356. *et liber de sacra synaxi* p. 137. *et oratio contra susurrones* p. 145.

[P] *Gretserus*, quod saepe etiam in aliis facit, Georgium hunc cum alio Metochita Theodoro, et Magno Logotheta, de quo forte prolixius, quam par erat, Gregoras in historia sermonem instituit, confundit. Summa namque totius philosophiae, quam Georgio adscribit, Theodori fuit. Errorem Gretseri sequitur etiam *Vossius* de histor. graecis lib. 2. cap. 28. dum adserit, Theodorum Metochitam a seniori Andronico vna cum Vecco, et Meliteniota relegatum fuisse. Georgius enim hic fuit Vecci, et Meliteniotae in dogmate contra Graecos de processione Spiritus S. defendendo symmista, et cum dictis in exsilium missus, si historiae fides habenda est. *Allat.* — [Hic postea de Metochitae certaminibus pro ecclesia latina, tormentis et exsilio, quum vna cum Vecco patriarcha, et Constantino Meliteniota in synodo CPolitana sub Georgio Cyprio sisteretur, ex Pachymerae historia libro VII. plura refert, eumque in carceribus vita defunctum esse suspicatur. *Harl.*]

[P] Quid in postremis tribus tractatibus Metochitae contineatur, satis [P] nobis indicauit Ioannes Chameta pp), chartophylax Chii, et archimandrita magnae ecclesiae.

[P] XXXVIII. GEORGIVS MOSCHAMPAR fuit magnae ecclesiae chartophylax. qq) Georgius Pachymerius hist. lib. 2. ἐντεῦθεν ὁ Μοσχάμπαρ Γεώργιος Χαρτοφύλαξ ὢν τῆς ἐκκλησίας τότε νόθον ἔλεγε τὸ ῥητόν. *Hinc Moschampar Georgius chartophylax cum esset ecclesiae, spuriam esse aiebat sententiam.* Illius meminit Iosephus Methonensis episcopus Apologia contra Marcum Ephesium: καὶ σὺ μὲν συνήφθης, ὡς φῄς, τοῖς ἁγίοις σου πατράσι καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Παναρέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, vt ais, sanctis tuis patribus ac doctoribus te adiunxisti, Photio, schismaticorum principi, imo vero auctori, et opifici schismatis et dissidii, Cabasilae, Palamae, Camatero, Phurnio, Psello, Moschampari, Bulgariae, Nicolao Methonensi, Panareto et caeteris, qui post schisma et multam contentionem in romanam inuecti sunt ecclesiam.* Meminit etiam Ioannes Plusiadenus dialogo pro synodo Florentina. Cum Vecco rr) et Cyprio sub Palaeologis viuebat latini nominis infen-

pp) Chamata vocatur apud *Allatium* p. 772. de consensu, vbi idem locus ex illo productus exstat. *Fabr.* Hinc eum h. l. omisi. *Harl.*

qq) Eadem *Allatius* II. 15. de consensu §. 13. [add. supra, vol. XI. p. 702. *Io. Franc. Bernard. M. de Rubeis* in *Georgii s. Gregorii Cyprii*, patriarchae CPolit. vita, Venet. 1753. 4. p. 123. sq. ex apographo suo codicis Lugduno-Batau. edidit gr. cum sua versione lat. (quam Lambec. et Oudinus, ad Pachymerianam historiam supplendam graece vulgarant,) epistolam sub *Moschamperis* nomine, quam hic ad Georg. Cyprium transmisit. Add. supra, ad vol. VIII. p. 161. not. y. *Harl.*]

rr) *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLIII. sunt *capita antirrhetica* XXXIII. contra Ioannis Vecci dogmata et scripta, missa ad omnes Christi ecclesias a S. patriarcha Hierosolym. D. *Gregorio*, scripta vero huiusce mandato ex voce D. *Georgii Moschamparis*, euangelii doctoris: init. Ἀλλ' ἰδοὺ ἐν τοῖς πάλαι κατὰ βλασφημήσασι. v. cat. codd. gr. Marc. p. 85. In cod. *Matrit.* reg. CXV. *Georgii Cyprii* sermo antirrheticus contra Becci blasphemias: inc. ἐκ ἔγωγε θαυμάζω φιλότης. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 457. sq. qui etiam laudat *Nessel.* catal. caesar. bibl. part. I. p. 345. cod. CCXV. nr. 1. *Harl.*

infensissimus, quos palam in synodis Constantinopolitanis redarguere conatus est, et calamo etiam in eos stricto pleraque conscripsit: non magni tamen nominis apud suos, neque magnae aestimationis: hinc et in consensu multorum doctorum sententia eius de dicto Damasceni, ἐκ τῦ υἱῦ δὲ ἐ λέγομεν, tamquam minus prudens reiicitur. V. Pachym. in histor. lib. 8. cap. 1. [P] Et a Vecco non inuenusto scommate proscinditur. Pachymeres lib. 7. Καὶ τοὺς αὖθις ἀναγνόντας ἀρνεῖσθαι, καὶ ἀναθεματίζειν τὸν λόγον, σχεδὸν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν γράψαντα. ἀλλὰ τὸν Μοσχάμπαρα ἰδόντα ὁμολογεῖν ἑαυτῦ τὸ σύγγραμμα εἶναι, καὶ ἀπολογεῖσθαι πειρᾶσθαι. ἐφ' οἷς ὁ Βέκκος μεθ' ὅσυ εἴποι τις ἂν τῦ χαριεντισμῦ, ἡμεῖς μὲν προσεδοκῶμεν σὸν εἶναι πρὸς τὸν Πατριάρχην, φησίν· εἰ δὲ μὴ σὸν ἀλλὰ τέτυ, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγησε, ψύλλα τις ἐπικαθίσασα τῷ τῆς ἁμάξης ῥυμῷ, ὅτ' ἀνασπᾷν ὅτε καταπᾷν ἔχει τὴν μήρινθον. *Illi cum rursum perlegissent, negare, et cum anathemate non tractatum modo, sed auctorem quoque ferire. Id vbi vidisset Moschampar, fateri commentarium esse suum, et pro se apologiam parare. Super his Veccus quam maxime venuste, neque ingratiis, Nos equidem, ait, reuersum ad patriarcham tuum esse opinabamur; quod si non tuus, sed huiusce, quemadmodum et ipse fassus est, culex quispiam in currus temone insidens, neque attrahere, neque adducere funem potest.* Hoc autem dixerat, quod duplici nomine compellaretur chartophylax. Multa in latinam ecclesiam, illiusque dogmata monumentis editis oblatravit, quibus Ioannes Veccus patriarcha Constantinopolitanus docte respondens, tanti nebulonis impetum fastumque compressit. Ego neque Moschamparis scripta, neque Ioannis responsiones vidi, id tamen ab eodem patriarcha Ioanne habeo, ex libro, cui ipse titulum fecit: ἐπισημειώσεις τῆς τῶν ἁπασῶν αὐτῦ βίβλων, καὶ γραφῶν συμφωνίας. *Adnotatio de suorum omnium librorum et scriptorum concordia.* Et incipit: καὶ τὴν παρῦσαν δέξαι δὴ βίβλον· ss)

[P] XXXIX. GEORGII sacerdotis, et NOMOPHYLACIS sanctissimae Dei magnae ecclesiae *explicatio in omnes imperiales leges*, apud Antonium Cantacuzenum. Verderius in supplemento.

XL. GEORGIVS BYZANTIVS ex arabica lingua in graecam transtulit *librum medicinalem N. Beckzeber Ebi*, septem sectionibus distinctum. Erat Constantinopoli apud Michaelem Cantacuzenum. Verderius in supplemento.

XLI. GEORGIVS ZEGABENVS tt) *Constantini Caesarei librum de romana historia*, ex romana in graecam linguam traduxit: habebatur apud Manuelem Eugenium Constantinopoli. Verderius in supplemento. Quis Constantinus Caesareus fuerit, dubium mihi est. Et forte ille fuerit, cuius Theodorus Balsamon in synodum sextam Trullanam meminit: εἰ δὲ θέλεις ἂν μαθεῖν τὰ περὶ τέτυ πλατύτερον, ἀνάγνωθι τὸ πρῶτον τῆς παρὰ τῦ Καισαρέως Κωνσαντίνυ συγγραφείσης ἱσορίας. *Si vis ergo de hoc fusius edoceri, lege primum a Constantino Caesariensi scriptae historiae librum.* Et Macarius Ancyranus metropo-

ss) Vid. tom. II. Graeciae Orthodoxae *Allatii* p. 3. p. 9. et 10. de modo, in refellendo Moschampare, quem ipse tenuerat.

tt) De Euthymio Zegabeno dictum vol. VIII. p. 328. sqq.

tropolita contra Barlaamum et Acindynum cap. 35. *ὁ γὰρ δὴ παρ' ἐκείνου ἐχειροτονοῦντο, ὡς καὶ ὁ Καισαρεὺς ἱστορεῖ Κωνσταντῖνος. Neque enim ab eo ordinabantur, vt Caesariensis Constantini historia refert.* Quum itaque Constantinus iste historiae scriptor *Καισαρεὺς Caesariensis* fuerit, Verderius in Caesarium, Gentianus Heruetus in Caesarem, dum Balsamonem vertit, maiori oscitantia transmutauit. Neque solus Constantinus hic in Graecia [P] natus in scribenda historia latina lingua vsus est. Eum cum aliis peculiari diatribae **) referuamus.

Eiusdem, *de herbis particularis demonstratio,* erat CPoli apud Michaelem Cantacuzenum. Verderius ibidem.

Georgius Zegabenus *de septem vocalibus, et reliquis litteris consonantibus, in 4. MS. biblioth. imper. Viennae,* epitome Gesneriana: habeoque penes me eiusdem *περὶ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων, καὶ περὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων. De septem Vocalibus, et de viginti quatuor litteris,* carmine politico, incipit: *τὸν Ἀβραὰμ ὦ φίλτατε Ἀβραμιαῖοι παῖδες.* Vita et conditione miserrimum fuisse constat ex iis, quae ipse ibidem scribit:

Φίλε, ἀρκεῖ σοι ἐνταυθοῖ τὸ ὕφος τῶν πνευμάτων.
Ἀμίσθωτος καὶ νῆστις τε τοῦ γράφειν οὐκ ἰσχύω.
Οὔτε ψωμόν μοι ἔφερες, οὔτ' οἶνον τὸν εὐώδη,
Οὔτε τυρὸν, ἢ ὄψον τι, οὔτε ᾠὰ ὀρνίθων.
Ἃ καὶ οἱ οἶκοι πλήθουσιν ἀεὶ μὲν καὶ τῶν Ἱερῶν.
Ἀλλ' οὔτ' ὀλίγα κήπια, ἢ καί τινας ὀπώρας,
Ἵνα ἐσθίων πρὸς μικρὸν ἰσχύω γράφειν ταῦτα.
Ἀλλ' ἀληθῶς καὶ φανερῶς λέγω σοι τοῦτο, πάτερ·
Τὴν χθὲς, καὶ πρώην νηστικῶς οὐκ ἐζύμωσαν οἱ οἶκοι
Διό τι μηδ' ἀλεύριον, οἶδε Θεὸς, οὐκ ἦν μοι,
Νόμισμά τι μοι πίστευσον οὐκ εἶχον ἀγοράσαι.
Καὶ ἠρξάμην ὀλιγοθυμεῖν, καὶ συνεσκοτιζόμην
Πολλὰ τῆς, εἶπα, πεῖνα μου, δίφθογγον νά σε γράψω,
Καὶ μόνον ἔασον μικρὸν, μὴ σκοτισθῇ τὸ φῶς μου.
Καὶ πρός με ἀπεκρίνατο μετὰ θυμοῦ μεγάλου,
Καὶ τρίφθογγον ἂν γράψεις με, ἥκιστά μοι ἀρκέσεις.
Πληροφορήθητι καλῶς, γοργὸν νὰ σὲ ὠλέσω
Ῥίψω δέ γε σε κατὰ γῆν, καὶ χάσεις τὴν ζωήν σου.
Καὶ οὕτως οὐχ ὑπήκουσεν, εἰ μὴ νὰ τὴν χορτάσω.

Amica

**) Hanc Allatii diatribam de Graecis, qui latine scripserunt, non vidisse lucem dolendum est.

Amice hic tibi satis erit spirituum pertractatio. Ipse sine mercede, et ieiunus scribere nequeo. Non adtulisti mihi panem, neque bene odoratum vinum, non caseum, non condimentum aliquod, neque oua gallinarum, quibus et miserrimorum aedes abundant. Quinimo neque aliquid ex horto, neque fructus aliquot, [?] *vt comedens saltem ad paruum tempus haec scribendo sufficerem. Verum tamen vere, palamque hoc tibi dico, pater. Heri, et nudius tertius, domi certe farinam non subegerunt, quod farina non suppeteret, idque nouit Deus, nec esset mihi, crede dicenti, pecunia ad emendum. Quiae coepi animo linqui, et lumen oculorum amittere. Multa illi dixi, Fames mea, diphthongo te in posterum scribam, tantum mihi concede, ne lumine spolier, quae mihi cum magna iracundia respondit: et licet me triphthongo scribas, non facies satis. Praepara igitur te, cito te perdam, prosternam te in terram, et vitam profundes. Sic illa me non audiit, nisi prius satiata.* Adnectitur Zegabeno Canon Maximi Mozari *de Spiritibus, et Antistichis,* vv) quemadmodum et ea, quae Zegabeni sunt, non magni pretii.

Translatio ipsius *Vaticiniorum Theophili* ww) *Romani* in graecam linguam habebatur apud Manuelem Eugenium. Verderius: *Oracula omnia cum figuris picta principium Methodii episcopi Patarensis, Visiones Danielis prophetae, et Chosroe regis Persarum, et Theophili presbyteri Romani translata a Georgio Zegabeno, praetereaque Leonis, philosophi et imperatoris.* Theophili tamen huiusce vaticinia a Ioanne Rhyzeno [qui in cod. caesar. cit. interpres diserte nominatur, *Harl.*] in linguam graecam versa cum aliis, in primo meorum Variorum xx) Antiquorum libro adnexa sunt. An eadem, vel diuersa, cum ista Eugenii non viderim, incertus haereo.

Eiusdem etiam adferitur explicatio in Psalterium in Catalogo a Grammatico exhibito apud Verderium: nisi mendum sit, et Euthymii locum Georgius occupauerit, et forte Zegabenus hic non alius a superiori Byzantio, vel Byzantius a subsequenti Choniata fuerit.

XLII. GEORGIVS CHONIATA *Antidota Persica* in graecum sermonem transtulit. Diegus Hurtadus Venetiis habuit, vt refert Gesnerus. Et Scoriaci in biblioth. regia habetur Γεωργίου Χωνιάτου ἐξελληνισμὸς Ἀντιδότων, τῶν ἐκ Περσίας κομισθέντων. *Georgii Choniatae antidotorum ex Perside aduectorum translatio in linguam graecam.* II. κ. 3. yy) Meminit et Robertus Constantinus in bibliotheca. Hic diuersus erit a Chrysococca, zz) quantum Chrysococca a Choniata, et vnius familiae homo ab alio alterius familiae differt.

Eius-

vv) Maximi Mozari canones περὶ πνευμάτων καὶ ἀντιστοίχων memorat Labbeus p. 134. bibl. nouae MSS.

ww) Presbyteri, confer *Lambecium* lib. V. p. 15. seq. [s. pag. 39. sq. ed. Kollar. nr. 5. cod. CCVIII. *Harl.*]

xx) Haec Varia Antiqua Allatii lucem non viderunt. De vaticiniis illis dixi volum. VII. pag. 695. sq.

yy) MS. in bibl. *Escorial. Georgii Choniatis Exhellenismos,* seu graeca explicatio antidotorum ex Persia impostatorum, (sic.). Et synopsis accuratissima de vrinis exposita ex Persarum medendi ratione. v. *Pliier.* itinerar. per Hispan. p. 170. Conf. diss. I. ad *Cauei* histor. litt. SS. eccl. II. p. 9. qui etiam, eum scripsisse, adnotat, ad Theodulum, monachum, schemata et scholia in librum Io. Damasceni, *fontem scientiae* dictum; cuius princip. τὰ ἄνωθεν ζητᾶσθαι κεφάλαια· et haec scholia missa fuisse ab Allatio ad Io. Aubertum, Parisiensem, quum nouam operum Damasceni editionem meditaretur, idemque laudat etiam *Allatii* Symmict. p. 449. *Harl.*

zz) de quo infra p. 359. seq. §. XLVI.

[P] Eiusdem *historia* incipiens inde ab imperatore Leone, qui fuit filius Alexii: in folio mſ. in bibliotheca imperatoris Viennae adſeritur exſtare in Epitome Geſneriana. Sed quiſnam hic erit Leo imperator Alexii filius? Monſtrum.

XLIII. GEORGIVS ACROPOLITA, (proprium nomen hoc non patriae, ſed familiae,) et Magnus Logotheta Conſtantinopolitanus, quem typographi Lugduno-Bataui, vt mos eſt, in Ioannem Acropolitam apud *Voſſium* de hiſtor. graecis lib. 2. cap. 29. transmutarunt, et cuius cauſſa [a]) hunc Diatribae laborem *de Georgiis* ſuſcepimus, vndecim [b]) annos natus, [c]) (quae ipſe de ſe in Hiſtoria ſua nondum edita [d]) tradidit, in vnum conferimus,) Encycliique doctrinae, quam vulgus Grammaticam vocat, diſciplina inſtructus ad imperatorem Theodorum Laſcarim, tunc Conſtantinopoli exſulantem mittitur. Pater etiam e Latinorum manibus ſe ſurripere decreuerat, licet ab illis, et ſumtuoſis impenſis, et officiis, quibus eum prolixe admodum proſequebantur, detineretur, nec leue eſſet filii famulique impedimentum. Sed pertinacius ille in ſententia perſiſtens, filium ad imperatorem praemiſit, morbus tamen grauis conatus intercepit, pene enim ſemiuiuus, et media ſui parte fere exſiccatus poſt duos annos vitam amiſit. Georgius in aula imperatoria neceſſariis prouidebatur, et Mathematum amore excito, ſublimioris diſciplinae gratia omnibus valere iuſſis, vna cum aliis adoleſcentibus, ita adnuente imperatore, atque Exapterygo Theodoro informante, Logicae ſcientiae aditus aperiuntur; monitisque imperatoris aula egreſſus praeceptori ſe dedidit annos ſeptem et decem natus. Exapterygus in mathematicis non admodum praeſtabat; ſed multum dicendo valuit, vtpote rhetoricis ſtudiis eximie inſtitutus, et ad eloquendum compoſite vſu, atque ingenio comparatus, ideoque ingenti nomine, ac memoria dignus habitus eſt. Eo demortuo, poſtquam poematum ambages explicaſſet, et orationis conficiendae artem tradidiſſet, ad Blemmydam Nicephorum, quo neminem in philoſophicis diſciplinis praeſtantiorem nouerat, ſe ipſe contulit, et quicumque vna ſecum logicis ſpeculationibus attendebant. Quod idem adfirmat in expoſitione Theologicorum dictorum. [P] Ad Michaelem Deſpotam Lariſſae commorantem ab imperatore Ioanne vna cum Phoca Philadelphienſi, Iſaacio Duca, et Michaela Hyalea, ad pacta cum eo inita complenda miſſus eſt: aliasque poſtea legationes feliciſſime obiit. Quare illius prudentia, ac diligentia perſpectà, fideque niſus ſumma imperii conſilia credidit: deinde, vt ſunt rerum vices, tanti viri virtute pertaeſus, hominem de ſe tantopere bene meritum Theodorus, [e]) Ioannis Batazae filius, non tantum minis perterruit, ſed ex neruo emiſſum compingit in carcerem. Ipſe fortunas ſuas deplorat. [f]) [P] Hinc carcerem, cuſtodiam, aliaque proſequitur, tandem beneficio delinitus, in familiaritatem rurſus imperatoris inſinuatur, atque priſtinae dignitati reſtituitur, neque multo poſt, rebus Byzantinis in propinquum diſcrimen adductis, militiarum praetor

a) Nam in editione Pariſienſi a. 1651. fol. haec Allatii diatriba Chronico Byz. Georgii Acropolitae praemittitur, de quo confer, ſi placet, quae notaui vol. VII. p. 766. ſqq. [vbi quum iam multa de hoc Georgio ſint diſputata et alii VV. DD. de illo laudati, eo magis h. l. Allatii longam narrationem contrahere licebit. *Harl.*

b) [rectius *ſedecim*, notante Fabr. l. c. p. 767. not. *v. Harl.*]

c) A. C. 1231. nam Georgium Acropolitam natum eſſe conſtat a. 1220.

d) Tunc quum iſta ſcriberet Allatius a. 1644.

e) Theodorus Laſcaris imperator a. 1255-1259.

f) p. 71. ed. Allat.

praetor in occiduis partibus praeficitur. Verum ducum oscitantia atque perfidia rebus romanis adflictis debilitatisque, Georgius post longam Prilapi obsidionem captus a Michaele defectore in seruitutem rapitur, carcerique mancipatur: postea seruitute exemtus nouo imperatori, g) muneribus ac legationibus obeundis operam nauat: nec alium fuisse existimo, quam qui a Michaele Palaeologo, ad illa namque tempora suffecerat, ad summum pontificem, pro stabilienda occidentalis et orientalis ecclesiae vnione mittitur. h) V. Georgius Pachymerius lib. 5. [P] Sed, quum oborta tempestate senatores metu procellae in terram triremem tanquam in tutum portum abigunt, fluctibus immersi, vno tantum superstite, omnes naufragio pereunt: Logotheta, et viri ecclesiastici in altum mare, tamquam ad tutiora se conferunt, et quamuis non sine discrimine cum mari luctarentur, tandem die lusçente Methonem adpellunt, et de alterius triremis naufragio, hominumque submersione edocti Romam contendunt. Vbi a pontifice i) humanissime excepti, tiaris, annulis, aliisque pro more muneribus cumulantur. Pachymerius: *οἱ δὴ καὶ μόνοι λειφθέντες, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὑποστρέφειν τοῖς πρόσω ἐπιβαλλομένοις πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπέπλεον. καὶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν καταλαβόντες τὸν Πάπαν τὰ τῆς πρεσβείας ἐπλήρουν. ὥστε καὶ τιμῆσαι σφᾶς τιάραις, καὶ μίτραις, καὶ δακτυλίοις, ὡς ἡ ἐκείνων ἔχει ἐπ' ἀρχιερεῦσι συνήθεια. ἔαρ οὖν καὶ θέρος ἐκεῖσε διαγαγόντες, καὶ τὰ εἰκότα φιλοφρονηθέντες παρὰ τοῦ Πάπα τὰ τῆς πρεσβείας διευθετοῦσι, καὶ φθινοπώρου λήγοντος συράμα πρέσβεσι τὴν πόλιν καταλαμβάνουσιν. Qui soli relicti, cum retrocedere haud fas esset, progrediuntur, Romamque versus iter dirigunt; ibique post non multos dies papam adlocuti, legationis munere fungebantur. Sic tiaris, et mitris, et annulis, quibus summorum pontificum munificentia similis conditionis homines donare sueuerat, cumulantur. Vere ergo, atque aestate ibidem exacta, et vt par erat, cumulatissime pertractati a pontifice, res legationis componunt, et prope finem autumni cum legatis Constantinopolim remeant.* Nisi quis de alio Acropolita, et Magno Logotheta Constantino, k) cuius complures orationes in Sanctorum festiuitates tempus nobis non inuidit, dicta haec a Pachymerio velit. [P] Laus, a Georgio Cyprio, patriarcha CPolit. Georgio Acrop. tributa, nimia quidem *Vossio* de hist. graecis lib. 2. c. 29. videtur, et Chronicon eius, quod habemus fidem adimere scribit de tanta Viri facundia. Nempe liberale adeo elogium amicitiae datum, quae fortasse cum Logotheta intercessit. Vel id tribuendum saeculi vitio, quo, quantae essent Platonis, et Aristotelis virtutes, nemo satis capiebat; ait tamen, se non negare, nulli eruditorum saeculi sui secundum fuisse. Meminit illius Ephraemius in Chronico:

Πρὸς τοῖς δὲ Γεώργιον Ἀκροπολίτην
Ἄρχοντα πάντων, καὶ πρόεδρον δεικνύει
Πρόσθεν τιμήσας τῇ Πραίτωρος ἀξίᾳ,

Insuper Acropolitam Georgium omnium praesidem, ac primatem constituit, prius praetoris dignitate insignitum.

G 2 Mathe-

g) Ioanni Lascari a. 1260.
h) A. 1268.
i) Clemente IV.

k) Hic Constantinus Georgii Acropolitae filius, de cuius scriptis dixi vol. VII. p. 767. not. q.

Mathemata publice profitetur, illique postmodum succedit Olobolus. [l]) [P] Pachymeres histor. lib. 4. *ὡς ἤδη μὲν ὁ Ἀκροπολίτης, καὶ μέγας Λογοθέτης Γεώργιος ἐφ' ἱκανὸν ἐκ προστάξεως σῆς, βασιλεῦ, ἐνιδρώσας παραδιδοὺς τὰ μαθήματα ἤδη, καὶ ἀποκεκαμήκει, καὶ χρεία ἐστὶν ἄλλους ἀνάγεσθαι. Iam enim Acropolita, et Magnus Logotheta Georgius ad multum tempus, imperator, tuo iussu mathemata tradens insudauit, iam defatigatus assiduo labore: quare necesse est, vt alii promoueantur.* Quemadmodum ergo in mathematis Olobolus, ita in dignitate Logothetae succedit Theodorus Muzalon. Pachymeres histor. lib. 7. ex quo res illius Byzantinae praeclarissimum lumen accipiunt. *Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγος πλείστοις μὲν καὶ ἄλλοις συμβούλοις χρώμενος, μάλιστα δὲ καὶ διαφερόντως τῷ Μουζάλωνι Θεοδώρῳ. ὃν ὁ πατὴρ εἰς μέγαν Λογοθέτην τοῦ Ἀκροπολίτου ἀποθανόντος ἐτίμα. Andronicus Palaeologus quam plurimorum aliorum consilio vtebatur, potissimum vero et ante alios Muzalonis Theodori, quem illius pater in magni Logothetae Acropolitae demortui locum suffecerat.* Eum tanquam non incorruptum iudicem, nec piis moribus praeditum aspere perstringit Pachymeres lib. 4. quum ei tumultuantium contra patriarcham Ioseph. Galesium monachorum caussa et iudicium defertur: eodemque teste histor. lib. VI. reliquit filium *Constantinum.*

[P] Scripsit chronicon Constantinopolitanum, quod continet historiam a capta per Latinos Constantinopoli [m]) vsque ad imperium Michaelis Palaeologi. Illius duae ἐκδόσεις, quemadmodum in Diatriba nostra de Psellis notabamus, feruntur, altera diffusa, prolixa, minima quaeque enarrans: concisa altera, ac breuis, et tantum digito rem monstrans, ideoque perobscura. [De editt. et codd. v. *Fabr.* l. c. p. 768. sqq. adde supra, vol. VII. p. 524. nr. 14. *Harl.*]

[Nr. 2-5. Alii libri, ab Allatio memorati, iam a Fabricio l. c. p. 770. sunt excitati, aliorumque memoria a me ibid. facta est. *Harl.*] [n])

6. Multa etiam circa dogmata, et res ecclesiasticas eo tempore controuersas scripsisse habeo ex Pachymere lib. 7. histor. *καθεξῆς δ' ἐπὶ τοῦτο, καὶ τὸ τοῦ παλαιοῦ μεγάλου Λογο-*

l) Hic est *Manuel Olobolus* siue *Holobolus*, rhetor rhetorum, cuius *scholia in Dosiadae aram* fuere MSS. in bibl. Palatina, lectaque Salmasio et Is. Vossio pag. 214. ad Melam, nec non Huetio, quem vide in quaesitis per epistolas p. 279 tom. 2. diss. a Tilladeto collectarum. *Versus politici ad Michaelem et Andronicum Palaeologos* MSS. in codice Colbert. MMMMMMXXXXIV. Cangio laudati. De hoc *Holobolo* vide Pachymeris historiam VII. 8. Allatium de consensu p. 774. 775. Cangii glossarium in Ῥήτωρ. Alius *Io. Chrysocephalus Holobolus* saeculo XV. diaconus CPol. et hypomnematographus; alius item *Maximus Holobolus*, protosyncellus, cuius in S. Mariam Aegyptiam elogium MS. in bibl. Coisliniana. Vide Montfauconum p. 251. et 245.

m) Capta CPolis a Latinis a. C. 1204. et a Mich. Palaeologo recuperata a. 1265.

n) Codicibus l. c. a me commemoratis add. de cod. *Mosquens.* synodal. CCCLV. in quo exstant duo *Georgii Acropolitae* sermones *de processione Spiritus S.* Prior incipit: Ἄνδρες ῥωμαῖοι, οἱ τῆς πρεσβυτέρας· Posterior autem: Ἐπειδὴ τὸν πρῶτον λόγον· v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 236. nr. 51. et 52. In indice quoque citatur cod. CCCL. in quo huius Georgii quaedam contineantur; sed, quaenam illa sint, pag. 225. de illo cod. non memoratur. Add. supra, vol. VIII. p. 60. nr. 9. *Harl.*

Λογοθέτου, τῦ Ἀκροπολίτου σύγγραμμα ὁμοίως κἀκεῖνο ἔχον καὶ ἄλλοις, οἷς γράφειν ἐπείη καὶ μόνον μεμνῆσθαι δογμάτων ἐπάγοντες μᾶλλον πυρὶ παρεδίδουν τοὺς τόμους. *Praeterea post hoc et senioris magni Logothetae commentarium, illi non dissimile aliis etiam, qui ad scribendum animum appulerant, vel memoriam solam dogmatum vitio vertentes, et culpae, igni libros tradebant.* In synodo Constantinopolitana [o]) sub Iosepho Galesiota, et Andronico imperatore.

XLIV. GEORGII ANTIOCHENI *epistolae* graece exstant Venetiis ad sanctum Antonium. Epitome Gesneriana. Neque alias puto, quam eas, quae sub Gregorii rhetoris Antiocheni legebantur in biblioth. Antonii Augustini cod. LXIX. Et vide nominum Georgii et Gregorii confusionem. Ne eadem saepius repetam. In hoc etenim nomine inclementer, atque grauiter ob similitudinem confusio saeuit. Et potissimum si rerum quoque gestarum similitudo accesserit, et iisdem prope lineamentis ferme vultus vtriusque reddatur. Quod sapienter admodum examinat *Baronius* anno Christi 341. tom. 3. in Georgio, et Gregorio Alexandrinis episcopis, et acutissime disparitatem designat. Ne omnia referam, Posseuinus in Apparatu, quem Gesneriani Epitomatores Georgium Nicetam, ipse mutato nomine Gregorium vocat: quem antea Georgium metropolitam Nicomediae dixerat, paulo post Gregorium Nicomediae metropolitam indice Constantinopolitano deceptus, adpellat. Georgium Metochitam diaconum, quem scribit extare in Vaticana, Gregorium quoque compellat; et Gregorii presbyteri Caesariensis Cappadociae, de CCCXVIII. patribus in Nicaena synodo congregatis oratio in bibliotheca Antonii Augustini cod. XXXXIV. sub Georgii presbyteri Caesariensis nomine refertur. Et diligentissimus [!] Meursius Georgium Lecapenum, alias sub eo nomine in Lexico Graecobarboro laudatum, in eodem ex eodem libro in Πένης verba transcribens, exscriptorum incuria Gregorium facit. Nil mirum; per similitudinem saepe in fraudem incurrimus. Adde, non semper in his a vero aberratum fuisse. Potuit enim, qui modo Georgius fuit, non multo post, mutato vitae instituto nomine in Gregorium, et vice versa Gregorius in Georgium abire. Quum enim nomen, quod adsumitur, ex eadem littera, vt plurimum initium habere, quasi ex more sueuerit, facili tramite Georgius in Gregorium, et Gregorius in Georgium degenerat. Hinc scriptores noui nominis impositione, vetus obliterare quum omnino, vel propter iam edita opera, et primi nominis titulo praesignita, vel propter memoriam hominum, vetus nomen recolentem, non possent, vtroque gaudent, et modo hoc, modo illo ab aliis laudantur. Factum quum ipsi ignoremus, vitio scriptoribus vertimus, quod summae laudi fuerit. Per eos enim vtrumque auctoris nomen, quod aliunde haberi non potest, callemus. Sed de his plura in nostro opere [p]) de Apocryphis.

XLV. GEORGII NICETAE [q]) *epistolae*, de creatione hominis in 4to msc. biblioth. imperat. Vienn. epitome Gesneriana.

G 3 XLVI.

o) A. 1283.

p) Hoc saepius promissum ab Allatio, numquam vidit lucem.

q) Nomen fictum ex Gregorio Nysseno per oscitantiam exscriptoris catalogi quem inspexit Frisius auctor epitomes bibl. Gesnerianae. Vide *Lambecium* tom. I. p. 43.

XLVI. GEORGIVS CHRYSOCOCCA peritia linguarum, et mathematicis artibus clarus, circa Palaeologorum extrema tempora r) innotuit. *Commentationem Perficam* in linguam graecam vertisse, eamque Vaticana s) bibliotheca seruari tradit Gesnerus. Legi in Indice graeco manuscriptorum, Γεωργίου τῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν ἐν κεφαλαίοις μζ΄. t) σὺν τοῖς Ἀστρονομικοῖς διαγράμμασι, καὶ Γεωγραφικοῖς πίναξιν. u) *Georgii Chrysococcae expositio in constructionem Persarum* [¶] *per capita XLVII.* v) *cum astronomicis designationibus, et geographicis tabulis.* P. ἐπειδήπερ τὴν σύςασιν τῶν προκειμένων προχείρων. Erat in bibliotheca Antonii Augustini, vt ipse obseruaui cod. CCXXIII. Et nunc quoque in biblioth. Ambrosiana est. Quamuis, vt mihi relatum est, in vno ex codicibus, binos namque codices bibliotheca illa habet, praefatiuncula quaedam ante capitulorum Elenchum praescribitur. P. πάλαι μὲν w) ὡς καὶ αὐτὸς οἶσθα. Argumentum est, πῶς καὶ διά τινος εἰς ἡμᾶς ἦλθε τὸ μάθημα. *Quomodo et per quem ad nos mathe-*

r) circa a. C. 1346. Vide Iosephi Scaligeri epist. LXXX. cui male pro Georgio, Ioannes Medicus adpellatur epist. LXXVI.

s) v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 9. *B.* add. de aliis ibid. p. 497. 557. et 558. *Harl.*

t) In cod. caesar. cit. legitur μη΄ siue XLVIII. non, μζ΄. *Harl.*

u) In codice bibl. caesareae apud *Lambecium* VII. p. 240. τῦ σοφωτάτυ ἰατρῦ κυρῦ Γεωργίυ τῦ Χρυσοκόκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν, ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν αὐτῦ ἀδελφὸν κυρὸν Ἰωάννην τὸν Χαρσιανίτην. (*Ad Ioannem Charsiotem* citatur ab Allatio de mensura temporum p. 14.) [f. Lamb. VII. p. 514. sqq. ed. Kollar. nr. 11. cod. CXXIX. (vbi in praefat. graeca etiam narratur, quomodo syntaxis illa a quodam *Chioniade* f. *Choniate*, (qui quidem supra §. XXXII. et §. XLII. discernuntur,) ex Persia Trapezuntem perlata, ab eodem in linguam graecam conuersa sit, et Lambec. plura in hac Allatii narratione, quam integram repetit, castigat corrigitque; idem docet, ab Allatio perperam citari Gesnerum, quippe qui scripsisset, *Georgium Choniatem* Autidota Persica in graecum sermonem transtulisse, et *Georgii Chrysococcae, medici, expositionem* εἰς τὴν Σύνταξιν τῶν Περσῶν Romae seruari in Vaticana: addit Lambec. *Georgium Chrysococcam* non scripsisse *commentationem persicam;* sed *expositionem in syntaxin astronomicam Persarum,* nec eam syntaxin ipsum vertisse in linguam graecam, sed *Chioniadem,* qui illam primus ex Persia Trapezuntem adtulit. Kollar. p. 519. in nota *A.* inserit, quae Lambec. olim libr. VIII. additamento XII. de Chrysococcae expositione scripserat. Quando Kollar. de *Choniade* prouocat ad notam suam ad vol. V. pag. 529. sq. sibi non constare videtur. Namque ibi cod. caesar. CCXCII. et in illo adseruatae nr. 4. sedecim epistolae *Gregorii Chioniadis* recensentur: Kollar. vero in not. animaduertit, vixisse illum auctorem sub finem saeculi XI. et initium proxime sequentis, idque colligi ex epistola, imper. Alexio Comneno inscripta, huius autem *Gregorii Chioniadis* neque Allatium, neque Fabricium, neque alium, quantum ipse sciat, meminisse. *Harl.*] Ex codice MS. regis Galliae, loca adducit Iac. Capellus in Θεματισμοῖς Epocharum illustrium p. 448. 452. 453. sqq. tom. VIII. fasciculor. Tho. Crenii. Vide et *Salmasium* in funere linguae Hellenist. p. 206.

v) [Mη rectius legi in cod. caesar. adnotat Lamb. l. c. *Harl.*] In eodem codice caesareo capita sunt XLVIII. adiunctae etiam tabulae astronomicae, designantes longitudinem et latitudinem asterismorum XXV. et geographicae, longitudinis et latitudinis praecipuarum vrbium, Europae, Asiae et Africae. κανόνιον τῦ μήκυς καὶ πλάτυς τῶν ἐπισήμων πόλεων, prodiit ad calcem astronomiae philologicae *Ism. Bullialdi*, Paris. 1645. fol. et in volumine tertio Geographorum Graecorum *Io. Hudsoni.* Oxon. 1712. 8. Syntaxim Persicam astronomicam Chrysococcae vulgare instituerat Io. Grauius, nisi morte praeuentus fuisset.

w) lege πάλαι μέ.

mathemata peruenerunt. x) Nec aliud opus fuisse existimo, quam quod in bibliotheca regis Gallorum y) legitur, et in bibliotheca regis catholici, *Γεωργίου τȣ̃ Χρυσοκόκκη τȣ̃ ἰατροῦ Ἀστρονομικά. Georgii Chrysococcae medici astronomica.* v. Θ'. 7. et IV. Θ'. 16. et II. κ'. 19. In bibliotheca regis Gallorum cod. MCCXIX. *Γεωργίου ἰατροῦ τȣ̃ Χρυσοκόκκη περὶ τῆς εὑρήσεως τῆς ἡμέρας τῆς ἁπλῶς συζυγίας ἡλίου, καὶ σελήνης. De inueniendis syzygiis lunae solaribus per singulos anni menses.* P. *πρῶτον μεθόδους ἐκθεῖναι δέον, ὡς οἷόν τε, δι' ὧν τὴν ἡμέραν αὐτὴν τῆς συζυγίας εὑρίσκειν ἁπλῶς.* Ex his habetur, eum professione medicum fuisse.

In biblioth. Madritensi conseruatur eiusdem, *πῶς δεῖ κατασκευάζειν ὡροσκόπον, ἤτοι ἀστρόλαβον. Quomodo construendum sit horoscopium, aut astrolabium.* II. κ. 19. Homeri Odysseam cum scholiis, aliisque correctissime exscribit, quae ex Palatina in bibliothecam Vaticanam [?] aduecta est; quod in calce libri ipse adnotauerat: *Γεώργιος Χρυσοκόκκης ἔγραψε τὴν Ὁμήρȣ Ὀδύσσειαν μετὰ σχολίων καὶ ἄλλων ἐν ἔτει ϛωμδ'. Ἰνδικτ. δ.*

Πονῶν, μογῶν ἄμετρα ταύτην τὴν βίβλον
Τέλει δέδωκα τȣ̃ Θεȣ̃ νενευκότος.
Γεννῶσι δόξαν τοῖς φιλȣ̃σιν οἱ πόνοι,
Τοῖς δ' αὖ ἀέργοις μῶμον ἡ ῥαθυμία.
Θεȣ̃ διδόντος ȣ̓δὲν ἰσχύει φθόνος,
Καὶ μὴ διδόντος ȣ̓δὲν ἰσχύει κόπος.

Georgius Chrysococca scripsit Homeri Odysseam cum scholiis, et aliis anno 6844. z) *Indict.* 4. *Labo-*

x) Imo, quomodo et per quem syntaxis illa astronomica Persarum a quodam Chionade ex Persia Trapezuntem perlata et ab eodem in linguam graecam conuersa fuerit. Inc. *ὅτι Χιονιάδης τις ἐν Κωνσταντινȣπόλει γραφάς.* Hic est Georgius Choniata, de quo supra §. XLII. Exstat praeterea in eodem thesauro librario caesareo, Georgii Chrysococcae *ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰȣδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον editio et expositio syntagmatis canonum astronomicorum iudaicorum,* quod *ἑξαπτέρυγον* siue *sexalare* inscribitur, quoniam illi canones *πτερὰ* siue *alae* eidem adpellantur. Vide *Lambecium* VII. p. 243. 244. [p. 520. et 521. ed. Koll. in codd. CXXIX. nr. 12. et CXXXI. In cod. CXLI. nr. 2. exstat anonymi cuiusdam auctoris syntagma astrologicum, in capp. ducenta diuisum: insertae sunt *Georgii Chrysococcae* tabulae astronomicae, geographicae et chronologicae. v. *Lambec.* VII. p. 557. Kollar. et supra, vol. IV. p. 148. et 671.

y) *Paris.* in bibl. publ. secundum cat. MSSt. regg. vol. II. sunt *Tabulae astronomicae* in codd. MCCCX. nr. 37. MMCDI. nr. 2. et nr. 1. eiusd. expositio in constructionem astronomicam Persarum; et MMCDLXI. nr. 3. vbi complures tabulae astronomicae sequuntur eiusd. commentarium in Persarum syntaxin, f. expositionem in Persicae astronomiae canones, quae praeterea reperitur in codd. MMCVII. nr. 9. vbi quoque adiunctae sunt complures tabulae astronomicae; MMCDII. nr. 1. et MMDI. suspicante catalogi confectore p. 512. vbi vocatur *Institutio ad expeditos astronomiae persicae canones,* et adnotatur, prodiisse hanc codicis institutionem a. C. 1408. quo tempore vixisset Georgius Chrysococces, idque constare e regio quodam codice, illius manu exarato. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. est *Chrysococcae* canonium longitudinis et latitudinis insignium vrbium, et excerptum ex eodem de longitudine vrbium, quantum vnaquaeque distet ab altera, gr. v. cat. bibl. Leid. p. 371. nr. 35. — in cod. bibl. *Escorial.* eiusd. expositio per epitomen in regulas persicas astronomicas, atque methodus conficiendi horoscopum, f. astrolabium, teste *Pluero* in Itinerar. per Hispan. pag. 170. *Harl.*

z) A. C. 1336.

Laborans, insudansque praeter mensuram hunc librum ad finem perduxi Deo adiuuante.

Laborantibus gloriam generant sudores, non laborantibus opprobrium segnities.

Deo dante nihil potest inuidia, et non dante nihil potest labor. Hinc eum anno 1336. vixisse comperimus. [conf. supra, vol. I. p. 406. XV.]

Nescio, an historiam scripserit; sane historiae specimen prae se fert fragmentum ipsius, quod ex MS. codice excerptum adhuc ineditum tibi, lector, communico, *de caede Amurati primi Turcarum imperatoris.* [aa]) *Εἶτα γίνεταί τι καινὸν ὑπὲρ λόγων τεχνούργημα. ἀνήρ τις τῶν ἐνδόξων Σέρβος νέος, ἀνδρεῖος, καὶ τολμηρὸς, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε, καθὼς ἀπεδέχθη ἀποσπασθεὶς ἐκ τῆς φάλαγγος τῶν Χριστιανῶν εἰς μέσον τῆς παρατάξεως τῶν Τουρκῶν, ὡς αὐτόμολος πίπτει. καὶ δῆτα ἁρπάσαντες οἱ Τοῦρκοι τοῦτον, αὐτὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα ὀνομαστὶ καλῶν, καὶ βούλομαι τοῦτον ἰδεῖν, καὶ λόγους τινὰς ὑποψιθυρίσαι, ὡς ἐγκρατὴς γενέσθαι τουτονὶ τοῦ πολέμου, ἕνεκα γὰρ τούτου αὐτόμολος ἐληλύθειν, εἰπὼν, τὸν ἡγεμόνα δεικνύουσιν, ὁ Μουρὰτ δὲ διὰ τῆς χειρὸς δειγματίσας τοῦτον, ὡς πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. ὁ νέος ὁρμήσας, καὶ πλησίον ἐλθὼν ξιφιδίῳ κατὰ καρδίας καιρίαν δίδωσι τὴν πληγὴν, καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν πελεκηφόρων, καὶ ὑπασπιστῶν τοῦ Μουρὰτ μεληδὸν κατατέμνεται. τότε οἱ Τοῦρκοι παρ᾽ ἐλπίδα καινὸν θεασάμενοι, καὶ οἷον κακὸν αὔθωρον ἐπ᾽ ὄψιν ἐπεισπεσὸν μὴ ἐνεγκάμενοι βουλὴν εὐσύνοπτον βουλεύονται μάλα καὶ σοφιστικὴν ἐν μέσῳ τῆς παρατάξεως σκηνὴν πεπηγότες εἴσω τὸν ἡμιθανῆ Μουρὰτ τεθείκασιν, αὐτοὶ δὲ ὡς οὐδένα τοὺς πολλοὺς κινδύνους ἀπώσαντες, εἴσω τῶν παρατάξεων, ὡς κύνες λυττῶντες ἐχώρησαν. Deinde nouum quid euenit, et supra quam [?] dici potest, conatus. Serbus enim quidam, vir nobilis ac iuuenis fortitudine et audacia illius aetatis reliquos facile superans, vt euentu postea comprobatum est, sese e Christianorum exercitu abripiens in mediam Turcarum aciem, quasi transfuga, irrepsit. Eum statim tenuere Turcae, qui eorum imperatorem nomine compellans, et hunc videre gestio, quo cum sermonem conferam, quanam ratione hostes debellet, propterea que huc accessi, dictitat. Imperatorem sibi ostensum agnoscit. Amuratus protensa manu ad se accedere iubet. Iuuenis accedit; quum adpropinquasset, pugione lethali vulnere cor illius transadigit: ipseque a custodibus, bipenniferisque Amurati in partes discerptus occiditur. Tunc Turcae praeter exspectationem nouitate rei perculsi, nec malum, quod euenerat, sustinentes, consilium valde perspicax et ingeniosum inierunt: in castrorum namque medio, tentorio exstructo, in eo semiuiuum Amuratum collocant. Ipsi deinde tam varia discrimina pro nihilo habentes, tamquam rabidi canes in ipsos irruerunt.* Nisi etiam ex aliqua ipsius epistola desumtum est. An is est, qui societate et amicitia Theodoro Gazae [bb]) coniunctissimus fuit, vnaque cum eo pleraque antiquorum monumenta de nouo manu sua descripta ab interitu vindicauit, vt ex codice MCCCCXXXXVII. Vaticano graece scripto coniicio, ita Theodoro referente:

Καὶ

aa) Contigit haec a. 1389. Itaque videtur istud fragmentum esse iunioris Chrysococcae.

bb) Hic obiit a. 1478.

Καὶ χρήματ' ἄλογος ἄνακτι τῷ Λυδίας νέμει
Φίλελφος ὁ σοφὸς ἐδὲν οἰόμενος μέγα
Πρὸς κτῆσιν αὐτὴν παντοδαπῶν γε πυκτίων
Πολλ' ἄλλα πάνυ γε, καὶ τάδε ἔχων τυγχάνει
Χειρὶ γραφὲν τῇ Χρυσοκόκκῃ τε καὶ ἐμῇ. Ipſe haereo.

XLV. Quisnam, aut quo floruerit tempore GEORGIVS CODINVS, ſummi etiam in omni literatura viri ignorarunt: ſequioris ſaeculi fuiſſe, et iam nutante Graecia ſcripſiſſe, ex iis, quos nominat imperatores, euincitur. *Facilius dixerim*, verba ſunt Meurſii, *quo tempore hic auctor non vixerit, quam quo vixerit. In libro enim de officiis aulae Conſtantinopolitanae meminit Ioannis Cantacuzeni, et Theodori Metochitae, qui ſub primis Palaeologis aetatem egerunt.* Gretſerus lib. 3. comment. in Codinum cap. 12. eum Cantacuzeno poſteriorem fuiſſe tradit, quum Cantacuzeni aliquoties mentionem faciat, non vt coaetanei, ſed vt tempore prioris. Notat Pontanus notis ad cap. 41. lib. 1. hiſtor. Cantacuzeni, Codinum vixiſſe ſub Manuele Andronici iunioris nepote, qui antepenultimus imperator ex Conſtantinopolitanis fuit. Quidquid tamen ſit, concludit Gretſerus, clarum eſt, Codinum non diu ante Conſtantinopolitanum [P] excidium cc) floruiſſe. Sic item Curopalata, quod nomini additur, officiine, et dignitatis titulus, an cognomen ſit, dubitatum quoque et iure merito eſt. Ego dixerim, [et Fabric. aliique idem adfirmant,] dignitatis illud fuiſſe, quum diuerſum ab eo Georgius iſte cognomen, Codini ſcilicet, ſibi adſciſcat. *Allat.* Conf. *Fabr.* ſupra, vol. VII. p. 795. ſqq. vbi plura iam occupata, aliique VV. DD. laudati ſunt. - *Hamberger.* in zuverläſſ. Nachr. IV. p. 733. eum poſt a. C. 1453. vixiſſe tradit; *Saxius* autem in Onom. liter. II. p. 450. aetatem eius adſerit a. C. 1460. Add. *Pet. Lambecii* diſſ. breuis de Codini vita et ſcriptis; praemiſſa eiusd. animaduerſſ. in *Codini* Excerpta. Pariſ. 1655. fol. pag. 135. *Harl.*

1. Scripſit libellum *de officiis palatii, et eccleſiae Conſtantinopolitanae*, ſtilo incompto, ac barbaro, et qui ea aetate in populi, plebisque vſu erat. *Allat.* De ſtilo Codini, atque editt. codicibusque quoniam a Fabricio l. c. et a me ad eum iam adfatim diſputatum eſt; ea, quae Allatius ſcripſerat, omittere ſatius eſſe duxi. De editt. v. quoque cat. bibl. Bünau. tom. I. p. 235. ſq. — De cod. *Bauar.* qui nunc numeratur XLVIII. accurate fuſeque diſſerit cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 8-11. — Notitiam codd. in variis bibliothecis adſeruatorum, exhibet *Montfauc.* in Bibl. biblioth. et quidem *Codini hiſtor.* p. 201. 472. 674. et 728. *B. C.* ac *Parecbol.* etc. p. 378. *A.* et 558. *Harl.*

[P] 2. Eiusdem περὶ πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τῆς Χρονογράφου. *Selecta de originibus Conſtantinopolitanis ex libro chronographico*, ex interpre-

cc) Imo illius excidii, vt iam a. 6961. (Chriſti 1453.) facti, meminit in extremo libelli de imperatoribus CPol. p. 82. edit. Lambecii.

terpretatione *Georgii Dousae*, Iani filii, graece et latine edita sunt apud Hieronymum Commelinum anno 1596. in 8vo et postea cum notis Ioannis Meursii 1608. in 8vo. Secundum hoc opus *de Patriis* cum primo de officiis confundit satis inepte Iunius, vt bene adnotauit Gretserus in obseruat. ad Codinum. Et quamuis dicatur Codinus συντεθηκέναι, *composuisse*, lata illius significatione accipi debet, cum illis ex variis auctoribus colligendis, et verbis eorum, nec syllaba quidem immutata referendis, operam tantum locauerit, quod ex prima parte ipsius libri, in qua de Byzantii nomine, et antiquitatibus sermo est, liquet. Est enim Hesychii Milesii, quae scholiis, illisque pereruditis dd) adornata cum nonnullis aliis graece et latine prostat. Versionis Dousianae errata detexit Gretserus obseruat. in Codinum lib. 3. [P] cap. 18. Eiusque editionem e Bauarico codice auctiorem fecit, ibidem cap. 19. Nos etiam ex alio MS. codice multo hisce plura in nostro Variorum Antiquorum tom. I. protulimus, ee) adeo vt iam lector opus absolutum fere habeat. Nec aliud ab hoc opus esse mihi autumo, quod in bibliotheca Carthusiae Neapolitanae in indice MStorum legitur, *Georgii Codini Chronologia Constantinopolitana.* Legitur etiam MS. Romae in biblioth. Vallicellina, D. 23. et Scoriaci in regia. Neque alius a Codino est Georgius Constantini, qui *patria Constantinopolis*, et librum *de sapientia* scripsisse traditur a Gesnero. *Constantinus* enim, ni fallor, locum *Codini* occupauit. Errorem sequuti sunt Gesneriani epitomatores, Robertus Constantinus, et qui sine vllo delectu atque examine omnia exscribit Paulus Bolduanus. Liber vero ipsius *de sapientia* nullus alius esse videtur, quam ea pars πατρίων, quae in exstructione templi S. Sophiae enarranda impenditur. Gretserus praeter Codinum, et Hesychium, Diogenem quoque Cyzicenum τὰ πάτρια Κυζίκου, *res patrias Cyzici*, ex Suida refert. His ex MS. Epigrammatario addi potest Claudianus poeta graecus: notat enim quisquis ille fuerit, ad eius carmina in margine: οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ἐστὶν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας. *Hic Claudianus composuit Origines Tarsi, Anazarbi, Beryti, atque Nicaeae:* et ex excerptis meis variis ff) Callinici sophistae, τὰ πάτρια Ῥώμης.

3. Scoriaci in bibliotheca regis catholici legitur eiusdem, περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων μέχρι ἁλώσεως Κωνσταντινουπόλεως. *De annis ab orbe condito, et de iis, qui imperio potiti sunt ad captam Constantinopolim.* VII. γ'. 3. et 3. ζ'. η'. Item περὶ Πατριαρχῶν, καὶ τῆς ἁγίας Σοφίας. *De patriarchis, et S. Sophiae templo.* gg) An eadem cum superioribus? vel quae apud Carthusianos Neapoli est chronologia Constantinopolitana, si tamen ea ab originibus diuersa est? non audeo dicere.

4. Vertit

dd) Io. Meursii.

ee) Haec Allatii Varia antiqua non viderunt lucem: at *Codini* liber longe locupletior cum versione et notis *Petri Lambecii* inter scriptores hist. Byzant. prodiit Paris. 1655. fol. *Fabr.* conf. supra, vol. VII. p. 798. sqq. et 544. sqq. *Harl.*

ff) In Allatii excerptis variis graecorum sophistarum ac rhetorum, graece et latine excusis Romae 1641. 8. p. 256-258 exstat Callinici sophistae ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια Ῥώμης.

gg) Omnia hactenus memorata in Lambecii editione leguntur, si excipias partem de patriarchis.

[P] 4. Vertit praeterea in linguam graecam, *Missam S. Gregorii papae*, quem Dialogum Graeci cognominant. Eam habuerat Morellus a Ioanne a S. Andrea, canonico Parisiensi, cui postea inscripsit, ediditque Parisiis,[hh]) et nunc postremo vulgata legitur graece et latine tom. II. biblioth. veterum patrum. Et vt obiter hic illud quoque admoneam, scias lector hanc eandem Missam multo auctiorem et perfectiorem legi in bibliotheca Barberina cod. LXXV. Quae tamen dicitur ab Emmanuele Chrysolora esse in linguam graecam conuersa: *Λειτεργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτε εἰς τὴν ἑλληνικὴν παρὰ κυρῦ Μανεὴλ τῦ Χρυσολωρᾶ. Missa e lingua latina traducta in graecam a Domino Emanuele Chrysolora.* P. *ὁ μέλλων ἱερεργήσειν ἱερεὺς ἐνδὺς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ ςὰς ἔμπροσθεν τῦ θυσιαςηρίε λεγέτω. ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα.*

XLVI. GEORGII LECAPENI *de constructione verborum* [ii]) liber graece editus est Venetiis apud Aldum in 8. 1526. et Florentiae apud haeredes Philippi Iuntae 1526. in 8. [kk]) Habetur passim manuscriptus. Et praecipue Veneta S. Marci Scamn. 17. num. 10. Opusculum tamen hoc *de constructione*, quod sub Georgii Lecapeni nomine editum est, vt ingenue fatear, Lecapeni non est. Scripsit sane ille *de artificio grammatico*, sed longe ab hoc opus diuersum, neque editum. Legitur MS. in Vaticana cod. DCCCLXXXIII. et alibi, *τῦ σοφωτάτε καὶ λογιωτάτε Γεωργίε τῦ Λεκαπηνῦ τεχνολογία περὶ γραμματικῆς. Sapientissimi et eruditissimi Georgii Lecapeni de artificio grammatico.* P. *γράφειν ἐνεργητικὸν σημαίνει πέντε. γράφειν, τὸ συγγράφειν λόγον, ἢ ἄλλην τινὰ ἱςορίαν.* Et verosimile est, alia quoque de hoc [P] argumento composuisse. Quod tamen superius editum ferebamus codices Vaticani, Barberinus, Vallicellanus, aliique [ll]) non ita recenti nota descripti Michaeli Syncello Hierosolymitano vindicant; sic enim titulum concipiunt: *Μιχαὴλ πρεσβυτέρε, καὶ Συγγέλλε τῦ Ἀποςολικῦ θρόνε τῶν Ἱεροσολύμων μέθοδος περὶ τῆς τῦ λόγε συντάξεως, σχεδιασθεῖσα ἐν Ἐδέσῃ τῆς Μεσοποταμίας αἰτήσει Λαζάρε διακόνε φιλολόγε, καὶ λογοθέτε. Michaelis, presbyteri et syncelli apostolici Hierosolymitani throni methodus de constructione orationis ex tempore dictata Edessae Mesopotamiae flagitante Lazaro diacono, philologo, ac logotheta.* Ita exscriptorum incuria praeuerti singula quaeque solent.

 2. Eius-

hh) 1595. 8. Confer volum. VII. bibl. graecae p. 802.

ii) *Περὶ συντάξεως ῥημάτων.* Incipit: *ἡ περὶ τῆς συντάξεως τῦ λόγε διδασκαλία.* Dicatus est liber *Lazaro* cuidam, quem *φιλομαθέςατον* adpellat. Laudat et alios, qui in eodem ante ipsum argumento elaborarunt: *πολλὰ γὰρ περὶ αὐτῆς (τῆς συντάξεως) τοῖς ἀρχαίοις διαπεπόνηται, Ἀπολλωνίῳ τε τῷ σοφωτάτῳ τῷ ἐπίκλην δυσκόλῳ, καὶ Ἡρωδιανῷ τῷ πολυμαθεςάτῳ, καὶ Ἀπολλωνίῳ τῷ νέῳ καὶ τοῖς Ἀττικιςαῖς καὶ Ἀρκαδίῳ τῷ Βυζαντίῳ, ὧν ταῖς πραγματείαις εὖ ἐντετυχηκὼς θαυμάσειας αὐτῶν τὸ πολυμαθὲς καὶ τῦ ἑλληνισμῦ τὴν ὑγιῆ καὶ κατάλληλον χρῆσιν καὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ πολύτροπον καὶ πολυσχήμονα πάσης τῆς ἑλληνικῆς διαλέκτε ποικιλίαν.*

kk) Ad calcem Theodori Gazae librorum quatuor Grammaticae et libri de mensibus. *Fabr.* Conf. supra, vol. VI. p. 297. sq. Atque plura de hoc, ac nr. 2. et 3. memoratis opusc. horumque codd. in eod. vol. p. 191. sq. §. XIII. et p. 343. Add. *Henr. Wharton* ad Cauei hist. litter. SS. eccl. II. p. 55. ad a. 1354. ibique not. in ed. Basil. — In cod. *Mosquensi* typographei synod. XLVIII. dicitur *Alacapinus*, eiusque *expositio Enchiridii Epicteti* ita citatur: *ἐξήγησις εἰς τὸ ἐγχειρίδιον τῦ σοφωτάτε ἀλακαπινῦ κυρῦ γεωργίε·* inc. *ἐπανόρθωσίς ἐςι πασῶν τῶν τεχνῶν.* v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 327. nr. 13. *Harl.*

ll) Coislinianus quoque, quem cum Palatino memoraui supra, vol. XI. p. 187. nr. 7. *Fabr.* vbi quaedam adscripsi, et conf. supra, vol. VI. p. 133. 332. not. *zz* et 345. *Harl.*

2. Eiusdem Lecapeni, et Andronici Zaridae epistolae τεχνολογούμεναι, passim manuscriptae inueniuntur. Epistolas laudat Zarida. ου θαυμα, ει τις Θετταλίαν οικων Φαρμάκοις αναπίμπλησι τας επιστολας, πάντας εξης τους δι' αυτων ελθόντας εορτης αναπιμπλασιν, και βακχείας, όσης οίει; ως και χρόνου δειν αυτοις, όπως της κατοχης απαλλάξειεν. οι και αναισχύντες, ώσπερ εφ' ενι ταττόμενοι διδασκάλω προς την ηχώ σε γράφειν φασι του ρήτορος, ου τας επιστολας, ουδεν χειρους της Ορφέως μούσης τίθενται και παρα τοσουτον εκείνων εις μίμησιν ιέναι τας σας, ως οι παιδες της των τεκόντων ιδιότητος, ει τύχοιεν κατ' εκείνους όντες την έξιν. *Non mirum est, si quis Thessaliam inhabitans veneniis epistolas inficit, omnesque eos, qui earum causa congregati sunt, gaudio, hilaritate et bacchio numine, quanta putas? inflat, vt et tempore opus illis sit, vt ab afflatu illo liberentur, qui quum resipiunt, tamquam sub vno magistro conspirantes ad tonum te dicunt oratoris conscribere, cuius epistolas nihilo peiores Orphica musa existimant, tantumque tuas in earum aemulationem erigi, quantum pueri ad proprietatem parentum, dummodo ab illis natura non discrepent.* Epistolae tum Lecapeni, tum Zaridae, quas ipse vidi, sunt numero XXXII. Habentur etiam in bibliotheca Bauarica cod. LXIX. et in bibliotheca regis Gallorum.

3. Opusculum eiusdem Grammaticum, *de dictionum significationibus*, legitur manuscriptum in bibliotheca Augustana. Quod idem cum eo forte est, quod ipse legi Romae: Γεωργίου Λεκαπηνου περι σημασίας ρημάτων και ονομάτων. *Georgii Lecapeni de significatione verborum et nominum.* P. γράφειν ενεργητικον σημαίνει. Ad eumdem etiam pertinere εκλογην λέξεων, *selecta dictionum*, quae in Italia seruari, et forte Romae [P] suspicatur Gesnerus. Nec alius ab hoc Georgio est, cuius sub *Gregorii Logaponi* mm) nomine idem Gesnerus meminit.

4. Monachus fuit, et *historiam* scripsit, nisi nos ludit catalogus a Grammatico Verderius exhibitus, *historia Georgii monachi Lecapeni.* Vixit nn) diu in Thessalia, et licet praemiis etiam propositis alio euocaretur, numquam tamen adduci potuit, vt quam ipse dicteriis et maledicentia quadam ob improbitatem coeli, insectaretur, relinqueret: Παγγέλοιον άχρι Θετταλίας, ην νυν οικουμεν, εν ελπίσιν άγειν ήξειν τα γράμματα. *Quam ridiculum est ad Thessaliam, quam nunc incolimus, sperare literas posse peruenire.* Et alibi: Θετταλίαν δ' ην ώσπερ τινας καταρράκτας, η στήλας ηκούομεν. νυν δ' ορωμεν, και επερχόμεθα. *Thessaliam, quam veluti catarrhactas quosdam, aut columnas audiebamus, nunc videmus, et habitamus, et calcamus.* Eius postea situm, ac temperiem aeris prosequitur. Viuebat tempore Gregorii Palamae, ad quem etiam inter eius epistolas, elegans ac vehemens, et contumeliae plena legitur, quae incipit: ιου και σοφος ημιν εξαίφνης, ο μη δε προ μακρου πλησίος εναπέφηνας. Palamas sub Andronicis Palaeologis floruit.

5. Ex

mm) Meursius *Laccapenum* vocat, qui schedas eius ineditas grammaticas laudat in Glossario Graecobarbaro, voce γράμμα. In Catalogo MSS. Bibl. Bodlei. codice Barocciano CIII. *Lecapenae grammatica alphabetica.* Eiusdem *de figuris Homericis et Canonismata in Homerum* MSta memorat *Labbeus* p. 104. bibl. nouae MSS.

nn) Medio saeculo post Christum natum decimo quarto.

5. Ex innumeris *Libanii sophistae epistolis* elegantiores, selectioresque numero CCLXIV. in vnum volumen digessit, quarum prima illa est ad Clearchum: ἔμελλον γράφων δεήσεσθαι. oo) Namque in fine adnotabatur: αὗται αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ Λιβανίου αἱ ἐκλεγεῖσαι τῷ Λεκαπηνῷ ὁμοῦ αἱ πᾶσαι σξδ'. *Hae sunt epistolae Libanii a Domino Georgio Lecapeno selectae numero 264.* Eas puer adhuc vndecennis in Graecorum collegio, nimium tunc temporis Libanii scriptis addictus, ex antiquo codice mihi furtim exscripseram.

6. Scripsit etiam carmine, eoque iambico, quod impense ab eo sibi poposcerat Andronicus Zarida. ὃ δέ σοι ἐν Ἰάμβοις σύνταγμα πεποίηται, μήπω δεξάμενος ἀντίπαλός τις λύπη τῇ ἡδονῇ, ἣν ἔσχεν ἡμῖν ἡ περὶ αὐτῶν ἀγγελία εἰσέτι καὶ νῦν πολιορκεῖ, καὶ ἀνύσας πέμπε. *Quod tibi carmine iambico poëma scriptum est, quum non acceperim, moestitia quaedam* [P] *laetitiae hostis, quam nobis de iis nuncius attulit, in hunc diem obsidet; quare quam citissime transmittito.* Lecapenus vbi misisset carmina, inter alia in epistola scribebat: ἰδοὺ ἥκει σοι μόλις καὶ τὰ στιχίδια, καὶ ταῦθ' ἡμιτελῆ, καὶ οὐ τοῦτό γε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤδη καὶ ἀκέφαλα. καὶ σὺ μὲν ἴσως που προσπαίζων, ὁμοῦ δὲ καὶ χαριζόμενος τῶν ὄφεων τοῖς τεμμαχίοις αὐτὰ εἰκάσεις, οἷς παῖδες ἰατρῶν ἐκλέγοντες ἀσφαλῶς οἴονται λοιπὸν κατὰ τὰς φαρμακείας χρῆσθαι. ἐγὼ δὲ ὀκνῶ μὴ ἄρα ὑγιὲς οὐδὲν ἀναφανῇ, τοῦτο δὲ ἐκεῖνο τὸ ᾀδόμενον· ὤδινεν ὄρος. etc. *En ecce tandem ad te versiculi, nec ii absoluti perueniunt, et quod magis mirere sine capite. Tu vero forte iocans, simulque mihi gratum faciens serpentum frustis illos comparabis, quibus medici fulti tuto illis contra veneficia vti de caetero praesumunt. Ego dubito, an quid boni in illis reperiatur, imo quod prouerbio fertur, mons parturiit. etc.*

[P] XLVII. GEORGIVS PACHYMERES Constantinopoli oriundus, sed Nicaeae ortus, atque educatus in sacerdotum numerum cooptatus Hieromnemonis, pp) Protecdici, et Dicaeophylacis honore auctus est, claruitque sub Michaele, et Andronicis Palaeologis. qq) Ipse de se in principio historiae: Γεώργιος Κωνσταντινουπολίτης μὲν τὸ ἀνέκαθεν, ἐν Νικαίᾳ δὲ καὶ γεννηθεὶς, καὶ τραφεὶς, ἐν Κωνσταντίνου δὲ καταστὰς αὖθις, ὅτε Θεοῦ νεύματι ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, εἴκοσιν ἑνὸς δέοντος τηνικάδε, καὶ κλήρῳ δοθεὶς θείῳ, καὶ ἀξιώμασιν ἐν ἐκκλησιαστικοῖς διαπρέψας, καὶ ἐς Πρωτεκδίκου φθάσας τιμήν. ἔτι δὲ καὶ ἐν ἀνακτόροις εἰς Δικαιοφύλακα τιμηθεὶς, τάδε ξυνέγραψεν. *Georgius Constantinopoli oriundus, Nicaeae tamen ortus, et enutritus, Constantinopolimque rursus restitutus, cum Dei nutu in potestatem rediit Romanorum, decem et nouem tunc annos natus, et clero diuino adscri-*

oo) Haec duodecima est inter centum Libanii epistolas, quas graece et latine vulgauit Io. Christoph. Wolfius, Lips. 1711. 8.

pp) ὑπομνηματογράφος et πρωτέκδικος dicitur Pachymeres in MS. apud *Lambecium* VIII. p. 385. [p. 819. Koll.] Eius iconem aere descriptam exhibet VII. p. 70. [p. 155. Kollar. vbi Lambec. not. 1. de munere *Protecdici* quaedam obseruat, *Harl.*] ex Nicephoro Gregora Hieron. Wolfii, Basil. 1562. fol.

qq) Andronicus Palaeologus Michaeli patri in imperio successit a. C. 1282. *Fabr.* Quoniam de *Georgio Pachymere*, eius scriptis horumque codd. supra in vol. VII. p. 775. sqq. et in vol. III. passim ad Aristotelis opp. et a me in introduct. in hist. L. G. II. part. 1. p. 524. sq. atque in supplem. part. II. p. 557. sq. copiose disputatum est; eo plura h. l. resecanda esse duxi. *Harl.*

adscriptus, et dignitatibus ecclesiasticis condecoratus, et ad dignitatem vsque Protecdici promotus, imo et in aula Dicaeophylacis officio insignitus haec conscripsit. Protecdicus male in epitome Gesneriana in *Protecdium,* et in supplemento epitomes Antonii Verderii *Protrectitum* mutatus est; quod nihili est.

1. Scripsit in vniuersam fere *Aristotelis philosophiam epitomen,* rr) quae a *Philippo Bechio, philosopho* ac medico in latinum sermonem conuersa edita est Basileae 1569. apud Frobenium in fol. cum Synesii orationibus. Hoc quippe compendio Pachymeres obscuriora Aristotelis loca non tantum de suo, sed aliorum etiam sententiis atque expositionibus prolatis, nec ineleganter explanat; ita ab ipsa Porphyrii Isagoge opus exorsus, et per omnes suas partes philosophiam percurrens, in ipsius metaphysicae compendiosa epitome finem facit. [P] Praeterea, *de sex philosophiae definitionibus, de diuisione philosophiae, de quinque vocibus, de decem praedicamentis,* latine impressa sunt Basileae per Ioannem Oporinum, cum Porphyrii quinque vocibus, et Aristotelis praedicamentis etc. a Ioachimo Perionio versis. Epitome Gesneriana. *Et de sex definitionibus et diuisione philosophiae* graece cum Archytae Categoriis, Lipsiae in 8vo. ss) Antonius Verderius in supplemento, nulla tamen cum re dubitauit, an auctor huius epitomes idem sit cum Georgio Pachymere. *Georgius diaconus protecdicus scripsit graece epitomen logices Aristotelis, Parisiis in 8uo apud Vascosanum 1546. Nescio an is auctor sit idem, qui et Georgius Pachymeres, cuius opera graece in epitome biblioth. Gesnerianae continentur:* idem enim et vnus est Georgius, epitomes logices auctor et aliorum operum, quae Pachymerio a Gesnerianis epitomatoribus tribuuntur.

2. Eiusdem, *de lineis insecabilibus* Paraphrasis, inter Aristotelis opera sub Aristotelis nomine edita est Basileae 1531. in fol. et alibi postmodum ex interpretatione Iacobi Schenchii tt) Georgio restituta graece et latine in editione Casauboniana anno 1597. in 8vo et 1646. in fol. Coloniae Allobrogum, vbi additur, ex nonnullorum opinione Paraphrasin illam Georgio tribui: cuiuscunque tamen illa est, digna est et Georgio, et quae inter Aristotelis opera censeatur, indigna tamen, quae Aristoteli tribuatur. Vidit id Henricus Stepha-

rr) Graece superest MS. in variis bibliothecis, vt in Coisliniana, teste Montfauconb pag. 222. Versus, quos Pachymeres ipse Epitomae huic suae praefixit, exhibet Allatius infra p. 372. *Fabr.* Codd. supra ad vol. VII. p. 783. memoratis add. cod. bibl. *Citzensis.* De cod. *Bauar.* cit. quondam CLXX. postea XCVII. et cod. quondam CLXXI. postea CCLXXIV. (qui continet prooemium, in edit. Basileensi 1560. fol. frustra quaesitum,) v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 7. sqq. et a. 1805. part. 9. p. 259. Vterque vero cod. Parisios missus est, vi belli. Conf. supra ad vol. III. p. 209. not. pp. et p. 210. *Harl.*

ss) Sine anni nota, edente Ioachimo Camerario, qui adiunxit Nicephori Blemmidae scriptum breue de quinque vocibus, quod incipit: ἡ φωνὴ ἢ ἔναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος. Et anonymi διάληψιν περὶ τῆς καλουμένης λογικῆς τί τε καὶ ποῖόν τι ἐστιν. Incipit: τῆς φιλοσοφίας τῷ τῆς γνώσεως γένει, nec non anonymi μέθοδον εἰς τοὺς τρόπους τῆς φιλοσοφίας, qua sex definitiones philosophiae a Pythagora, Platone et Aristotele traditae, philosophiae item diuisio in theoreticam practicamque et quatuor methodi dialecticae per diuisionem, definitionem, resolutionem et demonstrationem explicantur.

tt) Schegkii. Confer, si placet, quae de hac Pachymeris paraphrasi, et de libro Aristotelis ipso, quem H. Stephanus primus restituit, dixi lib. 3. c. 5. §. 28. [vol. III. p. 261.]

phanus epiſtola ad Petrum Victorium, quam Ariſtotelis et Theophraſti ſcriptis quibusdam praefixit, ᵗᵗ) plus tamen nimio ſcriptioni detrahens. *Mirum eſt vero exſtitiſſe vllos homines tam παχεῖς, vt cum Παχυμερεῖς paraphraſin in librum Ariſtotelis περὶ ἀτόμων γραμμῶν haberent, ipſum ſe Ariſtotelis librum habere perſuaderent. Quam multa enim vel in ipſo limine reperiuntur, ex quibus id a lectore etiam dormitante deprehendi facile poterat? quae certe apud homines adeo παχεῖς, vti dixi, λεπτομερῶς explicare me pudeat.*

[P] 3. *Paraphraſis porro in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam* ᵘᵘ) graece manuſcripta viſebatur in bibliotheca Antonii Auguſtini cod. CCVI. *Georgii Pachymerae libri XI. de philoſophia. Primus reſpondet Organo Ariſtotelis. Secundus libris phyſicorum. Tertius libris de coelo. Quartus libris de Ortu, et Interitu. Quintus Meteoris. Sextus libro de partibus animalium. Septimus libris de motu, et inceſſu animalium. Octauus libro de ſenſu, et ſenſili. Nonus libris de generatione animalium. Decimus libris metaphyſicorum. Vndecimus Ethicis ad Nicomachum. etc.* [P] Index Auguſtanus, *Blemmidae, et Georgii Pachymerae epitome philoſophiae complectens logicam, ethicam, phyſicam.* Compendium hoc philoſophiae quid contineat, adnotauit neſcio quis. Ἰστέον οὖν, ὡς περιέχει ἡ παροῦσα πραγματεία βιβλία δώδεκα, φέροντα μὲν τίτλους μζ', κεφάλαια δὲ υλέ. τὰ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας ἁπάσης, ὡς ἐν τύπῳ περιέχοντα θεωρήματα. *Aduertendum eſt praeſens opus continere libros duodecim, libros titulis quadraginta ſeptem finiri, in capita 435.* ᵛᵛ) *diuiſos; quae Ariſtotelica vniuerſae philoſophiae ſpeculationes breuiſſime complectuntur.*

4. Eiusdem in omnia Dionyſii Areopagitae opera, quae exſtant, Paraphraſis edita eſt graece Pariſiis apud Guilielmum Morellum 1561. in 8vo. cum Dionyſii operibus, ˣˣ) et rurſus apud Claudium Morellum 1615. in fol. Nunc demum graece, et latine ex interpretatione Baltaſſaris Corderii in officina Plantiniana Baltaſſaris Moreti 1634. in fol. Opus inſcripſit Athanaſio Alexandrino patriarchae ʸʸ) cuius ille hortatu laborem adgreſſus fuerat, cum Conſtantinopolim aduenifſet. Nec vllam cauſſam video, cur inſcriptio praefixa Paraphraſi delenda ſit, qua dicitur, auctorem illum manus operi admouiſſe hortatu Athanaſii patriarchae Alexandrini tunc viuentis, vt vult Poſſeuinus, et ante Poſſeuinum Baronius in praetermiſſis ad Tomum ſecundum, quum ſcribit: *Quamobrem reiiciendus eſt commentitius ille titulus, qui adfixus eſt eiusdem Paraphraſi in eiusdem Dionyſii epiſtolas, quo dicitur, auctorem opus illud adgreſſum eſſe hortatu S. Athanaſii patriarchae Alexandrini, tum agentis Conſtantinopoli. Miratus ſum equidem, virum eruditum Godefridum Tilmannum, qui* [P] *eandem paraphraſin latinis edidit, et longam diſputationem pro iisdem ſcriptis elaborauit, haec adeo mani-*

uu) A. 1557. 8.

vv) Haec Paraphraſis ab epitome philoſophiae Ariſtotelis, de qua ſupra, ſect. 1. neutiquam diuerſa. [Ideo plura omiſimus. *Harl.*]

ww) 235. [ſ. 238 v. *Buhl.* ed. Ariſtotel. opp. tom. I. p. 166. *Harl.*]

xx) Separato volumine prodiit Pachymeriana Dionyſii Paraphraſis a. 1561. Deinde a. 1562. 8. S. Maximi ſcholia atque Encomium Mich. Syncelli in Dionyſium, et Dionyſii martyrium: denique Dionyſius ipſe eodem anno typis nitidis et luculentis. *Fabr.* Conf. ſupra, vol. VII. p. 12. et 13. ac p. 782. *Harl.*

yy) Hic fuit ab a. 1251. ad 1262. Vide Euſebium Renaudotum in hiſtoria patriarcharum Alexandrinorum, Pariſ. 1713. 4. p. 600.

manifesta non cognouisse, nec etiam correxisse. Quonam pacto, rogo, potuit ea scripsisse Georgius tempore S. Athanasii, si in illis commentariis meminit auctor haeresium Nestorii, et Eutychetis, quae post multos annos ab Athanasii obitu emersere? Nec est, quod de secundo Athanasio itidem episcopo Alexandrino ea potuissent intelligi, qui sedere coepit anno Domini 489. longe ante etiam quam viueret Pachymerius, fuitque ille non sanctus, sed haereticus, et Acephalorum patronus. Et, qui Baronium exscripsit, Vincentius Riccardus comment. ad orat. 6. Procli archiepiscopi Constantinopolitani. *Et ibi Georgius Pachymerius, qui quidem minime floruit S. Athanasii magni Alexandrini episcopi tempore, vt perperam in eius commentariis praenotatur. Nam in comment. ad epist. 3. et 4. ad Caium contra Nestorium, et Nestorianos inuehitur, et in epist. 6. contra Nestorium, Apollinarium, Eutychetem, et Dioscorum, qui sane multo post S. Athanasium fuere. Eutyches, et Dioscorus in IV. vniuersali concilio Chalcedonensi damnati fuere, at S. Athanasius tempore 1. concilii Nicaeni floruit.* His enim iisdem temporibus, quibus Pachymerius floruit, Athanasius patriarcha Alexandrinus viuebat, qui eum ad diuini operis interpretationem exstimularat. An quia semel patriarcha in eo throno sederat Athanasius nomine, non potuit alius, subsequutis temporibus eodem nomine ecclesiae illi praeesse? At sciant praeter hunc Pachymerae σύγχρονον, alios etiam a magno illo Athanasio diuersos,[zz]) vt ex catalogo illorum patriarcharum colligitur, quod nec Baronius negat, rexisse. Et eo ipso tempore rexisse constat aperte ex eiusdem Pachymerae historia, pluribus locis. Nec obstat *sancti* nomen praefixum. In ea etenim ecclesia etiam scelestissimis, sanctitatis nomen tributum adnotabam in Eustachio Antiocheno de Eusebio Caesariensi,[a]) et alibi; quod postea et apud occidentales obseruaui. Haberi hanc paraphrasim manuscriptam in bibliotheca Vaticana tradit Gesnerus: et Medicaea Posseuinus in indice: et Gallica, indices manuscripti. Vincentius Marinerius Valentinus epist. ad Franciscum Dazam anno 1636. edita, scribit, se commentarios Pachymerae in Dionysium Areopagitam in linguam latinam vertisse.

[¶] 5. Scripsit praeter iam dicta historiam sui temporis, quam orditur a temporibus Michaelis Palaeologi,[b]) sub quo vixit. Illa, sed mutila asseruatur in bibliotheca Augustana cod. XIX. Plutei 5. ex cuius codice, carie confecto ac mutilo excerpta quaedam exhibuit Wolphius post Nicephorum Gregoram. etc. etc.

6. Eius-

zz) Athanasius Petri Moggi successor eiusque defensor haereseos cognomento Celetes siue herniosus ab a. 490. ad 497. Vide *Renaudotum* p. 125. et *Laur. Zaccagnii* praefat. ad collectanea monumentorum veterum p. LXIV.

a) Eustathio Antiocheno in Hexaëm. statim sub initium Eusebius τῶν ἁγίων τις. Sed ex hoc ipso rectius colligas, id scriptum non esse Eustathii veteris illius Antiocheni, cui Eusebius non erat sanctus, sed haereticus.

b) Libris XIII. distincta incipit a tempore nati Michaëli palaeologo a. 1258. Andronici palaeologi (senioris) et desinit in a. 1308. qui fuit annus aetatis eiusdem Andronici XLIX. imperii XXVI. Confer, quae de hoc historico Pachymeris opere dixi volum. VII. p. 775. sqq. [vbi plura, vel ex Allatio, iam sunt prolata.] et p. 524. [add. *Niceron.* Memor. erudit. ex versione Baumgartenii german. tom. I. p. 238.] *Montfauconus* in bibl. Coisliniana pag. 209. memorat codicem MS. cui addita versio latina libri primi, diuersa ab edita Possiniana et scholia. Idem in palaeographia graeca p. 79. meminit MSti regii codicis Paris. exarati a. 1448. quem cum editione Romana Graecolat. Petri Possini Rom. 1666. 1669. fol. 2. vol. conferre suadet *Boiuinus* p. 760. ad Niceph. Gregoram.

[[P]] 6. Eiusdem *epistolas graecas* alicubi in Italiae bibliothecis exstare, tradit Gesnerus, quas licet anxius perquisierim, ad hunc diem nullas inueni. [v. supra, vol. VII. pag. 786.]

7. Plura etiam in rhetoricis ingenii experimenta non omnibus obuia edidit, digna tamen, quae diu non lateant, sed bono publico, et adolescentium potissimum ad eloquentiam viam sibi parantium publicentur; eorum indicem, vt ab humanissimis, et bonae literarum natis Puteanis accepi ex cod. DCCCLXXXIII. bibliothecae regis Gallorum hic interponam.

8. Γεωργίυ Δικαιοφύλακος καὶ Πρωτεκδίκυ τῦ Παχυμέρυς μελέται εἰς τὰ προγυμνάσματα, καὶ εἰς τὰς στάσεις. α) Μῦθος, *Georgii Dicaeophylacis* [[P]] *et Protecdici Pachymerae in progymnasmata, et status exercitamenta. Fabula.* P. Ἀρότυ καιρὸς ἦν, καὶ γεωργοί.

β) Διήγημα τὸ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα. *Narratio de Vlysse.* P. συνέβη ποτὲ καὶ ἐπὶ τὴν Ἴλιον.

γ) Διήγημα τὸ κατὰ τὴν κεκαυμένην ζώνην. *Narratio de zona torrida.* P. ὁ τῆς ὐρανόθι ζώνης πέρι θέλων.

δ) Χρεία λογική. *Chria, quae tantum sententia constat.* P. Χαιρήμων ἔφη πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν μόνῳ τῷ φρονεῖν ἐστιν.

ε) Γνώμη Δημοσθένυς. Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τύτων ὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. *Sententia Demosthenis. Opus est pecuniis, et sine his, nihil, quod opus factu sit, fieri nequit.* P. ὕτως ἄρα τῷ Δημοσθένει ὁ νῦς ἦν ἱκανός.

ϛ) Ἀνασκευὴ τῦ περὶ τῦ ῥόδυ διηγήματος. *Destructio. Narrationem de rosa nullo modo verosimilem esse.* P. εἴπερ ἀληθείας ὐδὲν ἀσφαλέστερον.

ζ) Κατασκευὴ ἐκ τῦ ἐναντίυ τῦ διηγήματος τῦ κατὰ τὸ ῥόδον. *Assertio, narrationem illam verosimilem esse.* P. ἔγωγε μὲν φιλῶν.

η) Κοινὸς τόπος κατὰ λοιδόρυ. *Locus communis contra maledicum.* P. ἄνδρες δικασταί, λόγων ὀλίγων πεπαιδευμένων.

θ) Ἐγκώμιον Αἴαντος τῦ Τελαμωνίυ. *Laudatio Aiacis Telamonii.* P. εἰ μὲν ἦν τὸν ἅπαντα βίον.

ι) Ψόγος τῦ Πάριδος Ἀλεξάνδρυ. *Vituperatio Paridis Alexandri.* P. οἶδε τὶς καὶ κέρδος ἀπὸ κακίας.

ια) Σύγκρισις ἐλαίας, καὶ ἀμπέλυ. *Comparatio oliuae et vitis.* P. καὶ τὰ φυτὰ παρέοικέναι ἀλλήλοις.

ιβ) Ἠθοποιΐα. τίνας λόγες εἴπε Φειδωλὸς ἀναγκαζόμενος ἑςιᾶν ἑτέρες καλέσαντας πρότερον. *Ethopoeia. Quae dixerit auarus, cum cogeretur eos in conuiuium vocare, qui eumdem prius conuiuio exceperant.* P. Φεῦ ὡς λαμπρὸς ἑςιάτωρ ἐγώ, καὶ πρὸς τὰ δεῖπνα.

ιγ) Ἔκφρασις τῦ Αὐγεςεῶνος. *Descriptio Augusteonis.* c) P. τὸ τῦ Θεῦ τέμενος ἡ σοφίη πολλαῖς μὲν καὶ παντοδαπαῖς.

ιδ) Θέσις, εἰ πλευςέον. *Propositum. An nauigandum.* P. καλὰ μὲν καὶ τὰ αὐθιγενῆ δῶρα τῶν πόλεων τοῖς ἐποίκοις.

[P] ιε) Κατηγορία νόμε τῦ κελεύοντος, τὲς ἀπὸ ναυαγίου καταίροντάς πε σκυλεύεσθαι παρὰ τῶν ἐκεῖ. *Accusatio legis praecipientis, naufragium passos, et adpellentes in aliquem locum, ab iis, qui inibi sunt, spoliandos esse.* P. ἐγὼ δὲ ἀλλὰ καὶ νόμον συνιςάντα πολιτείαν ἀσπάζομαι.

ιϛ) Εἰς τὸ ἐναντίον. περὶ τῦ τοιέτε νόμε, καὶ τῆς τοιαύτης συνθέσεως. *Oppositum de eadem lege et compositione.*

ιζ) Σκηπτῦ κατενεχθέντος εὕρηνται χίλιαι πανοπλίαι ἐν τῇ τῦ Περικλέες οἰκίᾳ, καὶ κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως. μελετῶμεν τὸν φεύγοντα, ὃς καὶ ὡς ςρατηγὸς λέγει, καὶ ὡς ῥήτωρ διϊσχυρίζεται. ἡ ςάσις ςοχασμός. *Ictu fulminis in Periclis domo mille armaturae adinuentae sunt, et in iudicium vocatur de tentata tyrannide. Declamet reus, qui vt exercituum dux sermonem concipit, et vt orator contentionem init. Status est coniecturalis.* P. ὐδὲν ὡς ἔοικεν ἐςὶν ἀνδρὸς συκοφάντε βαρύτερον.

ιη) Φιλόσοφος ἔπεισε τύραννον καταθέσθαι τὴν τυραννίδα, καὶ αἰτεῖ τὸ γέρας τῶν τυραννοκτόνων. ἀντιλέγεται δὲ παρά τινων. καὶ μελετῶμεν τὸν φιλόσοφον. *Philosophus suasit tyranno, tyrannidem deponere, et praemium postulat tyrannicidarum: denegatur illi ab aliquibus. Declamat philosophus.*

ιθ) Ζωγράφος ναυάγια γράψας, καὶ περὶ τοῖς λιμέσι ςήσας, μὴ καταιρόντων ναυτῶν κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. *Pictor naufragii a se depictas tabulas in portibus adpinxerat, quum nautae non adpellerent, publicorum criminum reus fit.* P. ἔδει ποτὲ καὶ ζωγράφον δημοσίων ἐγκεκλημένον παρελθεῖν ἐνθάδε.

κ) Στρατηγὸς πυρπολήσας τὰς ναῦς, ὡς ἔξω χρείας δοξάσας, καὶ διὰ ταῦτα νικήσας, κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. μελετῶμεν τὸν φεύγοντα. *Dux exercitus, concrematis nauibus tum inutilibus, et hostibus postmodum debellatis, publicorum criminum reus fit. Declamet reus.* P. ἐγὼ μὲν καὶ γέρας ὑπελάμβανον ἄνδρας ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις κομίζεσθαι.

κα) Ἐν

c) Haec Augustalis in templo Sophiae CPolitano descriptio graece edita a *Boiuino* ad Gregoram p. 764. e codice MMMCXIX. regis christianissimi. De *Augusteone* vide *Goarum* notis ad Codinum p. 150.

κα) Ἐν τρισὶν ἡμέραις νόμος ἐκέλευε περὶ πολέμε βελεύεσθαι. Ἐλάτειαν κατασχόντος Φιλίππε, συμβελεὺς Δημοσθένης αὐθήμερον ἐξιέναι, καὶ μάχεσθαι. σύςασις πραγματική. Tribus diebus ex praecepto legis de bello faciendo consulendum erat: quum Philippus Elatiam occupasset, Demosthenes hortatur, eodem die vrbe exire, et pugnam experiri. Status negotialis. P. περὶ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι νομίζω προσήκειν ὑμῖν τε̃ πρὸς Φίλιππον ἀγωνίζεσθαι.

κβ) Ἀριςεύσας τις ᾔτησεν εἰς τὸ γέρας πολίτε φόνον· δέδωκεν ἡ πόλις· εὕρηται προαπεκτονὼς αὐτὸν, καὶ κρίνεται φόνε. μελετῶμεν τὸν κατήγορον. [P] Quum in bello quispiam optime se gessisset, praemium sibi dari postulauit, ciuis caput. Vrbs concessit; quum ante imperatum praemium occidisset, de homicidio postulatur. Declamet accusator. P. τῆς μὲν ἀριςείας ὦ νεανίσκε πολλε̃ δὲ καὶ τε̃ παντὸς μέμφεσθαι.

κγ) Πολέμε ὄντος καὶ πολιορκίας ἀνελθών τις ξένος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἠρίςευσεν, νόμε κελεύοντος μὴ ἀνιέναι ξένον ἐν τοιέτῳ καιρῷ καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ. Premente bello atque obsidione, aduena quidam adscenso muro prima praemia meretur. Verum tamen, quum lex prohiberet, ne quis aduena tempore belli murum adscenderet, de violatione legis postulatur. P. ἐγὼ μὲν ὦ ἄνδρες, καὶ πρὶν εἰς ἀπολογίαν καταςῆναι.

κδ) Νόμος, τὸν ἀποκήρυκτον μὴ μετέχειν τῶν πατρῴων. καὶ πάλιν ἄλλος, τὸν ἐπιμείναντα χειμαζομένῃ νηῒ δεσπότην εἶναι τῆς νεώς. ἀποκήρυκτος ἐπέμεινε πατρίδι νηῒ χειμαζομένῃ, εἴργεται αὐτῆς ὡς πατρῴας. μελετῶμεν τὸν ἀποκήρυκτον. Lex est, abdicatus in paternis partem non habeat. Et alia, qui in naui tempestate iactata perstiterit, dominus nauis est. Abdicatus in paterna naui procellis obruta perseuerauit; ab eius tamen possessione, quod paterna sit, abigitur. Declamet abdicatus. P. εἰ καὶ ὁ ἐμὸς σοφώτερον θέλων ἴσα πράττειν τῶν ἄλλων.

κε) Νόμος, τὸν ἐκ πόρνης γεγονότα μὴ λέγειν ἐπὶ τε̃ βήματος. ἐκ πόρνε τις γεγονὼς κωλύεται λέγειν. μελετῶμεν τὸν ἐκ πόρνης d) γεγονότα. Lex ait, ex meritoria muliere satus, ne ex suggestu concionetur ad populum; ex meritorio viro quidam natus a concione abigitur. Declamet, qui ex meritorio natus est. P. εἰ καὶ λέγειν ἐπ' ἐκκλησίας κωλύομαι παρὰ τε̃ θαυμαςε̃ τέτε καὶ πιθανε̃ ῥήτορος.

κϛ) Ἑταίρα, χρυσία εἰ φορέσῃ, δημοσία ἔσω. πεφώραταί τις ἑταίρα φορε̃σα χρυσία, καὶ δημοσίαν τὶς φησιν ἀπὸ νόμων εἶναι. ὁ δὲ παρὼν ἔτος, ὃν μελετῶμεν, ἐκ αὐτὴν εἶναι δημοσίαν φησὶν, ἀλλὰ τὰ χρύσια προπαροξυτόνως ἀναγινώσκων. Meretrix aurea si gestauerit, publica sit: deprehensam meretricem aurea gestantem ex legibus contenditur publicam esse. At, qui declamat, non eam publicam esse, sed aurea, immutato accentu adserit. P. μισθε̃ μὲν, ἐδὲ δώρων ἕνεκα ταύτην τὴν γραφὴν ἐνεςησάμην ὑπὲρ τῆς τέως δοκέσης ἀτίμε.

κζ) Αἱ ἐπίλοιποι παρὰ τὴν ἀντίςασιν τῶν ἀντιθετικῶν τρεῖς, τὸ ἀντέγκλημα, καὶ μετάςασις, καὶ ἡ συγγνώμη, καὶ πρῶτον ζήτημα τὸ ἀντέγκλημα· ἀριςεὺς πορνεύοντα τὸν

d) leg. ἐκ πόρνε.

τὸν υἱὸν ἀπέκτεινε, καὶ φόνε φεύγει. μελετῶμεν τὸν ἀριστέα. *Praecomparationis, siue compensationis, tres alii sunt adsumptiuorum* [P] *status; recriminationis, translationis criminis, et deprecationis. Et prima quaestio recriminatio. Victor, et de patria bene meritus scortantem filium interemit, et in ius vocatur. Declamet de patria bene meritus.* P. τῆς μὲν ἐμῆς ἀριστείας πολλὰ καὶ μεγάλα τὰ δείγματα.

κη) Τριακόσιοι νύκτωρ τῶν πολεμίων ἀποδράντες, καὶ πρὸς ταῖς πύλαις τῆς πόλεως γενόμενοι ἱκέτευον τὸν στρατηγὸν ἀνοῖξαι τὰς πύλας τῆς πόλεως εἰς τὸ εἰσελθεῖν καὶ σωθῆναι· νόμου ὄντος, μὴ νύκτωρ τὰς πύλας ἀνάγεσθαι, οὐκ ἤνοιξεν ὁ στρατηγός. Φθάσαντες οἱ καταδιώκοντες ἀνεῖλον αὐτούς· καὶ κρίνεται ὁ στρατηγὸς τῶν δημοσίων ἀδικημάτων· μελετῶμεν τὸν κατήγορον. *Noctu tercentum ex hostibus profugi, cum ad fores vrbis peruenissent, ducem deprecabantur, vt illis foribus apertis pro incolumitate ingressus in vrbem pateret: quum lex prohiberet, noctu fores reserari, dux non aperuit. Deprehensi interim a persequentibus internecione deleti sunt: et dux publicorum criminum reus fit. Declamet accusator.* P. μηδεὶς ὦ παρόντες νομίσῃ βασκαίνοντά με τῆς δόξης τῷ στρατηγῷ.

κζ) Στρατηγὸς ἁλοὺς παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐπὶ πολὺ βασανιζόμενος εἰπεῖν τὰ τῆς πόλεως ἀπόῤῥητα. εἶτ᾽ ἀναγκασθεὶς, καὶ ἐξειπὼν ἀπολύεται καὶ τῶν βασάνων, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ἐπανελθὼν παρὰ τῶν ἰδίων κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. μελετῶμεν τὸν στρατηγόν. *Quum diutinis tormentis secreta vrbis hostes a duce deprehenso deposcerent vi tandem exculpunt, ideoque ille et seruitute, et tormentis liberatur. Reuersus in patriam a suis publicorum criminum reus fit. Declamet dux.* P. ἔδει θανεῖν παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐπὶ τῶν βασάνων, ἄνδρες, πρὶν ἢ δοῦναι λόγους πλημμελείας παρ᾽ ὑμῖν ἀναγκάζεσθαι.

8 Scripsit praeterea carmina de vita sua, cuius ipse meminit in historiis libro 10. cap. 14.

[P] 9. Eiusdem, *de quatuor mathematicis scientiis.* In biblioth. regis Gallorum. An opus idem e) cum Pselliano edito, vel diuersum?

10. Seruatur praeterea penes me eiusdem opusculum graecum περὶ κατασκευασίας καὶ ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων. *De adparatu, et constructione argumentorum.* P. πᾶν κατασκευάζεται δι᾽ ἕξ. Breue illud quidem, sed succo plenum.

[P] 11. Nec non eiusdem πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι διὰ τοῦτο λέγεται πνεῦμα υἱοῦ διὰ τὸ ὁμοούσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις. *Ad eos, qui dicunt, propterea dici spiritum filii, quod eiusdem cum eo substantiae sit, vel quod ab eo dignis exhibeatur.* Leges illud graece, et latine a me conuersum in meo syntagmate, f) de vtriusque ecclesiae, occidentalis atque orientalis, perpetua consensione.

An

e) Vt diuersum memorat Labbeus p. 117. bibl. nouae MSS. [add. supra, vol. VII. p. 786.]

f) lib. 2. cap. 2. §. 13. pag. 517-522. et in *Allatii* Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 350-395. *Fabr.* v. supra, volum. XI. pag. 597. §. VII. *Harl.*

An recte de fide senserit? Posseuinus erga romanam ecclesiam non bene adfectum fuisse tradit, ideoque circumspecte legendum, idque ex capitibus latinis, ex eius historia adiunctis Gregorae deprehendit. *Petrus Halloix* quaest. 2. de scriptis Dionysii Areopagitae, vere catholicum vocat; falso vtique elogio. Non potuit enim esse catholicus, qui schisma propugnauerit, g) et contra romanam ecclesiam, scripto etiam defenderit, et in eam saepius oblatrarit, vt ex eius historia liquido constat. Pachymerae obitum Manuel Phile in carminibus non ineleganter deplorauit. *Allat.* Versus, quos adtulerat h. l. Allatius, reperiuntur MSSti *Florent.* in bibl. Laurent. codd. XIX. nr. 187. plut. 32. et XXII. nr. 2. plut. 86. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. II. p. 166. et III. 366. formulis autem typographicis eos gr. et lat. describi fecit atque illustrauit *Gottlieb Wernsdorf* in edit. Manuelis Philae carmin. graecor. Lips. 1768. 8. p. 314. sqq. Hinc eos repetere nolui. *Harl.*

[P] XLVIII. GEORGII PHOBENI, Thessalonicae Dicaeophylacis, leguntur paucissima περὶ Ὑποβόλȣ, *de Hypobolo,* siue *donatione propter nuptias.* P. τὸ ὑπόβολον, ὃ καὶ προγαμιαῖα καλεῖται δωρεά, ἰδία τις συμφωνία ἐςὶν, ὥσπερ καρπὸς τῆς προικὸς συμφωνούμενος ἀπαιτεῖσθαι. διὸ καὶ ὑπόβολον λέγεται, ἔχει δὲ τȣ̃το τὸ προνόμιον. In biblioth. regis Gallorum MS. cod. MDCCCLX. et Vaticana cod. DCCCLII. Nec non alius eiusdem tractatulus περὶ Κάσσȣ. *De Casso.* P. ἡ τȣ̃ κάσσȣ σημασία Ῥωμαϊκὴ ἀποτοχίαν δηλοῖ. *Allat.* Conf. infra, vol. XII. p. 483. et 564. vet. ed. — *Christi. Frid. Pohl.* ad Ios. Mariae Suaresii Notit. Basilicorum, Lips. 1804. 8. p. 141. not. *k.* vbi ex inscriptione cod. MMCCXXVII. in bibl. publ. Paris. περὶ ὑποβόλȣ τȣ̃ Δικαιοφύλακος Θεσσαλονίκης Γεωργίȣ τȣ̃ Φορβηνȣ̃ colligit, nomen eius scribendum esse *Phorbenus.* (atque *Ge. Phorbenus* etiam nominatur in *Bachii* hist. iurisprud. rom. ed. V. Stockmanni, libr. IV. cap. 2. §. 11. p. 653.) Idem Pohl. animaduertit, *Io. Gothofr. Sammet* in diss. de Hypobolo §. IV. p. 16. et VIII. p. 29. sqq. coniecisse, illum post Eustathii Antecessoris tempora vixisse. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XVII. nr. 28. plut. 59. nominatur *Georgius Phobenus,* cuius libell. inscribitur: — Γεωργίȣ τȣ̃ Φοβηνȣ̃ εἴς τινα τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἀσαφῶν, ἢ διχῶς νοουμένων, ἢ ἀμφιβαλλομένων· et post titulum, περὶ Ὑποβόλȣ· initium est idem, quod Allatius retulit. Idem opusc. de Hypobolo, et aliud περὶ Κάσσȣ sunt *Venet.* in bibl. Marc. CLXXIV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 102. *Harl.*

XLIX. GEORGIVS PELAGONIVS Gregorii Palamae rabiem circa eadem tempora h) scripto edito compressit, quod in bibliotheca Ambrosiana Mediolani legitur. Τȣ̃ σοφωτάτȣ καὶ λογιωτάτȣ Γεωργίȣ τȣ̃ Πελαγονίȣ κατὰ τȣ̃ Παλαμᾶ. *Sapientissimi, et erudi-*

g) Passim eo nomine in Pachymerem *Allatius* inuehitur, vt de consensu lib. 2. cap. 15. §. 15. p. 781. et lib. 2. cap. 2. §. 11. p. 509. *fauet vtique schismaticis, caussam eorum vbique etiam recte sentientium sermone labefactatam, quamuis nulla occasio sit, nec obscure tuetur.* Idem tamen *sincerus accuratissimusque rerum aeui sui Byzantinarum scriptor* dicitur a Stephano de Altimura siue Michaele le Quien in panoplia contra schisma Graecorum p. 369. Georgii Pachymeris *responsionem ad calumnias Georgii Cyprii* citat *Nic. Comnenus* p. 257. praenot. mystagog. Eiusdem *suggestionem de officio diaconi patriarchalis,* p. 398.

h) Circa a. 1354.

eruditissimi Georgii Pelagonii contra Palamam. P. εἰ πᾶν μέτρον ἄριστον, ὡς καὶ τῶν σοφῶν φασὶ γνῶμαι.

L. De GEORGII TRAPEZVNTII patria, vita, et studiis habe tibi haec ex elogiis Pauli Iouii: Paternam originem a Pontica celebri vrbe traxit; licet in Creta natus i) esset, Trapezuntii sibi nomen, quia ad Trapezuntem Cappadociae vrbem genus paternum referebat, adsciuit, vt Gyraldus k) putat, veritus veteris poetae Epimenidis l) versiculum, [P] quem et aemulatus est alter poeta Callimachus. m) Quum feliciore stylo graeca in latinum verterentur, Romae fere primus Graecorum habitus est. Plura enim ex graecis latina fecit, nec infeliciter. Ingenio fuit acri, viuido, licet in alios iniquiore. Et praeter vnum Aristotelem, quem ipse veluti numen venerabatur, ceteros omnes, sed Platonem praecipue, acri ac maledico dente dilacerauit. Hinc multorum odia, sed Bessarionis potissimum n) calamum in se concitauit, et, quum eorum impetum ipse sustinere non posset, praesidiis illi vndique ad vitam sustentandam a potentioribus hostibus interclusis, misere vitam agere coactus est. Et sane tantarum simultatum turbine oppressus pene occubuisset, ni rex Alfonsus, quod Andreas illius filius in praefatione Ptolemaica ad Sixtum pontificem refert, Neapolim aduocasset, et in annos singulos desponsa pecunia non mediocri, comiter benigneque suscepisset. In exacta senectute repuerascens, et memoria tantarum rerum deperdita, vt de eo quoque refert Raphael Volaterranus lib. 21. qui ante memoriam amissam iam senem puer audiuerat docentem, in vrbe solus detrito in pallio, pileatus, et nodoso scipione iam iam ruituri corporis membra sustinens oberrabat; iuxta Mineruae habitasse ferunt, in qua et mortuus sepelitur: et ne tanti viri nomen vna cum ipso tempore elaberetur, marmorea inscriptione figitur. Sed heu rerum fata, lapis ille omnium oculis dum e Sceuophylaceio ecclesiam ingrediuntur, prostat. Inscriptio attritu pedum obambulantium hominum abrasa, tempore, et eo non ita longo aufugit, adeo vt praeter vnius Trapezuntii nominis vestigia, caeca inscriptio sensim euanescens, auolarit. Extrema senectute doctrinam

i) A. 1396. [aut potius 1395. v. *Zeni* diss. Vossiane mox citand. p. 3. et *Niceron.* l. citando p. 22.]

k) Lilius Gyraldus de poetis sui temporis lib. 2. p. 63. [s. dial. 1. opp. tom. II. p. 553.]

l) Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, quod ex Epimenide repetiit Callimachus hymno in Iouem v. 8. Ob eamdem caussam *Andreas Eudaemon Ioannes* Cretensis dici noluit, sed Cydonius; non, quod Cydonii non sint Cretenses, verum ne probro pateret, quod ei obiicit *Casaubonus* Exerc. 1. ad Baron. c. IV.

m) Cum nomine tamen, (vt verbis vtar *Boerneri* p. 112. libri paullo post citati,) neque ingenium, nec mores deposuit facile, vafer, si quid iudico, subdolus, et cum alterius dedecore decoris adpetens, lacessendis aliis, iisque summis, promtus, nimius sui, parcus aliorum admirator, cuncta, modo summa, expertus vltra vires. *Harl.*

n) Cardinalis Bessarionis, Valla iudice, *Latinorum Graecissimi et Graecorum Latinissimi* in calumniatorem Platonis libri quatuor lucem viderunt Venetiis apud Aldum 1516. fol. vna cum eius correctione librorum Platonis de Legibus a Trapezuntio versarum, et libro de natura et arte aduersus eumdem Trapezuntium et Plethonem pro Theodoro Gaza. In huius libri capite tertio ait Bessarion, odium ab eo tempore conceptum in se fuisse a Trapezuntio, quo Theodorum Gazam in doctrina praeponendum ei censuisset. *Fabr.* Conf. supra, vol. XI. p. 422. sqq. p. 428. not. *hh.* inprimis p. 432. sect. 18. et infra Allatium ad sect. 8. et 20. *Harl.*

nam suam vniuersam obliuioni tradidisse, o) et anno 1486. decessisse Genebrardus in Sixto IV. et Gualterus ad saeculum XV. narrant. p) Iacobus Gordonius [P] in opere chronologico anno 1454. fuisse Romae gymnasio praefectum, docuisse rhetoricam, et morbi grauitate oblitum proprii nominis. q) Rhodiginus lect. antiq. lib. 21. cap. vltimo, ob libros in Platonem compositos, et conuitia in eum iacta, *Camotimonem*, atque *Erynnim* nuncupatum, ea insigniter a Bessarione fuisse proscissum.

n Scri-

o) Quod tamen ab inimicis fictum esse, Niceron aliique suspicantur. *Harl.*

p) [Eum a. 1485. diem obiisse supremum, adfirmant *Petauius* ration. temp. part. I. l. 9. c. 9. p. 397. *Lambec.* in comment. de bibl. Vindob. VII. p. 201 Kollar. not. 2. vbi Lambec. „etiam, plura, inquit, de eodem Georg. Trapez. vt et eius effigiem aeri incisam, vide in Analect. Vindobon. tom. I. pag. 1198 - 1209." et *Hodius* de Graecis illustr. L. Gr. — instauratoribus, (vbi in cap. IV. p. 102 - 135. vitam ac scripta illius persequitur,) p. 108. vbi disertis verbis, „obiit, ait, Romae, non ante Gazam, quod existimauit Iouius, qui idcirco illum ante Gazam collocat, sed an. MCCCCLXXXV. aetatis XC. et sepultus iacet in templo, quod olim Mineruae erat, iuxta quod habitabat, honesta domo sibi et posteris exstructa ad Diui Mauri minores obeliscos." *Mittarellius* in bibl. codd. MSS. monasterii S. Michael. Venet. p. 1143. Trapezuntium, scribit, obiisse anno 88. suae aetatis; saeculi autem a. 1488. *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 411. sqq. ad a. 1430. (vbi multos, de Georgio nostro disserentes, excitat,) scribit, eum natum esse a. 1396. et mortuum a. 1486. at circa a. 1430. in Italiam venisse. Contra ea Zenus in Diss. Voss. p. 3. contendit, Trapezuntium natum esse 1395. d. IV. April. et p. 6. eum mortuum esse docet ante an. 1486. etiam ante a. 1485. quoniam eius filius Andreas versionem Almagesti Ptolemaei, a patre factam, quod ab illo ipso, morte praeuento, fieri non potuerat, Sixto IV. d. autem XII. Aug. 1484. vita defuncto dedicasset, idemque Zenus laudat in eam rem Dan. Papebrochium in Act. SS. tom. VI. Maii, p. 536. ed. Ven. Hinc in *Fabr.* bibl. med. et inf. latin. III. pag. 56. ed. Mansi obitus Georgii Trapez. collocatur in a. 1484. ante 12. Augusti. *Harl.* — Praeter hos de Trapezuntio consulendus *Fernandus Alfonsus Herrera* in eius vita praemissa quinque libris rhetoricorum Trapezuntii, editis Compluti a. 1511. fol. Io. Iacobus Boissardus de imaginibus parte I. p. 133. *Petrus Lambecius* lib. VI. de bibl. Vindob. p. 278. *Antonius Varillasius* libro quarto anecdoton Florentinorum, gallice editorum lib. IV. pag. 175. *Christianus Fridericus Boernerus* in diss. secunda de exulibus Graeciae iisdemque literarum in Italia instauratoribus. Lips. 1705. Prae caeteris vero adire iuuabit eruditos auctores Diarii Veneti, *Giornale de' letterati d'Italia* tom. XVI. p. 414-446. qui de Trapezuntio et eius scriptis accurate disserunt. *Fabr.* Auctor in *Giornale* etc. a Fabricio laudatus, fuit *Apostol. Zenus*, qui ea, quae illi diario litt. passim inseruerat, postea collegit in opere doct. *Dissertazione Vossiane* etc. Venet. tom. I. 1752. — tom. II. 1753. 4. in hoc tomo p. 2-27. (ad quam diss. iam aliquoties prouocaui,) vberrime disputat de Georgio Trapez. eiusque scriptis, et plura notat suppletque, quae *Ger. Io. Vossius* de historicis lat. libr. III. cap. 7. p. 597. sq. ed. Lugd. Bat. 1651. 4. scripserat. — *Boerner.* cuius disp. laudat Fabr. commentat. de doctis illis exsulibus postea auxit, emendauit et iunctim exhibuit in erudito libro, inscripto: *Chr. Fr. Boerneri* de doctis hominibus graecis, litterarum graecarum instauratoribus liber, Lips. 1750. 8. vbi p. 105. sqq. copiose exposuit vitam scriptaque Georgii Trapez. Illi igitur viri doctiss., *Niceron.* in Memor. erudit. viror. tom. XI. pag. 22. sqq. ex versione german. Baumgarten. *Fabric.* in bibl. med. et inf. latin. l. c. aliique, quos partim iam antea, partim supra ad vol. XI. pag. 397. not. *e.* laudaui, otium mihi fecerunt. *Harl.*

q) Idem accidisse ferunt Philippo Decio ac Theodoro Bezae, atque veteri memoria Orbilio Grammatico, Messalae oratori, Hermogeni sophistae, ne alios iam referam a Carolo Friderico Pezoldo memoratos in diss. de obliuione memorabili Lips. 1703.

1. Scripsit pleraque vtraque lingua partim de suo, partim ex vna in aliam linguam transferens, quorum potissimam partem, vt etiam in aliis fecimus, enumerabimus. Transtulit itaque e graecis in latinum sermonem, *Cyrilli commentarios in Euangelium Ioannis.* r)

2. Item, *Cyrilli Thesaurum, siue de Trinitate libros* 14. saepius cum Cyrilli operibus impressos, et separatim Parisiis 1514. in fol. s) Cyrilli Thesaurus denuo a Bonauentura Vulcanio partim de integro versus, partim castigatus, et ordini quo a Cyrillo conscriptus fuerat, restitutus. Nam in prioribus editionibus ordo omnis a Trapezuntio immutatus erat, multa de suo adiuncta, neque pauca perperam versa erant, vt in praefatione et Annotationibus Vulcanius probare conatur. Opus hoc *Thesaurus* nuncupatum in plerisque codicibus manuscriptis Athanasio Alexandrino tribuitur, sub cuius nomine in latinum interpretatio Ioannis Baptistae Chamotii, nondum edita, quod sciam, est penes me.

3. Plures *homilias Chrysostomi in Matthaeum,* t) inter opera Chrysostomi.

4. *Gregorii Nysseni de vita Moysis, siue vita perfecta* librum, u) cum operibus Nysseni Basileae 1562. et separatim Viennae 1527. et alibi saepius.

5. *Basilii magni libros* v) *contra Eunomium* editos cum operibus [P] Basilii Antverpiae in fol. apud Philippum Nutium 1570. Horum liber tertius habetur tom. 2. Conciliorum editorum Coloniae 1538. in fol. w)

6. *Euse-*

r) Prodiit Paris. 1520. fol. Vide, quae notaui volum. IX. p. 459. sqq. de edit. opp. Cyrilli Paris. gr. lat. 1638. fol. *Fabr.* *Io. Fabric.* in historia biblioth. Fabric. part. I. p. 137. sqq. edit. Cyrilli Alexandrini opp. latine, V. tomis digestorum, Basil. 1566. (de qua aliisque editt. v. etiam supra, vol. IX. p. 454. sqq.) paullo vberius recensendo, obseruat, in tomo I. contineri 1) commentarior. in euangel. S. Ioann. libr. XII. Georg. Trapez. interprete, et p. 140. sq. quaedam de hoc Georgio tradit. Eum vero in conuertendis Graecorum libris mala fide et ratione parum felici versatum esse, multi VV. DD. iudicarunt. v. *Th. Pope Blount* in censura celebrior. auctorum p. 460. sqq. et *Adr. Baillet* dans les iugemens des savans sur les principaux ouvrages des auteurs, tom. II. p. 381. sq. add. p. 122. sq. Amstel. 1725. 4. *Harl.*

s) Vide ibid. p. 461. sq.

t) De his dictum vol. VIII. p. 552. sq. *Fabr.* *Hodius* l. c. p. 110. sq. primum obseruat, epistolam nuncupatoriam ad Nicolaum V. quam Georg. Trapez. praefixit homiliis Chrysostomi in Matthaeum, nondum editam seruari in vol. MSS. Caroli Theyer in comitatu Glocestrensi: (n. cod. CLXX. s. nr. 6540. in cat. MSS. Angliae etc. vol. II.) tum ex cod. collegii Lincolniensis (n. cod. XXVI. s. nr. 1346. in cat. cit. vol. I. part. 2.) eiusdem Georgii epistolam ad Franciscum Barbarum a. 1470. scriptam et eidem versioni subtextam, formulis typographicis describendam curavit. Add. *Zeni* Diss. Voss. l. c. p. 9. nr. 5. et infra ad nr. 26.

u) Volum. IX. p. 193. sq. *Fabr.* vbi in not. *q.* iam animaduerti, editum esse Viennae, 1517. non, a. 1527. et alia adnotaui. De edit. opp. Gregorii Nysseni lat. Basil. 1517. fol. in cuius catalogo scriptorum *Georgius Trapez.* falso vocatur *Gregorius*, v. *Io. Fabric.* histor. bibl. Fabr. part. I, p. 111. sq. Add. ad nr. 11. *Harl.*

v) libros quinque, de quibus et de Trapezuntii versione vide vol. IX. p. 22. sq. [vbi in not. *pp.* libros quoque et scriptos et editos memoraui. *Harl.*]

w) pag. DCCCX. b.

6. *Eusebii de praeparatione euangelica libros 14.* Versionem consecrauit Nicolao V. Edita est saepius cum Eusebio. Ea tamen interpretatio non multi fit a viris doctis, imo a plerisque nec immerito vituperatur. x) Ex Eusebii namque textu multa Trapezuntius detrahit, adeo vt saepe integra capita omittat, et quod nec ipse Trapezuntius excusabit, totum vltimum librum. Quid quod etiam saepe numero ordinem confundit, et vt plurimum perperam vertit, adeo vt, quemadmodum ille dicebat, *Eusebius iam si rediret, illius traductionem ex scriptis suis factam esse, aut vix tandem, aut omnino non agnosceret.* Et Lilius Gyraldus de historia Poetarum Dial. 9. *Trapezuntius non Eusebium latine vertit, sed particulas hinc inde decerpsit.* Et Dialogo I. de Poetis sui temporis, *Eusebium licet ad graeci exemplaris fidem non totum expresserit, vt ex graeco codice facile videre potestis, carminibus recte valuit.* Et hanc inter alias caussam fuisse scribit *Petrus Hallоix* Not. ad cap. 8. Vitae S. Polycarpi non minimam, ob quam Franciscus Vigerus aliam adgressus fuerit interpretationem, et magno confectam iudicio in lucem nuper y) emiserit. Sententia de ea versione, Vigeri fuit: *Extitit ante hos centum annos Trapezuntius homo, et natione Graecus, et latinis insuper literis non mediocriter informatus: qui si horum ad librorum interpretationem quantum eruditionis ac solertiae afferebat, tantum a curis grauioribus temporis et otii conferre potuisset; nobis vtique legendi voluptatem, non alterius operae necessitatem reliquisset. At dum, quod ipsemet vel excipit, vel excusat, quum eorum, a quibus vrgebatur, desiderio,* z) *vertendi celeritatem aequare gestiret, Eusebium* [¶] *Eusebio suffuratus est; itaque suo ex sensu, vultum ei speciemque finxit, vt ab eo Trapezuntium verius, quam Eusebium haberemus. Ita capitum ordinem numerumque mutat, ita sententias, periodos, paginas nonnumquam integras modo interpolat, modo, quod longe grauius est, expungit, ac resecat. Librum certe decimum quintum ne adtigit quidem. Id quod viris etiam doctissimis fraudi fuit, qui quum Eusebii graeca non legissent, postremum hunc librum periisse crediderunt. Ostenderat Grynaeus quidam homo, vt aiunt, haereticus, velle se tam inueterato morbo medicinae aliquid facere: sed ostendit re ipsa tantum, quippe qui labes, hiatusque nonnullos partim dumtaxat ac saepe nouis erroribus impleuerit.*

7. De versione *historiae sanctorum Barlaam, et Iosaphat,* quae Georgio Trapezuntio tribuitur, editaque est post opera Ioannis Damasceni, Basileae anno 1548. fol. ex officina

x) Praeter ea, quae notare de Eusebio Trapezuntio me memini vol. VII. p. 344. sq. [*bi plures laudaui edd. *Harl.*] addes *Huetium* de claris interpretibus pag. 292. et *Gesneri* bibliothecam p. 232. vbi et ipse Eusebii praeparationem graece se editurum promisit: (non latinam nouam eius versionem, vt leges in Diario Veneto tom. XVI. p. 423.) Trapezuntii versio primum vidit lucem Venetiis apud Nic. Ienson, 1470. fol. et recusa ibid. 1472. fol. per Leonhardum Aurel. et 1497. et Paris. 1534. etc. [add. *Zeni* Diss. Voss. l. c. p. 6. sqq. *Harl.*]

y) Paris. 1628. fol.

z) Trapezuntius in epistola ad Nicolaum V. profitetur se non absque illius iussu quaedam omisisse, quae nempe haeresim olerent. *Quare sentibus,* inquit, *tuo iussu amputatis, rosas solummodo latinis hominibus hac traductione obtulimus.* Sed qui graeca cum eius versione contulerit, videbit cum zizaniis saepius etiam bonum semen ab hoc interprete reiectum fuisse. Lud. Elliesium du Pin fefellit memoria, quando libros Eusebii de Demonstratione Euangelica a Trapezuntio latine versos scripsit.

officina Henrici Petri, haec Billius: *de Trapezuntii versione nihil aliud dicam, nisi eam mihi quidem antea semper valde rudem, et impolitam visam fuisse. Post autem vbi per Ioannem a S. Andrea virum, vt optimum et doctissimum, ita etiam optimorum et doctissimorum librorum copia instructissimum, exemplaris graeci copia facta est, innumeris etiam locis vitiosam: quod quidem lubentius certe nimiae festinationi, quam graeci sermonis ignorationi tribuendum putarem, nisi nimis multa loca essent, in quibus vix festinationis excusatione, inscitiae notam interpres deprecari queat. Quae res suspicionem mihi nonnullam iniiceret Trapezuntium fortasse versionis huiusce parentem non esse, nisi in quibusdam etiam aliis eum graeca persaepe non satis assequutum esse comperissem. Vtcumque res se habeat, nouam traductionem habes, si nihil aliud, praecedenti profecto, nisi fallor, paulo clariorem, et illustriorem.* Sed eam Trapezuntii non esse apertissime ostendit Heribertus Rosveidus de vitis patrum lib. I. in Notis. *Extat et alia antiqua versio, quam volunt esse procuratam a Georgio Trapezuntio, cuius nomine editur in editione Damasceni anno* CIƆIƆXLVIII. *Basileae ex officina Henrici Petri. Mihi videtur vetus translatio, multo antiquior Trapezuntio. Nam inuenitur ea in manuscriptis membranaceis, et iam ante annos* CCC. *ea translatione vsus est Vincentius in Speculo Historiali supra citato.* [aa]) *Trapezuntius vero patrum memoria vixit nondum* CL. *annis elapsis.*

[P] 8. *Rhetoricorum Aristotelis libros.* [bb]) Habentur cum caeteris Aristotelis operibus impressis Basileae 1538. Venetiis 1560. et alibi.

9. *Almagesti Ptolemaei libros XIII.* [cc]) Opus postumum Basileae apud Henricum Petri in folio. Et haec quidem edita sunt. Quae subduntur ex Nota manuscripta inedita, quod ipse sciam, in latebris abduntur.

10. Inter-

aa) lib. XV. cap. 64. Etiam Petrus de Natalibus lib. X. c. 114. et Iacobus de Viragine historiae Lombardicae c. 175. Confer, quae notaui vol. IX. p. 737. sq. Diarium Venetum tom. XVI. p. 432. *Fabr.* f. *Zenum*, in Diss. Voss. l. c. p. 10. Plura in hanc sententiam adnotata sunt a Fabric. et a me supra, in vol. VIII. p. 144. sq. et ad vol. XI. p. 473. Add. *Boccat.* genealog. deorum IX. 9. et X. 9. atque *Io. Fabric.* in histor. bibl. Fabric. part. I. p. 151. *Harl.*

bb) Vide volum. III. huius bibl. p. 222. inprimis p. 305. *Fabr.* Conf. *Zeni* Diss. Voss. l. c. p. 10. qui plures enumerat edd. *Saxii* histor. litterar. typograph. Mediolan. praef. p. 10. et histor. fol. CLVII. — De edit. Basil. ap. Valentin. Curion. 1522. 4. v. *Panzer.* A. Typogr. vol. VI. p. 235. nr. 458. — De edit. *Aristotelis rhetoricorum ad Theodecten* libr. III. *Georgio Trapez.* interprete, cum eiusdem Trapez. rhetoricorum libris V. Venet. in aedibus Aldi, 1523. fol. bibl. Pinellii, tom. III. p. 31. sq. et infra ad nr. 14. not. *i.* — *Taurini* in bibl. reg. in cod. lat. CDIV. sunt plures *Trapezuntii* epistolae: n. *Indiculus in librum Platonis de republica; praefationes ad oratt. Demosthenis;* itidemque *ad Platonem de republica* et *ad libros rhetoricorum Aristotelis;* tum *introductio ad libros magnae Ptolemaei compositionis,* atque *in eosdem commentaria.* v. cat. codd. in Taurin. p. 98. vbi inter alia notatur, cod. manu ipsius Trapezunt. esse exaratum, sed omnia scatere lituris. *Harl.*

cc) Trapezuntii versio Almagesti primum prodiit Venetiis a. 1515. fol. edente Petro Lichtenstein, Coloniensi: deinde a. 1528. fol. ex Lucae Antonii Iuntae officina per Lucam Gauricum Neapolitanum. Hinc Basileae 1541. fol. cura Hieronymi Gemusaei vna cum aliis Ptolemaei scriptis ex aliorum versione, et a. 1551. fol. recensente Tubingensium mathematico Oswaldo Schreckenfusio. Perotti sinistrum de Trapezuntii labore iudi-

10. Interpretatio *Aristotelis de Anima.* dd) *Physicorum. De generatione, et corruptione. De animalibus. Problematum,* [et rhetoricorum.]

11. Gregorii Nysseni, *de perfecto homine,* nisi eadem sit cum illa, ee) *de vita Moysis, siue vita perfecta.* [v. supra, nr. 4.] *Basilii,* (puto, legendum Gregorii,) *de laudibus Basilii magni.*

12. Et iussu Nicolai V. Platonis libros *de legibus.* Hanc Trapezuntii interpretationem ff) Bessario cardinalis aduersus calumniatorem Platonis libro V. p. 88. sqq. edit. Aldin. examinauit, et errores, vti potuit, detexit.

iudicium *Allatius* dabit infra p. 378. *Fabr.* Conf. supra, vol. V. p. 282. sq. vbi *Fabric.* ed. Venet. prodiisse scripserat 1525. sed hoc loco rectius a. 1528. notauit. Atque censor vol. V. in Ien. A. L. Z. a. 1806. nr. 229. p. 602. obseruarat, in suo exemplari legi: *anno Christi 1528. labente.* Add. *Hodium* l. c. p. 113. sqq. *Boerner.* l. c. p. 109. et p. 115. et *Zeni* Diss. Vossian. tom. II. p. 12. sq. De edit. antiqua v. *Mittarelli* in adpendice librorum saeculi XV. ad bibliothecam S. Michaelian. Venet. MSS. codd. col. 391. sq. et 458. *Harl.*

dd) Hae versiones librorum *Aristotelis,* quas Trapezuntius composuit, et Allatius memorat, adhuc, quod sciam, sunt ineditae. Politiano, qui versionem Trapezuntinam librorum de animalibus praefert interpretationi Theodori Gazae et hunc, licet dissimulet, illius passim legere vestigia adfirmat cap. 90. Misc. indignatus Ianus Parrhasius quaesitis per Epistolas, Epistola LX. *Fabr.* De libris Aristotelis, a Georgio Trapez. latine versis, eorumque editt. et codd. quibusdam v. *Zenum* l. c. pag. 10. sq. et de orta eius cum Gaza controuersia *Boerner.* l. c. pag. 116. qui in nota ** iam laudauit *Ios. Antonii Saxii* historiam litterario typographic. Mediolanensem pag. 156. sqq. Add. supra in vol. III. passim in capite de Aristotele. Codd. a Zeno memoratis adde cod. XV. scholae ap. Couentriam, s. nr. 1460. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. *Georg. Trapez.* librorum Aristot. *de anima translatio.* — *Leidae* in bibl. publica est *Georgius Trapezuntius* in peruersionem problematum Aristotelis a quodam *Theodoro Cage,* [quo nomine per contemtum Gazam adpellare solet,] editam, et problematicae Aristotelis philosophiae protectio ad diuum Alfonsum, regem Arragonum et vtriusque Siciliae. v. cat. bibl. Leidensis p. 331. nr. 151. *Harl.*

ee) Eadem vtique videtur. *Fabr.* Vid. ad nr. 4. Zenus l. c. p. 8. nr. 4. citat: *Gregorii Nysseni* de vita Mosis, siue de vita perfecta lib., Trapez. interprete, et memorat editt. ac p. 9. nr. 7. versionem *Gregorii Nysseni* orat. *de laudibus Basilii M. fratris;* nr. 8. *Gregorii Nazianzeni* orat. de laudibus S. Basilii M. eiusdemque orat. *de laudibus S. Athanasii, episcopi Alexandrini,* hasque duas posteriores versiones, auctoritate Nicolai V. pontif. rom. factas, exstare ait in cod. Vaticano MMMMCCXXXXIX. *Harl.*

ff) Haec quoque versio *Platonis librorum de Legibus* nec dum, quod sciam, est edita, etsi eam iam a. 1452. legit Hermolaus Barbarus, vt constat ex eius Epistola ad Trapezuntium, qua illam interpretationem valde celebrat. Trapezuntius illam iussu Nicolai V. susceptam dedicauit serenissimae reipubl. Venetae. Vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 415. et 429. et tom. XVII. p. 275. [s. in *Zeni* Diss. Voss. II. p. 11. sqq. *Harl.*] Versionibus hisce Trapezuntii ab Allatio memoratis, adiungenda *interpretatio Centiloquii* siue *aphorismorum* astrologicorum *Claudii Ptolemaei,* dicata Alphonso regi Neapolitano et cum commentariis Trapezuntii edita Venet. 1524. 4. Colon. 1544. 8. Basil. 1550. etc. *Fabr.* conf. *Zeni* Diss. Voss. l. c. p. 14. sq. qui p. 15. addit versionem *Demosthenis orat. contra Ctesiphontem, ad Alphonsum regem,* in cod. Iac. Soranzi, senatoris. De *Grammatica graeca* v. supra ad vol. VI. p. 343. *Harl.*

[P] 13. Scripsit vero de suo latine, *de octo partibus orationis compendium.* gg) Augustae in 8vo. 1537. *Allat.* Conf. paullo ante ad nr. 8. not. e. de quibusdam Trapezuntii opusculis lat. *Harl.*

14. *Rhetoricorum libros V.* hh) Basileae 1522. in 4to et Parisiis 1538. in 8vo. De illis typographus: *in emendatione huius operis, et graecis praecipue restituendis non parum nos adiuuerunt Hermogenis rhetorica graeca: et quibus quantum ad status inuentionis praecepta, et formas eloquutionis adtinet, bonam partem in suos libros Trapezuntius transtulit, vbi interim quaedam sunt, sic latine reddita, vt propter vocabulorum nouitatem vix intelligas, nisi prius graeca legeris. Proinde graeca nonnumquam in marginem adscripsimus.* Fernandus *Alfonsus Herrera* edidit in eosdem rhetoricorum libros Scholia ex Hermogenis Tarsensis methodo, Compluti anno 1511. cum eiusdem Trapezuntii vita, in folio: vt adnotatur in Bibliotheca Hispanica pag. 570.

15. *Commentaria in plerasque Ciceronis orationes*, et praecipue *Philippicas* ii) Parisiis apud Ascensium, et Basileae cum aliis in Ciceronem Commentariis apud Robertum Winter, et apud Oporinum 1553.

16. *Dia-*

gg) Videndum, diuersane sit *Prisciani epitome*, quam Trapezuntio scriptam memorat *Labbeus* p. 45. bibl. nouae MSS. *Fabr.* Prisciani esse epitomen, adfirmant quoque *Zenus* in Diss. Voss. II. p. 17. nr. 34. ac *Boerner.* l. c. p. 117. sq. et vterque laudat *Saxii* hist. typograph. Mediol. p. 118. et 115. „qui, vt ait Boerner., *compendium Prisciani de partibus orationis, a Georgio Trapez.* elaboratum, (s. *Georgii Trapezuntii de partt. orat. ex Prisciano compendium,*) Mediolani a. 1472. 4. iterumque 1474. editum esse testatur, et ex auctoris ad *Colam Montanum* epistola, Romae 1471. scripta operique subiuncta, laborem hunc ab ipso, filii Andreae caussa, susceptum, inde vero, ob ingrauescentis aetatis molestias animique angustias intermissum, Molani demum in gratiam absolutum esse," conf. *Panzer.* Ann. typ. II p. 13. nr. 10. et p. 19. nr. 38. *Trapezuntii* compendium Grammaticae, bis *Romae* in bibl. Vatic. codd. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 56. B. *Harl.*

hh) Editionibus rhetoricorum Trapezuntii nominatis ab Allatio adde primam Venetam 1478. fol. Basileenses 1520. 4. et 1538. Parisiensem apud Christianum Wechelum 1532. 8. Lugdunensem Seb. Gryphii 1547. 8. et Venetam 1560. 4. *Fabr.* Add. *Georgii Trapez. rhetorica,* Venet. ap. Vindel. Spir. (1470.) fol. et Mediolani ap. Pachel. 1483. fol. (cui posteriori edit. addita sunt eiusdem *de artificio Ciceronianae orationis pro Q. Ligario* et aliorum opuscula,) v. *Maittaire* A. T. tom. I. p. 520. tom. IV. part. 1. p. 297. et *Panzeri* A. tom. III. p. 68. nr. 18. tom. IV. p. 428. nr. 18. atque tom. II. p. 71. nr. 416. — eadem Basil. apud Curionem, 1522. 4. v. *Maittaire* l. c. tom. II. part. 2. p. 630. — Eadem cum aliis veteribus rhetoricae auctoribus, latine, edente *Iac. Taurello* Fanensi, cuius epistola initio praefigitur. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, 1523. fol. v. *Maittaire* l. c. tom. V. p. 434. et *Ant. Aug. Renouard* Annales de l'imprimerie des Aldes, tom. I. Paris. 1803. 8. p. 167. sq. atque biblioth. Maphaei Pinellii etc. tom. III. p. 31. sq. — Conf. *Zeni* Diss. Voss. II. p. 17. sqq. nr. 35. qui ibid. etiam iam memorat *Georgii Trapez. de suauitate dicendi* ad Hieronymum Bragadenum. init.: *Scripsi ad te breuioribus antea verbis,* in cod. *Venet.* bibl. Marc. D. v. catal. codd. latin. Marc. p. 204. *Harl.*

ii) Commentaria Trapezuntii in XIII. Philippicas, et in orationem pro Q. Ligario, exstant etiam aliorum commentariis in Ciceronis orationes adiuncta in collectione, quae prodiit Lugd. 1554. fol. Paris. 1561. etc. *Fabr.* *De artificio orat.*

16. *Dialecticam* breuem quidem, sed absolutam, Coloniae apud Gymnicum 1530. quae postea ab erroribus repurgata, et Scholiis Ioannis Nouiomagi, kk) et Bartolomaei Latomi illustrata, edita est ibidem ap. Franc. Gryphium 1544. in 8vo. et mox Argentorati 1519. in 4to.

17. *In Claudii Ptolemaei centum sententias Commentarium.* [v. *Zenum* l. c. p. 14. sq.]

18. *De Antisciis, in quorum rationem fata sua reiicit.* ll)

19. *Cur astrologorum iudicia plerumque falluntur.* Omnia simul Coloniae 1544. cum Ioannis Pontani dialogo, *quatenus credendum sit astrologis*, in 8vo. Posteriores duo cum Omar *de Natiuitatibus*, Venet. anno 1525. in [?] 8vo. mm) Ex hoc labore iniquiorum inuidia Trapezuntium consequuta est. Virum enim litteris etiam datis insectati sunt, vt ex eius epistola, quisquis ille fuerit, nam nec de nomine quidem illum compellare voluit, adhuc inedita nn) conspicere possumus. *Ἀνώνυμος Γεωργίῳ τῷ Τραπεζουντίῳ. ἀνέγνων τοὺς συντεθέντας σοι εἰς Πτολεμαῖον, καὶ τὸ ἐκείνου βιβλίον καρποὶ εὐλόγως ὀνομαζόμενον ὑπομνηματισμοὺς. καὶ ἐθαύμασά σου οὐχ ὅπως τὴν τόλμην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀμαθίαν· τί γάρ σοι μαθημάτων, καὶ σοφίας μέτεστιν, ἢ πότε σὺ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθῶς διήκουσας, ἢ προσεζεῦρες αὐτὸς, ὥστε σε εἰκότως θαῤῥεῖν, δεῖν ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων; τέρας τῷ ὄντι ἡγοῦμαι, ὅτι σοι μηδὲν εἰδότι τὸ συνειδὸς ὑποβάλλει πάντα ἐπίστασθαι. πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ᾤμην τοιαῦτα τὸν τῦφον τε, καὶ τὴν ὄνησιν ἀλαζονεύεσθαι δύνασθαι. τὸ γὰρ σκευά-*

orat. Cic. pro Q. Ligario v. ad not. antec. et *Zenus* l. c. p. 24. memorat quoque edit. cum Q. Asconii Pediani aliorumque commentariis ad Cic. oratt. vetustam sine notis anni, loci et typothetae in fol. et aliam, cum Asconio, Florent. per Philipp. Iuntam, 1519. 8. — *Venet.* in bibl. Michaelis prope Murianum custoditur *Trapez.* de artificio orat. Cic. pro Ligario, cum Asconio Pediano, Lusco et Siccone (Xichone aut Xicone) Posentono, curante *Hieronymo Squarzafico*, a. 1477. fol. v. Adpend. ad eamdem bibl. codd. MSSt. col. 457. sq. inprimis *Panzeri* A. tom. III. p. 125. sq. nr. 281. ex quo discimus, Venet. per Iohann. de Colonia et Io. Manthem de Gerretzem id opus esse typis expressum. — item s. l. et anno circa a. 1490. fol. v. *Panzeri* A. tom. IV. p. 89. nr. 123. — Commentarius in Philippicas Ciceronis editus est sine l. et a. fol. (Venetiis, per Nicol. Ienson,) et Venetiis, sine anno, in 4. v. *Panzeri* A. T. tom. III. p. 486. nr. 2726. et p. 499. nr. 2827. *Harl.*

kk) Cum Nouiomagi scholiis prodierat Paris. 1537. *Fabr.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. cod. CCCXI. v. cat. codd. Marc. latin. pag. 135. — Edit. Argentor. ap. Schurer. 1513. 4. — Paris. ap. Sim. Colin. 1528. 1532. 1534. et 1544. 8. — cum scholiis *Io. Neomagi.* Paris. 1535. 8. ap. Franc. Gryphium. v. *Maittaire* A. T. tom. II. p. 247. tom. III. p. 769. p. 807. tom. III. p. 364. et tom. II. p. 828. et in ind. p. 435. — Basil. ap. Valentin. Curion. 1522. 8. v. *Panzer.* A. T. vol. VI. p. 235. nr. 457. — *Ge. Trapez. compendium dialecticae ex Aristotele*, sine vlla nota, saec. XV. 4. de qua rarissima ed. v. cl. Morell. in bibl. Pinellii, tom. I. p. 268. sq. nr. 1556, et *Panzer.* A. T. vol. IV. p. 203. nr. 1255. — *Zenus* in Diss. Voss. II. p. 24. nr. 42. memorat praeterea ed. *Horat. Toscanell.* Venet. ap. Io. Barilett. 1567. 4. *Harl.*

ll) *Romae* in codd. Vatican. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 38. C. 88. D. *Harl.*

mm) *Zenus* l. c. p. 26. nr. 59. exstare etiam, scribit, illud opuscul. in *Geruas. Marstallcri* artis diuinatricis, quam astrologiam seu iudiciariam vocant. Paris. exc. Christi. Wechel, 1549. 4. cap. 148. *Harl.*

nn) MS. *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 17. et *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCLXXIX. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 181. nr. 27. *Harl.*

σκευάζεσθαι ῥήμασι καθ' Ἡρακλῆν, τὰς μηδὲ κατὰ Θερσίτην ἀγωνίζεσθαι δυναμένας, πολλὰς ὁρῶ μὲν καθ' ἡμέραν, γράφειν δὲ τὰ περὶ ὧν ἧττον αἰσθάνεταί τις, ἢ λύρας ὄνος, οὐδένα. οὐδένα ἓν τὸ δοκεῖν μὴ ὄντα κωλύει γράφειν, ἵνα μή τις ἐν οἷς ἐπιδείκνυται ἑαυτὸν ἐν τούτοις ἐκπίπτων συρίττηται. ἐξέσαι γὰρ ὁσημέραι, καὶ τοῖς μετέπειτα δοκιμάζειν τὰ μηδενὸς ἄξια. ὅτι δέ σοι τὸ βιβλίον καὶ ἀμαθίας ἐστὶ μεστὸν, καὶ ἀμβλύν σε εἶναι κηρύττει, πᾶσιν ἔσαι δῆλον ταχὺ, εἰ μή τις αὐτὸ κατακαύσειε. Διὰ ταῦτα ἐμοὶ χρησάμενος συμβούλῳ σὺ πρῶτος αὐτὸς τῷ Ἡφαίστῳ παρακατάθου. ἐνδοξότερον γάρ σοι τὸ σιγᾶσθαί σου τὴν σοφίαν, ἢ τὸ κηρύττεσθαι τὴν ἀμαθίαν. *Incertus Georgio Trapezuntio. Tua in Ptolemaeum, et eius librum, fructum non absque ratione nuncupatum, commentaria perlegi: et non audaciam tantum, sed inscitiam quoque admiratus sum. Quid enim tibi, aut disciplinarum, aut sapientiae inest, vel quando tu ex illis recte aliquid audisti, vel ipse adinuenisti, vt iure tantum audeas, manumque illis admoueas? Monstrum sane existimo, quum tamen ipse nihil scias, opinione, omnium scientiam tibi arrogare. Et prius quidem haud opinabar superbiam, atque existimationem similia diuendere, iactareque posse. Et plane multos verbis instrui, atque Herculem, qui nec in certamen, quemadmodum Thersites, descendere possunt, quotidie conspicimus, at ea, quae aeque atque asini lyram persentiscit, scribere nullum. Nullus enim ea, quae non sunt scribere impeditur, ne in quibus semetipsum ostentat quis, ad ea non collimans exsibiletur. Licebit namque quotidie et his, qui futuri sunt, res nullius dignationis experiri. Porro librum, inscitiae plenum, te quoque obtusum esse indicare non multo post omnibus innotescet, ni quis illum prius comburet. Propterea meo consilio vtens tu primus illum Vulcano committe. Gloriosius quippe tibi accidet, si sapientia tua taceatur, quam si ignauia, inscitiaque depraedicetur.* Ad haec Trapezuntius pulcre, acriterque [P] rescripsit: Γεώργιος τῷ ἀνωνύμῳ. ἀνέγνων σου τὴν φθόνου πλήθουσαν ἐπιστολὴν, καὶ ἐλέησά σε τοῦ πάθους. ἀμαθεῖς γὰρ καὶ τολμητὰς ἡμᾶς ἀποφαίνῃ, ὅτι τὰ Πτολεμαίου συνεπτυγμένως εἰρημένα κατὰ σπουδῆς καὶ γυμνασίας, προσθήσω δὲ καὶ τῆς πολλῶν ὠφελείας χάριν ἀνεπτύξαμεν. Εἰ δ' οὐδενὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ποτὲ διηκούσαμεν, οὔτε προσεξεύρομεν αὐτοὶ, ἀλλ' ἀρκεῖ νυν πολλοὺς ἡμῶν καὶ σοφοὺς ἀκούειν, καὶ τὰ γεγραμμένα ἡμῖν διέρχεσθαι, καὶ τόσα ἡμῖν προσεξευρῆσθαι, ὅσα ἐν τῷ βιβλίῳ γεγράφαται, πρὸς ἃ σύ μοι δοκεῖς, ὡς ὄνος ἔχειν πρὸς λύραν. πῶς γάρ; ὅς γε τῷ Ἡφαίστῳ συνιστῶν συμβουλεύεις, ἃ πολλοὶ πολλῷ σου σοφώτεροι θαυμάζουσί τε, καὶ ἐκθειάζουσιν. ἀλλὰ καὶ συρίττεσθαι ἡμᾶς τῷ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας φαντάζῃ, καὶ ἀμβλεῖς ὑβρίζων ἀποκαλεῖς. ἅπερ εἰ ἀληθῆ ἐνόμιζες, οὐκ ἂν ἔγραψας, ἐθεράπευε γὰρ ἄν σου τὸν φθόνον ἡ νομιζομένη περὶ τούτων ἀλήθεια. νῦν δὲ ἀποπνιγόμενος τῷ πάθει, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν, τῶν ὑπὲρ τῶν συγγραφέντων ἡμῖν ᾀδόμενα φέρειν, ὄνου δίκην λακτίζεις, καὶ ἀπορρήγνυσαι. ἀλλ' εἰ θελήσειας συμβούλοις ἡμῖν χρήσασθαι, τῷ φθόνῳ πολλὰ χαίρειν εἰπὼν, καὶ τὸ κακῶς λέγειν ἀφεὶς, εὖ πράξεις. καὶ ἔσῃ ἐνδοξότερος διὰ τὸ σιγᾶν, ἢ σοφώτερος διὰ τὸ ληρεῖν, καὶ τὴν λύσσαν, ἣ πρὸς πάντας ὡσεὶ μαινόμενος φέρῃ. *Georgius incerto. Litteras tuas inuidentiae plenas percurri, et conditionem tuam miseratus sum: ignauos quippe nos et audaces iudicas, quod perplexa Ptolemaei dicta studio, exercitatione, multorumque commodo, quid enim vetat hoc addere? exposuimus. Quod si in similibus vel praeceptorem non habuimus, neque nos inuenimus ipsi, satis tamen id erit, multos, eosque sapientes, audire nos, et scripta nostra percurrere, eaque a nobis adinuenta fuisse, quae in libro tradidimus. Ad ea tu aeque atque asinus ad lyram te habes. Quidni?*

Quidni? quum ea Vulcano committere consulas, quae multi longe te sapientiores admirantur, et quasi oracula venerantur: quin et exsibilari nos, quod a veritate aberremus, imaginaris: nec sine ludibrio segnes nos compellas; quae si vera existimasses, numquam dedisses litteras: sed tuam inuidiam de illis existimata veritas mederetur. Nunc vero affectu enectus, nec ferre valens, quae pro scriptionibus nostris decantantur, atque circumferuntur, instar asini calcitras et disrumperis. Verumtamen si nobis consiliariis uti volueris, inuidiae valedicens et maledicentiam ablegans bene valebis, erisque taciturnitate gloriosior, quam garrulitate, ac rabie, qua in omnes veluti insanus inueheris, sapientior. De versione Ptolemaei, et Commentariis in eumdem Trapezuntii scriptionum non aequus aestimator Nicolaus Perottus, oo) archiepiscopus Sipontinus, haec habet: [P] *In commentariis, quos in magnam compositionem Ptolemaei furto a Theone subtractos edidit, tum etiam in margine problematum Aristotelis, quae a graeca lingua in latinam peruertit.* Et, *mentitur, se Ptolemaeum, quem iam diu non Latinum sed barbarum, et multis in locis mendacem fecerat, nondum edidisse, ideoque tum egregium opus ad eum missurum, et nomini eius se dedicaturum pollicetur una cum Commentariis, quibus sese id opus exposuisse gloriatur, in quibus nihil est alicuius duntaxat momenti, quod non sit a Theone Ptolemaei expositore subtractum. Sed verba ineptissima ponemus; Ptolemaeus iampridem in latinam a nobis traductus linguam est, sed non adhuc editus. Et quoniam ad hunc vsque diem non intellectum Almagestum comperimus, Commentariis ipsum nostris exposuimus.*

20. *Comparationem Platonis et Aristotelis*, qua Aristotelem pp) Platone longo interuallo superiorem esse contendit, Venetiis 1523. per Iac. Pensium de Leuco. in 8vo. Sed quum in Platonem conuitiis ac maledicentia libri essent referti, vbi eos Bessarion perlegit, hominis temeritate permotus, et hominis mentem exsecratus, tacito Trapezuntii nomine in Calumniatorem Platonis libris IV. respondit, qq) quibus primum sapientiam Platonis atque doctrinam, mox scriptorum eius cum nostris rr) similitudinem, tum probitatem morum vitamque integerrimam exponit: et, vt inscitiam hominis magis ac magis propalaret, quintum addidit, in quo Trapezuntii in interpretatione Legum Platonis semel atque iterum ab eodem edita, errores ac lapsus collegit, refutauit et emendauit, adeo vt plane ostenderit, non potuisse eum de tali philosopho iudicium ferre, quem minime intellexit: et vt adcuratior

oo) Bessarionis, patroni sui, odio in Trapezuntium obsequens.

pp) Dicitur Trapezuntius Aristotelem Platoni praetulisse in gratiam Pauli II. Platonicos academiae Romanae aegre ferentis. Vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 442. et 420. seq. *Fabr.* f. *Zeni* Diss. Voss. II. p. 21. sqq. vbi multus est de hac controuersia eiusque ortu caussaque. — *Trapez.* in Platonem, in cod. bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itinerar. per Hispan. p. 170. et conf. *Lambec.* VII. p. 269. not. 3. *Harl.*

qq) Prodiit opus Bessarionis Venet. 1516. fol. vt iam notaui supra p. 722. ed. vet. ed. nou. p. 71. De eiusdem cardinalis epistola, graece scripta, ad Theodorum Gazam de Trapezuntii libro pro Aristotele contra Platonem, meminit *Lambecius* lib. VIII. 163. seq. *Fabr.* At *Lambec.* in hoc vol. VIII. p. 1057. sqq. recenset cod. LXI. in quo nr. 6. vti in cod. LXII. est *Bessarionis* epistola exhortatoria ad omnes Graecos de praestanda obedientia rom. ecclesiae etc. Contra in vol. VII. p. 347. sqq. ed. Kollar. nr. 5. cod. XC. recenset *Bessarionis* ad Theodor. Gazam de Georgii Trapez. libro pro Aristotele contra Platonem epistolam, vbi quoque adfert epitaphium in Trapez. et Kollar. ablegat lectores ad Analecta Vindobonensia tom. I. p. 1198. sqq. et p. 1206. *Harl.*

rr) Sacris.

tior atque absolutior tractatio haberi posset, disputationem suam *de natura et arte*, multis antea annis scriptam in eumdem Trapezuntium, quum ad vtrumque philosophum quaestio illa pertineret, adiunxit.

21. Anno 1465. e Creta Constantinopolim nauigans *Andreae Chii martyrium*, quod eodem ferme anno ss) in protestationem fidei christianae ille subierat, a Byzantinis narrantibus audit, idque postea Romae [P] post duos annos promissionis debitum persoluens latine conscripsit. Habes apud Surium tom. 3. 29. Maii. tt) De fide huius historiae vid. *Petrus Canisius* de b. Virgine lib. 5. cap. 29.

22. Item expositionem illius loci euangelii Ioannis; *si eum volo manere, donec veniam* cap. 21. ad Sixtum IV. pontificem, uu) quo conatur adserere, Ioannem euangelistam nondum esse mortuum. Legitur inter orthodoxographa Basileae impressa, et tom. 6. Bibliothecae Patrum Parisiis 1576. et alibi. In eam sententiam peculiari opusculo Bessarion cardinalis inuectus est. *At bonus vir*, addit Posseuinus, *aliud diceret, si modo esset superstes.* Nos item syntagmate nostro, vv) *de fine, et vitae exitu Ioannis euangelistae*, vtramque sententiam examinamus, et quaenam earum verior sit, inquirimus. [conf. *Zenum* l. c. p. 26. nr. 56.]

23. Quae sequuntur, an edita sint, quaerent alii. *Oratio in funere* ww) *Michaelis Veneti ad Turcarum imperatorem.*

24. *Isagoge, et Commentaria* xx) *in magnam compositionem Ptolemaei.*

25. *Orationes.* [conf. *Hodium* l. c. p. 119.]

26. *Epistolae.* yy)

27. Ex-

ss) 29. Maii a. 1465. [add. *Zenum* l. c. p. 24. nr. 43.]

tt) Exstat etiam in actis sanctor. tom. VII. Maii p. 185.

uu) Prodiit et separatim Basileae a. 1543. 8. apud Robertum Winter. Et in Orthodoxographorum vtraque editione habetur hoc opusculum a. 1555. et 1569.

vv) Hoc syntagma Allatii non vidit lucem.

ww) *Fantini Michaëlis*, patricii Veneti, [mortui 1434. m. Nou.] Vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 444. *Fabr.* s. *Zenum* l. c. p. 24. nr. 46. MS. lat. in cod. *Taurin.* DCI. fol. 179. v. cat. codd. lat. Taur. p. 161. *Harl.*

xx) Haec sunt, quae ex Theone sublecta Perottus supra nr. 19. arguebat.

yy) Orationes et epistolae in cod. apud *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 107. *C.* — Epistola, *qua mordentem remordet*, *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 18. — Ibidem in cod. MMDLXI. nr. 6. exstant *Ge. Trapez.* epistolae ad Nicolaum duae, vbi de rebus ad theologiam pertinentibus. — *Mansius* ad Fabricii bibl. mediae et infimae latinit. tom. III. p. 36. sq. (vbi agitur de *Georgio Trapezuntio*,) addit, epistolas eius septem in collectione Francisci Barbari satis ampla, quam e MSS. codd. fere ex integro erutam dedit cardinalis *Angelus Maria Quirinus*, Brixiae 1743. 4. (v. *Mansium* ibid. tom. I. p. 171. sq.) isque tom. III. p. 36. praeterea, „in epistola, inquit, eiusdem collectionis CIV. Sermonem habet epistolae, seu potius, vt ipse adpellat, orationis *de fortunis suis* ad Nicol. pontificem scri-

27. *Exhortatio de recuperanda terra sancta.*

28. *Contra Theodorum Gazam.* [conf. *Zenum* l. c. p. 20. sq. et *Boerner.* l. c. de Gaza, aliisque Trapezuntii aduersariis, inprimis *Hodium* l. c. p. 119. sqq. qui eius quoque praecones, aut qui mitius de illo iudicarunt, producit. *Harl.*]

29. *Ad Leonellum Estensem,* zz) *et responsio in inuectiuam Guarini.*

[P] 30. *Dialogus de Fide.* a)

Addit Gesnerus, 31. *De diuina substantia secundum Aristotelis doctrinam.*

32. *De veritate fidei christianae.*

33. *Epistolas in Psalmum 44. quarum quaedam exstant Venetiis ad S. Antonium.* Quae quamuis latina habeantur, nullus tamen dubito, potissimam eorum partem graece etiam ab eodem fuisse conscriptam, vt infra, dum eius tractatus graecos enumerabimus, abunde patebit. Eo namque aeuo celebres in vtraque litteratura viri, et in vtriusque eloquentiae facultate eximii, vt vtriusque primis nationibus satisfacerent, gloriamque sibi ex vtraque lingua veram captarent, ac solidam, quod graece prius scripserant, latine postmodum enunciabant, vicissimque graece, quod latine. Dictum comprobant Trapezuntius, Bessario Cardinalis, Theodorus Gaza, Argyropulus, et alii.

34. Carmina etiam latina non infeliciter composuisse habeo ex Gyraldi dialogo I. de poetis sui temporis. *Docti plerique, Georgium meum, fatentur, versus composuisse, quod vel*

scriptae. Insuper Malatestarum bibliotheca Caesenae seruat codicem MS. homiliarum S. Chrysostomi in Matthaeum ex versione Aniani, continuata a Trapezuntio; simulque habet epistolas MSS. eiusdem Georgii ad Franciscum Barbarum, datam ex vrbe 5. Cal. Mart. a. 1450. quam epistolam in collectione epistolarum Barbari nequaquam legas." De epistola, ab *Hodio* publicata, v. supra, not. ad nr. 3. et de epist. ad Nicolaum ibid. et *Hodium* l. c. p. 119. Epistolam latinam *ad Eugenium,* pontif. max. ex cod. bibl. MSS. monasterii S. Michaelis Venetiar. prope Murianum in lucem edidit *Mittarellus,* in bibl. illius monasterii col. 1143. sqq. add. *Boerner.* l. c. p. 106. not. **. et *Zenum* l. c. p. 25. nr. 48. *Harl.*

zz) Haec ad Leonellum epistola cum responsione ad Guarinum MSta exstat Venetiis apud *Apostolum Zenum,* vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 439. seq. [f. Dissert. Voss. II. p. 20.] vbi etiam [in Diss. cit. p. 19. nr. 37.] de *Guarini* inuectiua in Trapezuntium, quam scripsit sub nomine Andreae Agasonis. *Fabr.* In cod. lat. *Taurin.* DCI. fol. 38. *Ge. Trapez.* litterae ad Leonellum Estensem, in quibus de Guarini in se maledictis conqueritur; et fol. 40. eiusd. rhetoricorum suorum apologia aduersus Guarinum, Veronens. v. cat. codd. lat. Taur. p. 160. *Harl.*

a) *Hodius* l. c. p. 119. „orationes, ait, quas commemorat Trithemius, et *dialogus de Fide,* vtrum ea graece an latine conscripta sint, non satis liquet. Dialogum autem *de Fide,* verisimile est, eumdem esse cum adsertione Fidei christianae contra Turcas." *Zenus* l. c. p. 25. sq. nr. 52. et 53. animaduertit, a Comneno Papadopol. de Gymnasio Patauino, tom. II. p. 181. Gesnero duce, citare *Georg. Trapez. de Fide et substantia dei, secundum Aristotelis doctrinam,* atque opusc. *de virtute Fidei christianae.* Add. paullo post, nr. 42. et *Zenum* l. c. p. 16. nr. 27. *Harl.*

vel palam cognoſcere poteſtis ex iis, quae de Orpheo, Muſaeo, Lino, et aliis pluribus graecis poetis in latinum conuertit apud Euſebium Pamphili.

35. Ex iis vero, quae graece compoſuit, *epiſtola ad Ioannem Palaeologum, Romanorum imperatorem*, qua eum cohortatur, vt in Italiam ad ſynodum[b]) nauiget, concilium Baſilienſe, quum ab auctoritate romani pontificis deſciuerit, paruipendat, nec ad illud animum aduertat, edita eſt[c]) graece, et latine cum Simocata, et Phranza a Iacobo Pontano Ingolſtadii apud Adamum Sartorium 1640. in 4to. Habetur mſ. in bibliotheca regis Gallorum,[d]) Bauarica, Auguſtana, Vaticana; eratque apud Antonium Auguſtinum ſub hoc titulo, *Georgii Trapezuntii defenſio miſſa ad imperatorem romanum Ioannem Palaeologum. De nauigatione eius in Italiam.* cod. CLX. Ex dictis tamen error manifeſte deprehenditur. Et forte non aliud eſt, quod in Auguſtana conſeruatur. Index manuſcriptus *Georgii Trapezuntii autographum, vt videtur, de Manuele rege.*

36. Graeca vero inedita ſunt, *εἰσαγωγὴ εἰς τὴν μεγάλην τῦ Πτολεμαίου σύνταξιν. Introductio in magnam Ptolemaei conſtructionem*, in biblioth. Auguſtana, et Scoriaci catholica. *Allat.* De cod. *Eſcorial.* v. *Plüer.* itinerar. per Hiſpan. p. 170. Indice *Gottlob. Kranz* in Memorabil. bibl. publ. Eliſabethanae Wratislau. ſ. Rehdigerianae, p. 85. ſunt in illa bibl. MSS. *Ptolemaei* Almageſtum et quadripartitae conſtructionis opus, atque *Georgii Trapez.* in Ptolemaeum notae et Theoricam planetarum. — Add. ſupra ad nr. 8. et *Zenum* l. c. p. 13. *Harl.*

[P] 37. Ad Eſaiam monachum, *vtrum natura conſilio agat, εἰ φύσις βουλεύεται* epiſtola. Mediolani in bibliotheca Ambroſiana. Eam latine interpretatus eſt *Beſſario*, cardinalis lib. 4.[e]) aduerſus calumniatorem Platonis, contra quam et ſcripſit. P. *ἠτήσω, ὦ φίλε Ἡσαΐα, γράψαι σοι ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων.* Sed quum nomen auctoris in nonnullis codicibus confundatur, multi namque libelli illius, *Naturam alicuius gratia omnia agere*, parentem Theodorum Gazam, multi Beſſarionem faciunt, vnde error irrepſerit, ex eodem *Beſſarione* lib. 6. cap. 3. addiſcamus. Quum enim Beſſario in hoc argumentum breuiter quaedam ad Theodorum perſcripſiſſet, Georgius Trapezuntius illis perlectis, vt odium, quod in Beſſarionem, ab eo tempore, quo ei Theodorum in doctrina praepoſuerat, conceperat, aliquando pareret, aduerſus ea ſcripſit. Sed vt honeſtius Beſſarionem impeteret, finxit ſe ignorare, quisnam eius libelli auctor eſſet, et Theodori, non Beſſarionis diſputationem

b) Florentinam a. 1348. poſt Baſileenſe habitum a. 1431. [vel potius ad concil. Ferrarienſe, iudice *Hodio*, l. c. p. 118.]

c) Graece exſtat ibi p. 317. latine p. 325.

d) *Pariſ.* in bibl. publ. codd. MCCCXVI. nr. 5. et MMCMLXV. — De cod. *Bauar.* (qui numeratur XXVII. et inc. *οὐχ ὅτι σε κατά*·) v. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 16. ſq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. Add. ſupra, vol. VIII. pag. 76. ſq. et *Zenum* l. c. pag. 15. nr. 21. idemque nr. 22. ſuſpicatur, ab illa epiſtola haud diuerſum eſſe *Protrepticum ad Io. imperat. Graecor.* quem Labbeus p. 85. exſtare ſcripſit in cod. Pariſ. reg. MCCXXXXIII. *Harl.*

e) Libr. VI. ed. Ald. teſte *Boernero* l. c. pag. 119. *Harl.*

tionem illam esse, seque Theodoro contradicere simulauit. *Ostendit praeterea*, scribit Bessario, *Athanasium fuisse, qui haec scripta ei tradiderat, quum tamen Esaias, non Athanasius fuisset. Solus enim Esaica scripta a nobis habuerat. Hic tamen, quasi nostra interesset, a quo ea accepisset, epistolam ad nos scripsit, qua oblatum sibi ab Athanasio fuisse opusculum significauit.* Plures ergo de eodem argumento Trapezuntius epistolas dederat, quibus Bessarion, et Gaza respondit. *Allat.* MS. *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCLXXIX. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 181. nr. 27. Conf. *Zenum* l. c. p. 16. nr. 30. qui etiam laudat *Saxii* hist. typogr. Mediol. col. CLVII. *Harl.*

38. Erat in bibliotheca Lolliana eiusdem *ἀντιῤῥητικὸς*, de eademne, an alia materia, mihi non liquet.

39. Vidi praeterea eiusdem tractatum *περὶ Ἐλεημοσύνης, de Eleemosyna.* P. *τῶν εὖ ἐχόντων οἱ ἀκούοντες διδασκαλιῶν.*

40. Πρὸς Ἰωάννην τὸν Κουβουκλίσιον κατὰ Γραικῶν. *Ad Ioannem Cuboclisium contra Graecos. De processione Spiritus sancti.* f) P. *ὤκνουν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γράφειν.* Seruatur Scoriaci in bibliotheca regis catholica, et Vaticana, et Ambrosiana Mediolani, et apud Alexandrum Cherubinum elegantissimo charactere. g) Hinc noto, alium esse hunc Ioannem Cubuclesium, quem Trapezuntius adloquitur a Ioanne Cubuclesio pariter cognomento Caminiate, qui sub Leone sapiente imperatore de obsidione, et excidio Thessalonicensi anno ab orbe condito 6410. a Christo Seruatore 902. non ineleganter scribebat.

[P] 41. Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱερομονάχους, καὶ ἱερέας περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ περὶ τῆς μιᾶς ἁγίας, καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας. *Epistola ad monachos Cretenses, et sacerdotes de processione Spiritus sancti et de vna sancta, et catholica ecclesia.* h) P. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν κηρύκων. Legitur manuscripta in bibliotheca Vaticana, Altempsiana et Bauarica cod. CXV. *Allat.* Codex *Bauar.* hodie numeratur XXVII. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. nr. 4. p. 16. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXVI. nr. 4. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. *Harl.*

42. Περὶ τῆς ἀληθείας τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. *De veritate fidei christianae.* i) Erat in Lolliana.

f) Edidit graece et latine *Allatius* tom. I. Graeciae orthodoxae p. 460-536.

g) In bibl. *Escorial.* v. *Plüer.* l. c. p. 170. *contra Graecos de processione Spiritus S.* in codd. bibl. Vatic. et al. v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. p. 33. *E.* 64. *C.* et 497. *C.* — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCIX. Conf. supra, vol. XI. p. 397. et *Zenum* l. c. p. 15. sq. nr. 25. et 26. de hac et seq. epistola. *Harl.*

h) Etiam hanc vulgauit *Allatius* graece et latine ibid. p. 537-582. Ex ea locum duxerat p. 774. de consensu lib. 2. c. 15. §. 11. et de Simeonibus p. 202.

i) Ad Amramum. [conf. *Zenum* l. c. p. 16. nr. 17.] Hoc scriptum tomo octauo *συμμίκτων* publicare voluit Allatius, ni fato impeditus fuisset. Orationem Trapezuntii *de pace Christianorum* citat *Nic. Comnenus* p. 361. praenot. mystagog. *Grammatica graeca* MS. memoratur a Labbeo p. 105. bibl. nouae MSS.

[43. *De Manuele rege, αὐτόγραφον,* vt videtur, in cod. bibl. *August. Vindel.* v. *Reiser.* indic. MSSt. bibl. August. p. 91. quod opusc. idem esse cum epistola, praef. ad Io. Palaeologum, suspicatur Allatius. *Harl.*]

[44. *Trapezuntii methodus et ratio, ad quam reperiri possint anni totius festa, quae celebrantur in ecclesia Graecorum,* graece, quod op. editum esse Iassii in principatu Valachiae, 1701. 4. et esse *Paris.* in cat. bibl. regiae part. 1. Paris. 1739. fol. inter Liturgicos orient. D. nr. 108. p. 212. obseruat *Zenus* l. c. p. 15. nr. 24. *Harl.*]

[45. Illustri viro, *Iacobo Antonio Marcello, patritio Veneto, de obitu Valerii, filii,* scr. 1461. in cod. biblioth. Marcelli, teste *Zeno,* l. c. p. 25. nr. 50. *Harl.*]

[46. *Diodori Siculi librorum quorumdam interpretatio,* in bibl. Paris. cod. MMMMMDCCXII. inter MSS. latin. teste *Boernero* l. c. p. 120. *Harl.*]

In Georgium Trapezuntium, qui Turcas omnibus imperatoribus praestantiores esse voluit, [k]) scripsit Nicolaus Iunius de Athenodo episcopus Celegertanus, et in castro sancti Angeli de vrbe praefectus. [Tum Allatius variorum iudicia, Nicolai Perotti, Angeli Politiani, in Miscell. cap. 90. et Vossii in institutt. orator. libr. IV. cap. 3. et libr. III. de histor. lat. cap. 8. valde diuersa, de Georgii Trapez. ingenio, doctrina scribendique ratione retulit. Sed h. l. nolui repetere, quum *Hodius* l. c. p. 82. sqq. et p. 120. sqq. multo plura adduxisset. Add. *Boerner.* l. c. p. 114. sqq. ac p. 134. sqq. et *Zenum* l. c. p. 17. sqq. atque p. 21. sqq. At sat prata biberunt, et riuos claudamus. *Harl.*]

[*] LI. GEORGII CAMARIOTAE, nisi nos nomen fallit, et pro Matthaeo, cuius pleraque ad hunc diem manuscripta in bibliothecis latent, irrepserit, *Encomium in tres hierarchas, Basilium, Georgium, et Chrysostomum,* in bibliotheca gallica Fontis Belli adseruari refert Posseuinus, et meminit Robertus Constantinus in bibliotheca. Ego vidi Matthaei in eosdem laudationem, illo principio, *εἴπερ ἄλλό τι τοῖς τῶ λόγω θεραπευταῖς, καὶ λόγοις ἐγκωμίων προσῆκον.* An eadem cum ea, quae Georgii adseritur, vel diuersa, non video. *Allat.* Qui postea, admonitus a Puteanis fratribus, cognouit, in codd. regg. Paris. nomen *Matthaei,* non *Georgii* Camariotae positum esse: ideo expungendum duxit e Georgiorum albo *Georgium* istum *Camariotam,* et infra p. 398. sq. (ad marginem ed. vet. notata,) de Camariotae aetate quaedam obseruat. Plura de hac re et de *Matthaeo Camariota* adnotaui supra ad vol. VI. p. 118. sqq. §. XIX. *Harl.*

LII. De GEORGIO BALSAMONE Gyraldus de poëtis sui temporis Dialogo 2. *Fuit et Georgius Balsamo et ipse Graecus, qui diutius inter familiares amplissimi cardinalis Saluiati* [l]) *usque ad interitum vixit, cuius et carmina et soluta oratione quaedam legi possunt.*

LIII.

k) Scripserat hoc Trapezuntius oratione in funere Michaëlis Veneti memorata supra nr. 23.

l) Saluiatus hic obiit Rauennae a. 1535.

[P] LIII. GEORGIVS MARMORIVS in Esaiam prophetam ex compluribus patribus satis amplam Catenam concinnauit; illius fragmentum adseruatur in bibliotheca Ambrosiana Mediolani ab illis verbis: γὰρ καὶ Ἡλίαν μεθ' ὅσας ἀναχωρήσεις, καὶ καμάτας. Quis iste fuerit, aut quo tempore scripserit, quaerent, quibus plus otii est. Ipse quum diligentissime perquirerem, et ad dignoscendum titulum operis, vti in Graeco est, ab humanissimo Paulo Sfondrato exposcerem; ille respondit, in eo codice nullum esse titulum operi praefixum, cum pars anterior libri desideretur. Sed in folio albo ante opus cum ipso opere compaginato Italice esse adnotatum Fragmentum Catenae in Esaiam Georgii Marmori. An ergo scriptor hic Catenae vel possessor? pro meo tamen munere satis est illum recensuisse.

LIV. GEORGIVS GALESIOTA m) composuit orationem funebrem in Theodorum Xanthopulum. P. ἄνδρες οἵ τε τοῖς βασιλείοις ἤθεσι, καὶ παιδεύμασιν ἐντεθραμμένοι. Viuebat sub Andronico Palaeologo, Gregorii Cyprii patriarchae CPolitani adprime familiaris, auditor, vt ipse in eadem oratione fatetur, Theodori Xanthopuli, quem propterea laudandum susceperat: καί τινων ἠσθόμην ἐμοὶ χαλεπαινόντων, εἰ ἐκ πρώτης, ὃ δὴ λέγεται, τριχὸς τῷ οἰχομένῳ προσήκων, καὶ τῇ συνηθείᾳ τοῦ τῶν λόγων καλλίστου χρήματος, οὗ δὴ καθηγητὴς ἡμῖν ἐκεῖνος ὤφθη καὶ διδάσκαλος, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν. ἔπειτ' ἀμελλὴς γενοίμην μικρῷ γοῦν λόγῳ τὸν ἐκείνου τάφον κοσμῆσαι. Et, θρηνῶ μὲν οὖν ἐγὼ τὴν σοφίαν πολλῶν ἕνεκα πάτερ, καὶ παιδευτὰ, καὶ διδάσκαλε. *Nonnullos praeterea mihi irascentes audiui, si a primo, quod aiunt, pilo defuncto coniunctus, et in re potissima ac pulcherrima, eloquentia scilicet, cuius ille nobis et dux et magister, si verum dicendum est, fuerat, familiaris neglexero pusilla ad minus oratione illis sepulchrum cohonestare.* Et, *Deploro itaque multis nominibus sapientiam, o pater, et informator, et magister.*

LV. GEORGIVS GEMISTVS cognomento, qui et PLETHO quod idem sonat, n) siue Platonis amore, vt Manuel Peloponnesius [P] magnae ecclesiae rhetor in tractatu contra eumdem de processione Spiritus sancti, adserit: ἀλλὰ σύγε τούτου δήπου διδάσκαλος ὡς τῇ τοῦ Πλάτωνος λογικευθεὶς ἤδη ψυχῇ, καὶ ἀντὶ Γεμιστοῦ Πλήθωνα ἑαυτὸν κεκληκώς. *Sed tu huius rei magister, quasi iam Platonis animo insinuatus, et pro Gemisto Plethonem temetipsum compellans:* siue, vt Trapezuntius in comparatione Platonis et Aristotelis *agnominatum* credit, *quemadmodum nonnullos priscorum patrum immutatione nominum ad* res

m) In bibl. caesarea habetur MS. Nicephori Blemmydae oratio de regno seu imperio, quam Paraphrasi clariore donarunt *Georgius Galesiota* magnae ecclesiae CPol. diaconus, et Georgius Oenaeota. Vide *Lambecium* VII. p. 225. [p. 480. sqq. Kollar. nr. 5. cod. CXXV.] qui notat Galesiotam dici a monasterio montis Galesii, a quo dictus etiam Iosephus Galesiota, qui ex abbate illius monasterii electus fuit patriarcha CPol. a. 1267.

n) Vt γεμιστὸς a γεμίζω, sic πλήθων a πλήθω habet abundantiae et plenitudinis significationem. Plethonis autem dicitur prae Gemisto placuisse, quod ad Platonis nomen, quem vnice amabat et admirabatur, quam proxime accederet. *Fabr.* Plura de hoc *Ge. Gemisto*, eius libris, horumque codd. atque editt. iam scripsi supra ad vol. VIII. p. 80. sqq. not. *dd.* nec non in Introd. in hist. L. Gr. II. part. 1. p. 479. sqq. et Supplem. II. p. 65. sq. Quae omnia h. l. repetere nolo. *Harl.*

res maximas vocatos fuisse docemur, eodem pacto Gemistum nomen vertisse, vt se facile de coelo lapsum crederemus, et citius doctrinam et legem eius susciperemus. In Peloponneso vt plurimum vixit, et versatus in Italia eo, quo concilium sub Eugenio Florentiae o) celebratum est tempore, cum Bessarione, Gaza, et aliis; refert ipse in responsione ad Georgii Scholarii pro Aristotele obiectiones. Fuit patria Byzantinus temporibus Manuelis Palaeologi, et iam labentis Graeciae occasu, tum prudentia, tum moribus ac scientia spectabilis. p) Graece plura scripsit, qua proprium dogma comprobans, qua aliorum sententias refellens, quem veluti oraculum sapientissimi quique, quando praesentes ipsi adesse non poterant, consulebant. *Gemistus vir,* scribit Georgius Chariander, *in omni scientiarum genere eminentissimus, cognomenque Plethonis accepit, quasi Platonis, eo, quod Platoni philosophorum principi maxime accederet.* Et Antimachus apud Gyraldum de poëtis sui temporis Dialogo 2. *Huius tanti viri quum historias in latinum sermonem ex graeco ipse conuerterem, de eo in praefatione sic dixi: illum dico Gemistum, quem non solum Graecia, sed vniuersus [P] fere terrarum orbis ob variam atque multiplicem diuinarum humanarumque rerum scientiam admiratus, eo quod Platoni philosophorum principi atque Aristoteli, Graecorum et Latinorum omnium consensu proxime accederet.* Et Bessario cardinalis aduersus calumniatorem Platonis lib. 6. cap. 1. eum opinionum Platonis aemulum atque defensorem vocauit. q) Nec dissentit Gyraldus: *Plethon habitus est in primis philosophus, et quidem excellentissimus, quod cum ipsius multiplicibus et variis operibus, quae apud Graecos leguntur, tum ex testimonio Bessarionis cardinalis amplissimi, et monumentis videri potest.*

Illius opera r) apud Diegum Hurtadum, caesaris apud Venetos oratorem fuisse tradit Gesnerus; eaque sic enumerat: *ad regem liber. De virtutibus liber vnus. Paraphrasis in demonstrationes. Epicedion in reginam, Helenam. Liber de generatione Deorum, quem vidi manuscriptum Bononiae apud S. Saluatorem. Aduersus librum pro dogmate Latinorum, nimirum quod ad Spiritum sanctum. Demonstrationes naturales de Deo. Mensium et annorum ordo ac dierum recensio. Oracula magica sectatorum Zoroastris, quae et Parisiis impressa sunt graece et latine seorsum 1538. in 4to. chartis duabus absque nomine graeci interpretis, qui Georgius Gemistus est. Historica et geographica quaedam huius auctoris, vt sunt Chorographia Peloponnesi et Thessaliae, idem Diegus Hurtadus habet. Libellus de iis, in quibus Aristoteli cum Platone non conuenit, et quod potior sit Platonis sententia, excusus Venetiis apud Scotum in 8vo. cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi. Libellum contra Georgii Scholarii*

o) Sub Eugenio IV. a. 1438.

p) Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 1. cap. 10. *Erant forte cum Bessarione Nicaeno viro in philosophia excellente, Theodorus Gaza et Plethon Byzantius, qui cognomento Γέμιστος adpellatus, tres eo tempore, vt constat, viri doctrina et ingenio nobiles.*

q) Eiusdem Bessarionis ad Nic. Saguntinum Euboeum epistolam, quae Gemisti laudes continet, cel. *Morell.* in bibl. MS. gr. et lat. I. p. 212. sqq. ex cod. Ven. Marc. CCCXXXIII. gr. et lat. in lucem protulit. *Harl.*

r) *Georgii Gemisti* opera, sed non addunt, quae, inter codices graecos patrum Augustinianorum in coenobio S. Ioannis de Carbonario reperisse se MSta testatur *Io. Mabillonius* pag. 110. Itineris Italici, [sed vid. supra, ad vol. V. pag. 797. nr. 22. *Harl.*] et *Bernhardus de Montfaucon,* Diarii Italici pag. 311.

larii argumenta, ἀντιλήψεις *pro Aristotele*, *Bononiae apud S. Saluatorem vidi, sed imperfectum.* Addunt epitomatores: *in bibliotheca imper. Viennae habetur Gemisti Plethonis epitome historiarum sicularum graece manuscripta in 4. Eiusdem libellus de generatione Deorum ibidem manuscript.* confuse admodum omnia, atque indistincte; [v. supra, Vol. VIII. p. 80. not.] nos, si quid potuerimus, enucliatius illa expendemus. Et primum de iis, quae typis vulgata sunt, sermonem instituemus.

1. *De Gestis Graecorum post pugnam ad Mantineam duobus libris digesta*, s) [vid. supra l. c. p. 79. sq. et Introd. l. c.] Latine [P] etiam reddita a *M. Antonio Antimacho* [Basil. 1540. 4.] non semel, nec vno in loco, qui in praefatione ad Matthaeum Antimach um patrem ita sibi placuisse hunc auctorem refert, vt nihil magis; atque, eum non tantum esse verbis aptum, pressumque, sed etiam artificio tanto, tanta lenitate, ac rerum copia ferri, vt post Herodotum ac Thucydidem cum antiquissimis Graeciae scriptoribus non immerito comparari possit. Habebantur manuscripta in bibliotheca Ioannis Surii. Verderius. *Allat.* Add. *Venetiis* in cod. CCCCVI. bibl. Marc. de quo v. cl. *Morell.* l. c. p. 269. *Harl.*

2. *De virtutibus* libellus sub Plethonis nomine graece editus est Antwerpiae apud Plantinum cum aliis eiusdem Opusculis 1552. t) in fol. et graece, et latine ex interpretatione *Adolphi Occonis* Augustani, Basileae apud Oporinum 1552. in 8. et in doctrina recte viuendi ac moriendi cum plerisque aliis, idem graece et latine editus est cum *Hieronymi Wolphii* adnotationibus, u) et Ienae cum interpretatione eiusdem Wolphii 1590. 8. Vertit etiam illum latine *Vincentius Marinerius*, vt ipsemet scribit epist. ad Franciscum Dazam anno 1636. edita. Legitur manuscriptus apud me bis, et in bibliotheca Bauarica cod. CCXXIV. Veneta S. Marci Scam. 32. num. 22. et Augustana saepissime, et legebatur in bibliotheca Antonii Augustini cod. CCLV. *Allat.* Cod. Bauar. bibl. hodie numeratur CCLXXXIX. et in titulo auctor libelli disertis verbis nominatur *Pletho*; nec non in cod. CCLX. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 10. p. 381. et part. 8. p. 133. — *Augustae Vindel.* in cod. in

s) Titulus est: ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Πλουτάρχου περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἐν κεφαλαίοις διάληψις. Post Animachum vertit etiam latine *Zacharias Orthus*, professor Gryphiswaldensis academiae, Rostoch. 1575. 8. *Antimachi* interpretatio prodiit Basileae 1540. 4. cum eius oratione de laudibus graecarum literarum, et Dionysii Halicarnassei praeceptis de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia et epitaphiis p. 64-79. Demetrii Phalerei de membris et incisis, de periodis, de componendis epistolis, et de characteribus dicendi, p. 80. 92. et Polyaeni praefatione de re militari. p. 93-96. In praefatione narrat Antimachus se in Graeciam iter suscepisse graecarum litterarum discendarum causa et sub disciplina Moschi Lacedaemonii moratum quinquennium. Promittit et versionem Demetrii περὶ ἑρμηνείας. *Dabimus*, inquit, *etiam breui fortasse Phalereum, auctorem plane in dicendo, Ciceronis sententia, politissimum, de interpretatione seu eloquutione integrum latine legendum.* De Hispanica versione horum Gemisti librorum infra, p. 740.

t) Puto Allatium scripsisse 1575. et numerum 1552. a typographo ex errore, quoniam idem statim iterum sequitur. Certe a. 1575. hic Plethonis libellus ex bibl. Ioannis Sambuci graece apud Plantinum in fol. prodiit vna cum duabus eius orationibus vtraque lingua excusis ad calcem eclogarum Stobaei.

u) Basil. 1577. 8. [v. supra ad vol. XI. p. 401. not. *l. Harl.*]

in fine mutilo. v. *Reiser.* indic. MSSt. bibl. August. p. 82. nr. 19. it. p. 90. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXIX. sunt plura Plethonis opp. n. *de virtutibus; — de fato*, inc. Πότερα δὲ ὥρισται· — *funebris in Helenam Palaeologinam; —* sine titulo; init. Ἃ μὲν ἐν τῆς βιβλ. — *in oracula magica Zoroastris; — de rebus Peloponnesiacis constituendis.* V. cat. codd. gr. Marc. p. 279. — *Matriti* in cod. reg. CIX. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 429. — *Paris.* in bibl. publ. codicibus septem. CDLXII. — CMLXII. — MDCCXXXIX. — MDCCLXXIII. — MMV. et seq. MMCCCLXXVI. et MMCMXXXIII. v. cat. MSSt. regg. vol. II. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXI. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 204. nr. 42. — *Florent.* in bibl. Medic. Laurent. codd. XVII. nr. 3. plut. 56. — XXXIII. nr. 12. plut. 57. — XXXIII. nr. 6. plut. 58. — XIII. nr. 12. plut. 74. et XXIV. nr. 4. plut. 80. Vid. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 317. 387. et 481. ac tom. III. p. 204. et 214. — *Vindobon.* in codd. caesar. LXVI. nr. 4. — LXXVIII. nr. 5. et XCII. nr. 1. v. *Lambec.* VII. p. 231. 295. et 372. sq. Codd. multos varior. opusc. Gemisti Plethonis in variis biblioth. obuios, indicat *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. in indic. quem conferes. De edit. Basil. 1552. 8. v. *Maittaire* A. T. tom. III. part. 2. p. 611. *Harl.*

[P] 3. Orationes duae, quarum altera est, *de rebus Peloponnesiacis constituendis* ad Manuelem v) imperatorem, altera ad Theodorum Despotam συμβουλευτικὴ *suasoria*, de eodem argumento cum interpretatione latina *Guilielmi Canteri,* w) Antwerpiae ex officina Plantiniana 1575. in fol. Habentur manuscriptae in bibliotheca Bauarica cod. CC. et alibi. *Allat.* Vtraque, in cod. Bauar. manu And. Darmarii scripto, qui hodie numeratur CCLX. in quo quidem orat. ad Emmanuelem imperat. anonymum habere auctorem in textu dicitur; sed cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 8. p. 132. tribuit eam Ge. Gemisto, et, Andream Darmarium, scribit, in margine superiore recte notasse: οἶμαι γεμίστου· add. eumd. V. D. in praefat. ibid. ad primam partem a. 1803. p. 4. sq. — *Florent.* in cod. Laurent. XVIII. nr. 9. (quae incipit: Θειότατε αὐτοκράτωρ· ὁ μὲν πρὸς Ἰταλῶν, τοὺς ἐν Πελοποννήσῳ δυναστεύοντας) et 10. plut. 56. — prior oratio, anepigrapha quidem, in cod. XXIV. nr. 6. plut. 80. et, addito auctoris nomine, in cod. XXXIII. nr. 6. plut. 57. quae diuersa est a superiore, incip. Θειότατε αὐτοκράτωρ· τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, est epistola, adhuc inedita, agitque de rebus Peloponnesiacis, ac praecipue *de Isthmo:* Vide *Bandini.* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 318. III. p. 215. et vol. II. p. 385. sq. vbi adnotat, postremam illam, diuersam a superiore, etiam exstare in bibl. caesar. Vindob. teste *Nesselio* part. IV. p. 43. §. 4. *Harl.*

4. Subiungitur, x) *Locorum Peloponnesi omnium* per longitudines, et latitudines astronomicas *descriptio*, desumta ex Ptolemaeo, sed, quae variant, a Gemisto esse correcta, nullus

v) Palaeologum, ad quem alia Gemisti de rebus Peloponnesiacis et praecipue de Isthmo epistola adhuc inedita exstat in bibl. caesarea teste *Lambecio* VII. p. 103. [p. 347. Kollar. nr. 4. cod. XC.] Incipit: Θειότατε Αὐτοκράτορ. Τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, Ῥαδῆς.

w) Ad calcem eclogarum phys. et moralium Io. Stobaei.

x) Διαγραφὴ ἁπάσης Πελοποννήσου, παραλίου τε καὶ μεσογείου. *Fabr.* MS. in cod. *Bauar.* CCLX. v. cel. *Hardt* l. cit. a. 1805. part. 8. p. 153. *Harl.*

nullus dubito, si manuscriptis habenda fides. Et elenchis hisce, et in auctores summos animaduersionibus maxime delectatum fuisse Plethonem, ex iis, quae infra recensebuntur, manifestum cuique fiet.

5. *De Platonicae, atque Aristotelicae philosophiae differentia.* y) Libellus publice expositus est Basileae 1574. in 4to. per *Georgium Chariandrum* in linguam latinam translatus, et Venetiis graece apud Scotum cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi in 8vo. Venet. 1532. 8. — 1540. 8. Graece etiam editus est Parisiis 1541. in 8vo. [al. 12. conf. *Maittaire* A. T. ind. s. tom. V. p. 82.] cum eiusdem Bernardini dialogo z) *de Platonicae atque Aristotelicae philosophiae differentia.* Exstat manuscriptus in bibliotheca Veneta scam. 17. n. 14. et scam. 27. num. 51. Augustana, Index msf. Ambrosiana Mediolani, Bauarica cod. CCLXI. *Allat.* De cod. August. v. *Reiser.* indic. cit. pag. 90. — *Bauar.* cod. hodie numeratur CCXLII. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXVII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 278. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCXI. nr. 43. et cod. CCLXX. nr. 3. ib. nr. 6. est *Ioannis Palaeologi* imper. ad philosophum *Gemistum:* inc. ἤκουσα παρά τινων, ὅτι ἔγραψας κατὰ Ἀριστοτέλους· ac nr. 7. *Gemisti* responsio ad quasdam quaestiones: inc. τὸ μὲν, ἄνθρωπος κάθηται. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 168. et 204. — *Florent.* in bibl. Laurent. XVIII. nr. 1. plut. 56. suspicante *Bandinio* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 316. sq. nam ibi opusc. caret initio: addito auctoris Georgii Gem. nomine, ibid. in cod. XXIV. nr. 2. plut. 80. v. *Bandin.* l. c. tom. III. p. 214. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MDCCCVI. nr. 3. — MMVI. nr. 2. — MMXLI. nr. 2. — MMCCCLXXVI. (in quo plura reperiuntur Plethonis opp.) nr. 10. *Harl.*

6. In oracula magica Zoroastris, Commentarii editi sunt graece et latine studio *Ioannis Opsopoei* Paris. 1599. in 8vo. cum Sibyllinis oraculis. [conf. supra, vol. I. p. 310. sq. §. VII. et VIII. ibique notas. *Harl.*] [✝] Titulus operis varie conceptus reperitur, alii enim scribunt: Πλήθωνος διασάφησις τῶν ἐν λογίοις τούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων, *Plethonis expositio eorum, quae in his oraculis obscurius efferuntur.* Alii: μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου ἐξηγηθέντα παρὰ Πλήθωνος, *oracula magica eorum, qui Zoroastrem magum sequuti sunt, enarrata a Plethone. Allat.* Conf. supra, vol. IX. p. 428. nr. 17. — In cod. Bauar. olim CLXXXIII. nunc XLVIII. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 18. — *Augustae Vindel.* in cod. altero *Plethonis* aliquot capp. theologiae Zoroastris et Platonicae, cum titulis reliquorum, in altero, magica eorum oracula, qui a Zoroastre prodierunt, cum expositione Plethonis: v. *Reiser.* indic. cit. p. 66. et 90. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. nr. 9. plut. 57. inprimis, cod. XXIV. nr. 3. plut. 80. v. *Bandin.* l. c. tom. II. p. 386. et

y) Περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται, Hic Georgii Plethonis liber oppugnatus est a Georgiis duobus, Scholario et Trapezuntio. Vide infra p. 587. [lib. Allat.]

z) Eumdem hunc Bernardini Donati dialogum etiam Gemisti libello praemissum video in editione Veneta apud Hieronymum Scotum 1540. 8. Paraphrasim praeterea additam nullam: sed Dialogum ipsum pro paraphrasi libri Plethoniani habuit Gesnerus et Allatius: certe pleraque capita eadem quae Pletho, etiam dialogus persequitur.

et III. p. 214. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDVI. compendium Zoroastreorum et Platonicorum dogmatum, (quod ex cod. August. edidit *Tryllitius*, Wittebergae 1719) v. catal. codd. gr. Marc. p. 198. praecipue cel. *Morellum* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 274. de segmento immixto, quod ad aliud Gemisti scriptum pertinere videtur, et additamento inedito, initio opusculi in margine ad instar scholii a Gemisto, qui sua manu illum cod. exarauit, posito. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDXXVI. nr. 6. MDCIII. nr. 14. et MMCCCLXXVI. nr. 11. compendium Zoroast. et Platonicor. dogmatum; at ibid. in cod. MMDCCCXXXII. nr. 5. *Plethonis oraculorum magicorum expositio*, et nr. 6. eiusd. *chaldaicorum dogmatum expositio. Harl.*

7. Legi etiam in Catalogo nescio quo, Georgio Gemista Plethon historia della monarchia de los Persas, traducida en Castellano per D. Pedro Dauii 4to. Vall. 1604. I, 19.[aa]) Et haec quidem edita sunt.

8. Inedita etiam pleraque sunt, nec minoris momenti. Nempe ex plerisque auctoribus, *Excerpta:* siue *loca notatu digna, etc. Allat.* Plura iam occupaui supra ad vol. VIII. p. 79. sqq. not. *dd.* — *Monac.* in cod. Bauar. XLVIII. olim, CLXXXIII. plura Plethonis reperiuntur, 1) ex *Appiani* hist. de Macedonicis regibus;[bb]) 2) ex *Strabone;* 3) ex *Theophrasto* de plantarum historia, quae in edit. non reperiuntur; 4) ex historia animalium *Aristotelis*, ineditum excerptum; 5) ex eadem animalium historia *Aristotelis* physiognomica, inedita; 6) *ex Diodori Siculi* historiis de Assyriorum et Medorum regno; 7) *Xenophontis;* 8) ex primo romanarum antiquitt. libro Dionysii Halicarnassei; 9) ex eodem I. libro de diis, quos Aeneas ex Troia in Italiam transtulit. 10) ex *Prodico* in libro de Hercule. Sequuntur 11) excerpta de felici Arabum successu sub rege Vmaro et imperatore Heraclio, et de regibus Romanorum, quae num Plethonem quoque habeant auctorem, cuius tamen alia opuscula actutum sequuntur, mihi non liquet. Conf. cel. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 12–17. — Ibid. in cod. LIX. fin. ex *Strabonis* geographicis de terrae habitatae figura. v. *Hardt.* l. c. a. 1804. part. 1, p. 42. et conf. supra ad vol. IV. p. 574. sq. et p. 575. §. IV. atque ibid. p. 669 nr. 26. — *Venet.* in bibl. Marc. CCCLXXIX. Plethonis excerpta ex Strabone, quae singula diligenter copioseque recensuit et exposuit cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 244. sqq. Idem V. D. ibid. p. 269-274. omnia curate persequitur, quae cod. Marc. CCCCVI. manu ipsius Ge. Gem. Plethonis exaratus, eius excerpta ex antiquis

aa) In Bibliotheca Hispanica Nic. Antonii tom. 2. p. 150. titulus huius libri pleníor exstat hunc in modum: *George Gemista, o Plethon, la postrera historia de la Monarquia de los Persas hasta Alexandro magno, con algunas vidas de Capitanes famosos Griegos sacrados del Latin de Emilio Probo.* Vallodoliti 1604. 4. . Est Hispanica versio librorum Gemisti de gestis Graecorum post pugnam ad Mantineam.

bb) Ex Appiani Syriacis excerptum de Macedonicis Syriae regibus, MS. in bibl. caesarea. [v. supra ad vol. V. p. 250.] In eadem habentur et Plethonis excerpta ex Aeliani de proprietatibus animalium, et ex Procopio etc. [ex Procopio, in cod. caes. Vindob. LXXXVII. nr. 19. v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. p. 561.]

quis auctoribus aliaque eius propria continet. Sunt vero eadem fere omnia, quae ex cod. Bauar. enotauimus, nisi, vt in cod. Marc. etiam reperiantur de iis, quae post pugnam ap. Mantineam apud Graecos gesta sunt, tum de veteri Graecorum militia adnotatio, sine titulo, quae eiusd. Plethonis esse videtur cl. Morellio. Quod opusculum e cod. Bauar. nr. 11. indicauimus, id in hoc cod. Marc. caret quidem auctoris nomine, at manu Gemisti scriptum est. — *Matriti* in cod. reg. X. praeter ea, quae iam supra, ad vol. VIII. p. 81. in nota memoraui, sunt *Plethonis* excerpta ex *Theophrasti* libris de historia plantarum, et de animalibus ex libris *Aristotelis*. v. *Iriart*. l. c. p. 28. — *Vindob.* in cod. caes. LXXXVII. nr. 2. sqq. excerpta 1) ex *Diodoro Siculo*, 2) ex *Arriano* de expeditione Alexandri M. libro V. p. 228. sqq. ed. Gronou. 3) ex eiusdem *Arriani* libro VII. p. 283. sqq. 4) ex *Prodico* in Xenophontis M. S. de Hercule; nr. 7) ex *Arriano* l. c. libr. IV. et V. p. 158. et 203. de Alexandri laboribus. 8) de Thessalia, ex *Strabone*. nr. 10) ex *Polybii* hist. libro III. prooemium. 11) adnotatio in praecedens prooemium. 12) ex *Zonara*, libr. X. annal. de C. I. Caesare; 13) ex *Iosepho* de bello iudaico. III. c. 9. v. *Kollarii* supplem. p. 551. sqq. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossianos, v. supra ad vol. VIII. p. 81. — *Paris.* in bibl. publ. orbis descriptio e *Strabone*, in codd. DCCCXVII. nr. 14. — MCXCI. nr. 28. — MCDXV. olim Colbertin. orbis descriptio, e geographicis libris excerpta. — MDCIII. nr. 15. — MDCCXXXIX. nr. 2-9. et 24. — MMCDXXVI. nr. 9. — De Italiae figura e *Polybio* in codd. CDLXII. nr. 8. et MMCCCLXXVI. nr. 13. in quibus etiam est *Thessaliae chorographia*, in qua Strabonem excerpsit. — De Assyriorum et Medorum imperio, ex *Diodoro Sic.* in codd. MDCCXLVII. et sequenti, — MDCCCII. — et MMCMXCII. nr. 13. *Harl.*

[P] 9. *Georgii Gemisti artis rhetoricae prolegomena, vel potius incerti de prooemiis artis rhetoricae. Epitome in Hermogenis artem rhetoricam.* Erat in bibliotheca Antonii Augustini cod. CCXXV. [Conf. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. p. 1. p. 42.] Et Scoriaci regia περὶ ἀρετῶν, προοιμίων Ῥητορικῶν, Ἀριστοτελικῶν ζητημάτων. *De virtutibus, prooemiis rhetoricis, Aristotelis quaestionibus.* [v. supra, vol. VI. p. 76. §. VI. et VII.] Κατὰ τοῦ Στράβωνος περί τινων οὐκ ὀρθῶς κατὰ τὴν Γεωγραφίαν αὐτῷ διωρισθέντων. *Adversus Strabonem de nonnullis ab eo non recte in Geographia enumeratis.* [v. cl. *Morell.* l. c. p. 246. sq.] In Palatina Heidelbergensi cod. CLXXVII. et Britannicis, et Gallicis manuscriptis, et alibi. ἐκ τοῦ Στράβωνος Γεωγραφικῶν, περὶ τοῦ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχήματος διορθωθὲν παρὰ τοῦ Γεμιστοῦ Πλήθωνος. *Ex Strabonis Geographicis de figura terrae habitatae, sed correcta a Gemisto Plethone.* cc) In Vaticana, Scoriaci regia VI. β'. 10. et VI. ζ'. 6. Veneta S. Marci scam. 21. num. 17. et Ambrosiana Mediolani. [conf. ad nr. 8. et supra vol. IV. p. 669. nr. 26. et *Kollar.* Supplem. ad Lambecii comm. p. 556. sqq. nr. 16. cod. LXXXVII. qui multa continet Plethonis opuscula. *Harl.*]

cc) Hoc scriptum habuit, atque in syntagmate graecorum Geographorum edere voluit Lucas Holstenius. Vide *Lambecium* lib. 1. pag. 114. [p. 241. sqq. Kollar.]

10. *Chorographia Thessaliae,* [dd]) in bibliotheca Palatina Heidelbergensi, regia Scoriaci II. num. 5. *De Isthmo* Veneta S. Marci scam. 32. num. 22. *Allat.* *Vindobonae* in cod. caes. XC. nr. 4. de *Isthmo*, et nr. 7. *chorographia Thessaliae.* v. *Lambec.* VII. p. 347. et 350. sq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. nr. 6. plut. 57. *Gemisti* epistola ad imperat. Manuelem Palaeologum de rebus Peloponn. ac praecipue *de Isthmo;* quae epistola diuersa est ab eiusd. Plethonis ad eumdem imperatorem oratione de rebus Peloponnesiacis. v. ad nr. 3. et 8. *Harl.*

11. Προσφωνηματικός. *Adlocutio.* P. ἐκ ἦν παραπλήσια, ὦ θειότατε, τὰ τῶν πολεμίων τέλη ἀποβῆ. Mediolani in Ambrosiana.

12. *Capita quaedam musica, Plethone auctore.* Bauarica cod. CLXXXIII. [qui nunc numeratur XLVIII. fin. v. *Hardt* l. c. a. 1803. part. 6. p. 17. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDVI. v. cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 273. sq. qui adnotat, ex Aristoxeno et Quintiliano nonnulla ad litteram esse delibata; sed in margine ad initium manum alienam scripsisse Πληθώνιον. *Harl.*]

12. Προθεωρία εἰς τὸν λόγον τῦ βασιλέως Μανυὴλ τῦ Παλαιολόγυ ἐπιτάφιον εἰς τὸν αὐτῦ ἀδελφόν. [ee]) *Praemeditatio in imperatoris Manuelis funebrem orationem in fratrem.* P. περιπαθὲς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον γένοιτ᾽ ἂν ἀδελφῷ μάλιστα πρέπον. *Oratio funebris in Helenam Palaeologinam,* in bibliotheca Vaticana et Altempsiana. *Alia in Hypomonem et Cleopem imperatrices.* In indice manuscript. codicum. Μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ δεσποίνῃ Ὑπομονῇ. [ff]) *Monodia in celebrem dominam, Hypomonem.* In quo etiam non post multa legebatur, Πλήθωνος μονῳδία ἐπὶ Ὑπομονῇ, καὶ Κλεόπῃ ταῖς βασιλίσιν. *Plethonis Mono-*

dd) Exstat etiam in bibl. caesarea. *Lambec.* VII. p. 165. [p. 350. sq. ed. Kollar. nr. 7. cod. XC. conf. *Morelli* bibl. MS. I. p. 270. et p. 247. Harl.] Ex libro nono Strabonis excerptum disces ex *Labbei* bibl. noua MSS. p. 120. [add. ad nr. 8.]

ee) Edita haec προθεωρία graece et latine a *Combefisio* cum oratione ipsa Manuelis Palaeologi in fratrem Theodorum despotam tom. 2. Auctarii noui bibl. patrum pag. 1037. Paris. 1648. fol. [conf. *Lambec.* VII. p. 335.]

ff) In eadem bibl. caesarea. Vide *Lambecium* V. p. 175. [pag. 368. Koll. nr. 11. cod. CCLVII.] Etiam in Bodleiana et regia Paris. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. codd. CMLXIII. nr. 16. MCCXCVII. nr. 5. et MMDXL. nr. 5. in obitum s. in laudem *Cleopae Palaeologinae,* vbi de animorum immortalitate differitur. init. Σόλων μὲν ὁ σοφός· Tum in cod. MDCCLX. nr. 14. oratio in obitum *Helenae Palaeologinae.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XVIII. nr. 11. plut. 56. in obitum *Helenae* s. *Hypomonis Palaeolog.* inc. τῇ τῶν ἡμετέρων βασιλέων· v. *Bandini* cat. codd. gr. II. pag. 318. sq. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossianos, *Monodia* in dominam *Helenam.* v. cat. bibl. Leid. p. 403. nr. 45. — *Matriti* in bibl. reg. CXV. Monodia (s. laudatio funebris) de imperatrice *Cleope Itala* et Monodia de beata domina *Hypomone:* v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 459. — In cod. *Bauar.* XXIX. (quondam 162.) orat. in *Hypomonem* imperatricem. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. 4. pag. 28. *Gemisti Plethonis et Mich. Apostolii* oratt. funebres duae, in quibus de immortalitate animae exponitur. Nunc primum e MSto (*Vratislauiensi*) edidit *G. G. Fülleborn,* Lipsiae 1793. (sed vere 1792.) mai. 8. est orat. in obitu Cleopae, mortuae anno 1433. v. cl. *Fülleborn* praef. p. 6. sq. et in censura in Ien. A. L. Z. 1794. nr. 218. p. 29. sqq. in. Iul. loca quaedam Plethonis emendantur. *Harl.*

Monodia in Hypomonem et Cleopem [?] *imperatrices.* Ex his excerpta, quae de immortalitate animae tractant, sunt penes me, erantque in bibliotheca Saregica vt tradit Iustus Rycquius in Centuria noua epist. 29. *Oratio funebris in obitu reginae* [illegible] *pae Palaeologinae, in qua de animae immortalitate agitur.* In Augustana, index manusc[ri]ptus, et Lolliana. Et Scoriaci in biblioth. regia. Ἐπικήδειος λόγος τῇ βασιλίσσῃ, καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς. *Oratio funebris in imperatricem, et de immortalitate animae,* II. num. 5.

14. *Epitome historiarum sicularum,* gg) ni fallit titulus, quem tamen et epitomatores Gesneriani agnoscunt. In bibliotheca imperatoris Viennae Austriae. Posseuinus in indicibus.

15. *Historia.* In Catalogo exhibito a Grammatico, apud Verderium in supplemento; nisi eadem sit cum edita gestorum post pugnam ad Mantineam.

16. *Explicatio in voces Porphyrii, et in decem Categorias Aristotelis,* in bibliotheca Constantini Varini, ex Verderio.

17. *Explicatio in Analytica Aristotelis,* apud Ioannem Suzium Constantinopoli, ex Verderio. [an est ille commentarius sine nomine auctoris in cod. *Bauar.* XXIX. ap. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 31.? *Harl.*]

18. Verumtamen quum Gemistus in eo libro, quem *de differentia Platonicae atque Aristotelicae philosophiae* scripsit, [v. ad nr. 5.] non differentiam tantum inter vtrosque examinasset, sed acrius omnia conuiciorum genera exaggerans, non veritus esset, homini

 prima-

gg) Ex Diodoro Siculo excerpta suspicor intelligi, iam supra num. 8. memorata. Non omittendum etiam scriptum Gemisti duplex in bibl. caesarea obuium praeteritumque Allatio, μέθοδος εὑρέσεως ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῆς τῶν ἄστρων ἐποχῆς ἀπὸ κανόνων, οὓς αὐτὸς συνεστήσατο. *Methodus astrologica inueniendi loci solis et lunae et astrorum ortus, secundum canones, quos ipse composuit,* qui et ipsi subiiciuntur, vna cum *introductione in Genethlialogiam.* Eiusdem *canon chronologicus a Nabonassare ad imp. Michaëlem Palaeologum.* Vide *Lambecium* VII. pag. 196. [s. p. 419. ed. Koll. nr. 6. et 7. cod. CX.] *Fabr.* — His adde librum *de generatione deorum, Paris.* in bibl. publ. cod. MMXLV. nr. 3. init. πρῶτον περὶ τῶν. — *Plethonis sui ipsius libri epilogus s. conclusio,* inc. Ἃ μὲν ἐν τῆς βίβλῳ ἐν ἀρχῇ ἡμῖν προὔτεθη· *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVIII. nr. 6. plut. 56. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 317. qui, „imperfectus, ait, libellus, ac propterea ab eadem manu adscriptum est in margine: Ζητητέον τὰ ἐπίοντα etc. — *quaerenda sunt, quae sequuntur; licet a Scholario, vti dicunt, sublata, reperiri vix possint.* Pertractantur autem in hoc quaestiones metaphysicae de substantia, de deo, de aeternitate." — *Vindobonae* in cod. XCI. nr. 1. vbi est conclusio operis *Plethonis* de legibus: v. *Lambec.* VII. p. 364. ibique not. 2. Separatim ibid. in cod. CLXXIX. nr. 2. v. *Lambec.* V. p. 466. sq. — Ibid. in cod. LXXXVII. nr. 17. auctoris, (num Plethonis, cuius plura opp. in illo cod. recensentur?) adnotatio critica breuis de tempore natiuitatis, passionis et adscensionis D. N. Iesu Christi: init. ἔτος ἦν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ πάσης κόσμου· nr. 18. eiusdem, (vt opinatur *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. p. 559. sqq. vbi eum codic. vberius recenset,) *de somniis excerptum,* ex Macrobii commentariorum in somnium Ciceronis, cap. 3. et 4. a Maximo Planude gr. versorum. — Ex cod. *Naniano* CCXCI. Mingarell. in gr. codd. apud Nanios p. 488. excerpsit Plethonis locum in quo de *Dictye,* eiusque narratione de bello Troico, et versione recenti (ἐκ τῶν φοινικίων γραμμάτων ἐς ἰταλικὴν συγγραφήν,) vti ex syriaco Anconitano accepisset, singularia traduntur. *Harl.*

primario contumeliam facere; praestantissimorum virorum odia, et calamum in se concitavit;[hh]) [P]. neque enim passi sunt adeo foede, atque enormiter innocuum hominem proscindi; inter eos mitissimus Bessario, cuius illa vere aurea, piaque sententia fuit ad Michaelem Apostolium, οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ᾽ ἀποδείξεσι, καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τὸν τ᾽ ἐχθρὸν ἀμυντέον. *Non conuiciis in aduersarium, sed demonstrationibus, atque insolubilibus rationibus amico suppetiae ferendae sunt, vindictaque de inimico sumenda.* Libellum pro Aristotele in Plethonem, licet praeceptorem composuit. Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας. *Ad dicta Plethonis in Aristotelem de substantia.* P. εἴ τις ἁπλῶς τε καὶ ἅμα. Et Theodorus Gaza, philosophicarum artium cognitione instructissimus, neque Plethone ipso inferior. Gazae pro Plethone respondit Michael Apostolius; Apostolio Andronicus Callistus, et Bessario ipse cardinalis, epistola de hac re data, temerarios Apostolii conatus repressit, compulitque ad palinodiam. Georgius etiam Scholarius, de quo post Plethonem agemus, communi studio, ac quibus praestabat ingenii opibus ab obtrectationibus, et calumniis Plethonem diuexans, Aristotelem defendit: eo scopo, vt multo excellentiorem [ii]) doctrinam Aristotelis Platonica ostenderet. Quod anxie nimis Pletho ferens, non dissimilibus opprobriorum plaustris, a quibus semper sibi etiam in Plethonem Bessario temperauerat, Scholario respondit, cuius ignorantiam non sine contumelia multis conatur ostendere, et consilii sui tenax adsidue Platonem extollit, Aristotelem coelo ab alto deiicit opusculo, quod inscripserat, πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. *Ad Scholarii pro Aristotele obiectiones.* P. ἐγὼ μὲν οὐκ ὀψὲ ὥς γε σὺ φῄς, ἀλλ᾽ ὅτε τὸ

hh) De hac controuersia litteraria philosophorum decimi quinti saeculi consulere iuuabit eruditam *Boiuinii* diatribam insertam Tomo quarto memoriarum academiae regiae inscriptionum et elegantiorum literarum, quae gallica lingua prodierunt Parisiis in 4. et Amstelodami 1719. 12. Inter alia pag. 485. seq. gallice adfert epistolam *Nic. Secundini* datam Viterbii 5. Iun. 1462. ad Andronicum Callistum, qua eius scriptum contra Apostolium et Gazam magnis effert laudibus: Apostolii conuicia ac calumnias detestatur. [Conf. supra, vol. XI. p. 294. sq. inprimis *Zenum* in Differt. Vossiane, tom. I. p. 342. sect. 7. de hac epistola ad Andronicum Callistum eiusque codd. *Paris.* inter codd. regios, (teste *Labbeo* in noua bibl. MSS. libror. p. 101.) in bibl. *Naudeana*, et apud *Frid. Sylburg.* in cat. codd. gr. Palatin. Francof. 1701. 4. p. 40. latius differit, denique ex *Reiseri* indice MSS. bibl. Augustanae (p. 85. vbi quoque, ibidem exstare *Plethonis* quaedam, Reiser. prodit,) memorat *Andronici Callisti epistolam ad Nicolaum Secundinum.* — *Bessarionis* epistolam ad Nicol. Secundinum, quae laudes Gemisti eximias continet, cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 212. sqq. ex cod. bibl. Marc. CCCXXXIII. gr. cum interpretatione lat. in lucem protulit. *Mich. Apostolii* epist. ad Bessarionem; huius epistolae ad Andronicum Callisti F. et ad Mich. Apostolium; tum *Nicol. Secundini* ep. ad Andron. Callist. et alia sunt *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. nr. 8. plut. 58. Plura dabit *Bandin.* l. c. II. p. 482. sq. *Bessarionis* epistola ad Mich. Apostol. gr. cum latina *Boivinii* versione in: Memoires etc. Geschichte der Kön. Akademie der schön. Wissensch. zu Paris. e lingua gallica in german. versa a Louisa Adelg. Vict. *Gottschedia*, part. II. p. 377. sqq. *Harl.*] Deinde p. 488. sq. duas Bessarionis *) ad Callistum, vnam breuem et alteram prolixiorem ad Apostolium, illam ipsam nempe, ex qua aureum illud monitum Allatius retulit, et doctissimo cardinali dignissimam; dignissimam item, quae saepius legatur ab Apostoliis nostrae aetatis, quos maximis viris obtrectare et lacerare eorum famam non pudet. [add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. p. 549. in nota.]

*) Bessarionis et reliquorum citt. epp. sunt quoque Matriti. v. Iriart cat. cit. p. 136. *Harl.*

ii) Et dogmatibus christianis congruentiorem, faciliusque cum illis conciliandum.

τὸ πρῶτον ἠτήθην, εὐθὺς ἔπεμψα. Legitur in biblioth. kk) Augustana, [v. *Reiseri* indic. MSS. bibl. August. p. 90.] Altempsiana, Ambrosiana [P] Mediolani, Veneta S. Marci scam. 27. num. 51. ll) penes me: eratque in Saregica, referente Rycquio epistola supra laudata. Gesnerus tradit, se vidisse Bononiae apud S. Saluatorem, sed imperfectum. Cum Heidelbergae morarer, tractatum hunc pro aeuo auctoris antiquum eleganter, emendateque descriptum, quem a Nicolao Alemanno dono acceperam, Gottardo Voegelino typographo satis celebri impense expostulanti tradidi, vt vna cum alio, *de differentia Platonis et Aristotelis*, et, si fieri posset, etiam latine typis elegantissimis euulgaret; an euulgatum sit, ad hunc diem mm) non noui.

19. *Epistola ad Demetrium Porphyrogennetam*, in biblioth. Augustana, index msf. Περὶ εἱμαρμένης, *de fato*. In bibliotheca Augustana, nn) Ambrosiana Mediolani, sanctorum apostolorum Neapoli apud clericos regulares, ex qua opus descriptum beneficio piissimi, mihique amicissimi Neophyti Rhodini penes me etiam conseruatur.

20. *Ad Bessarionem cardinalem binas epistolas;* in quibus praecipue in doctrina Platonicorum quaestiones a Bessarione Gemisto propositae dissoluuntur. Primae principium, ὃ πάντα οἴεσθαι χρὴ τοὺς ἄνδρας τούτους. Secundae, ἐπειδὴ καὶ μαρτυριῶν δεῖν πρὸς τὰ προγεγραμμένα σοι. apud me: nescio, an sit illa, quae scam. 17. num. 14. *Epistola de doctrina Platonis* in biblioth. Veneta S. Marci recensetur. *Allat.* Conf. supra in vol. I. pag.

kk) In Caesarea quoque, vt refert *Lambecius* VII. p. 162. [p. 345. Kollar. nr. 1. cod. XC.] et regia Parisiensi, teste Boivinio, qui testatur Plethonem in hoc scripto iratum et superbum se Gennadio praebere aduersarium. *Plethon y parle à son adversaire avec toute l'aigreur d'un homme piqué au vif, et avec toute l'hauteur d'un maitre que fait la leçon à un ecolier.* Nonnulla ex illo scripto affert Eugubinus lib. 1. de perenni philosophia cap. 25.

ll) In cat. codd. gr. bibl. Marc. p. 278. numeratur cod. DXVII. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCXXXVIII. v. cat. MSSt. gr. Taur. p. 469. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVII. nr. 7. plut. 56. init. quod diuersum est ab eo, quod Allatius adtulit, est ἐκεῖ τὸ βιβλίον τῶν κατ' Ἀριστοτέλους βλασφημιῶν καὶ εἰς ἡμᾶς ὀψὲ περιῆλθεν. Plura dabit *Bandinius* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 317. sq. — Idem initium, nisi vt ὀψὲ περιῆλθεν legatur, est in cod. reg. *Matrit.* XXXIV. v. *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. p. 135. qui praeterea adnotat, in illius libelli contextu, fol. 131. occurrere *Constantini Lascaris* manu scholion amplissimum, cuius prima et postrema verba posuit. — *Vratislaviae* in cod. bibl. Rhedigerianae, teste *Füllebórn.* in praefat. ad libell. ad nr. 19. not. citatum, p. 9. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDLXII. nr. 3. — MDCCCVI. nr. 4. — MMVI. nr. 3. — MMLXVII. — et sequenti — et MMCCCLXXVI. (qui plura Gemisti opuscula continet,) nr. 7. *Harl.*

mm) Nec ad hunc diem vsquam euulgatum est.

nn) V. Fabr. ad nr. 23. not. e. — In *Reiseri* indice MSS. bibl. August. pag. 85. citantur codd. *Plethon. de fato* et paullo post, eiusd. *epistola ad Demetrium Porphyrogennetam.* — Libell. *de fato* adseruatur quoque *Florentiae* in bibl. *Laurent.* cod. XVIII. nr. 2. plut. 56. v. *Bandin.* l. c. tom. II. p. 317. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXCVI. nr. 3. et MMLXXVII. nr. 8. — *Matriti* in cod. XXXIV. v. ad nr. 20. — *Vindobon.* in cod. caesar. XLII. nr. 16. v. *Lambec.* VII. p. 178. Koll. add. ad nr. 2. — Contra Plethonem de fato scripsit *Matthaeus Camariota* duo libros, MS. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. v. cat. bibl. Leid. p. 403. nr. 41. — Edit. *Ge. Gem. Pleth.* libellus de fato, eiusdemque et *Bessarionis* epistolae amoebaeae de eod. argumento, gr. et lat. cura *H. S. Reimari*, Lugd. Bat. 1722. 8. *Harl.*

pag. 703. et supra in h. vol. ad nr. 5. de cod. Mosquensi. — *Vindob.* in cod. caesar. XC. nr. 2. *Bessarionis* epistola ad Ge. Gem. Plethonem, et nr. 3. *Plethonis* ad superiorem Bessarionis epistolam epistolae duae responsoriae. v. *Lambec.* VII. p. 346. sq. Kollar. — Eaedem *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXIII. nr. 3. et 4. plut. 58. v. *Bandin.* l. c. II. pag. 481. — *Matriti* in bibl. reg. cod. XXXIV. multa reperiuntur, quae huc pertinent, conf. supra, ad vol. XI. p. 191. not. *q.* de hoc Matrit. et aliis codd. et p. 192. de epist. Mich. Apostolii ad Plethonem. — Inter alia in cod. *Matrit. Bessarionis* quaestiones IV. ad Gemistum Plethonem; prima *de subsistente per se;* secunda *de communicabili et incommunicabili;* tertia *de entium synonymia vel homonymia;* quarta *de fato.* Sequuntur *Gemisti* quatuor solutiones, totidem *Bessarionis* quaestionibus respondentes, quarum prima inc. ὁ πάντα οἴεσθαι χρὴ τοὺς ἄνδρας· quartae vero sive *de fato* initium est: οὐχ οἷόν τε· — Quartam solutionem excipit altera *Plethonis* ad Bessarionem epistola, qua singulas illius quaestiones, antea memoratas, iterum soluere contendit. Plura de illis scripsit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 136. sq. — *Leidae* in bibl. publ. inter MSS. Scaligerian. amoebaeae inter *Bessar.* et *Plethonem* epp. v. cat. bibl. Leid. p. 341. nr. 51. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDLXII. nr. 4. et 5. — MDCCXXXIX. nr. 16. et 17. — MMCCCLXXVI. nr. 8. et 9. *Bessarionis* quaestiones et *Plethonis* solutiones, et cod. MMCMLXVI. nr. 5. *Plethonis* responsio ad ea, quae sibi Bessarion obiecerat. *Harl.*

21. Μηνῶν, καὶ ἐτῶν τάξεις, καὶ ἡμερῶν ἀπαρίθμησις, *Mensium, et annorum ordo, et dierum recensio.* Scoriaci in biblioth. regia 11. num. 5. *Allat.* V. *Fabric.* ad nr. 23. not. *f. Harl.*

22. Περὶ Θεοῦ φυσικαὶ ἀποδείξεις. *De Deo naturales demonstrationes.* P. πᾶν τὸ ὂν ἐνεργείᾳ ἐξ ἀνάγκης ἔχει τινὰ κατὰ φύσιν ἐνέργειαν. *Allat.* v. notam ad nr. 17. *Harl.*

23. Περὶ νομοθεσίας, ἢ περὶ νόμων βιβλία τρία. *De legibus libri tres:* cuius operis duo superiores, *de mensibus et annis, et de Deo demonstrationes* segmenta omnino sunt. Quod etiam videtur indicare Gaza cap. 1. de mensibus. καὶ Πλήθων δὴ ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν χαλεπὸν ἡγούμενος εὑρεῖν τὸ ἀνάλογον τούτοις, εἶτα ἐπιζητεῖν. κἀν τοῖς περὶ [?] νομοθεσίας δὴ λόγοις περὶ ἡμερῶν καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτοῦ ὑφηγέμενος, οὐκ ὀνομάζει, ὡς Ἀττικοὶ ἦγον τοὺς μῆνας. *Et vero Plethon hoc seculo vir clarus operosum reputans inuenire, qua ratione hi mutuo respondeant, inquirere destitit: in commentariis de legum institutione, quum de diebus, mensibus, et anno praecipiat, qua tamen ratione Athenienses menses suos agerent, ne verbum quidem facit.* Primum in tractatu nostro, *de mensura temporum antiquorum, et praecipue Graecorum* exscripsimus cap. 12. [v. ad nr. 21.] cum Gazae pro Plethone, quem ille carptim in opusculo de mensibus reprehendit, responderemus. Libri plane Plethonico genio suppares, totius antiquitatis, et theologiae antiquorum philosophorum promicondi; rari tamen et mihi incertum, an integri alicubi detineantur, oo) indigni, qui tamdiu

oo) Post auctoris mortem enim exhibitos Gennadio CPol. a Demetrio Palaeologo, ac per censuram Gennadii combustos testatur Gennadii epistola ad Ioannem Exarchum et Anonymi Graeci scri-

tamdiu lateant, digni luce, et qui omnium manibus terantur. Argumentum, pp) quod indiculo librorum praefigitur, vt tanti thesauri aliquem gustum tu quoque Lector habeas, tale fuit, *ἡ βίβλος ἥδε περιέχει θεολογίαν μὲν τὴν κατὰ Ζωροάστρην τε καὶ Πλάτωνα, ὀνομαζομένων τῶν διὰ φιλοσοφίας ἀναγνωριζομένων θεῶν τοῖς πατρίοις τοῖς Ἕλλησι θεῶν ὀνόμασιν, ἑλκομένοις ἑκάστοις ἐκ τῶν οὐ πάνυ τοι συνῳδῶν φιλοσοφίᾳ, διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ποιητῶν διαστροφὰς, ἐπὶ τὸ ὡς μάλιστα δὴ φιλοσοφίᾳ συνῳδόν. ἠθικὰ κατά τε τοὺς αὐτοὺς σοφοὺς, καὶ ἔτι μὴν τοὺς Στωϊκούς. πολιτείαν δὲ Λακωνικὴν ἀφῃρημένου μὲν αὐτῆς τοῦ ἄγαν τῆς σκληραγωγίας, καὶ τοῖς γε πολλοῖς οὐκ εὐπαραδέκτου, προστιθεμένης δὲ τῆς ἐν τοῖς ἄρχουσι μάλιστα φιλοσοφίας τοῦ κρατίστου δὴ τούτου τοῦ Πλατωνικῶν πολιτευμάτων, ἁγιστείας εὐσταλεῖς, καὶ οὔτε περιέργους, οὔτ' αὐτοῦ δέοντος ἐκλιπεῖς. Φυσικὰ δὲ δὴ κατὰ Ἀριστοτέλην τὰ πολλά. ἅπτεται δέ πως ἡ βίβλος καὶ λογικῶν ἀρχῶν, ἀρχαιολογίας τε ἑλληνικῆς· καί πως καὶ ὑγιεινῆς διαίτης.* *Liber continet theologiam, dogmatibus Zoroastris et Platonis conformem, quum* [P] *in ea recenseantur Dii, qui per philosophiam innotescunt, patriis Graecorum eorum nominibus, singulis ex iis, quae non adeo ob poetarum discordes sententias, seu tergiuersationes conformantur, ad quam conformissimum philosophiae genus redactis. Moralia secundum hos eosdem sapientes, nec non Stoicos. Rempublicam vero Laconicam, demta tamen ex ea nimium seuera, ac aspera educatione, nec a multis probata, adiecta, quae apud principes in pretio est, philosophia, potissima nempe inter alias, quas Platonicis reipublicae administrationibus constat: bene comtas sacrorum ceremonias non nimis curiosas, neque in necessariis deficientes. Naturalia pleraque ex sententia Aristotelis. Delibat etiam quodammodo liber et principia, quae a ratione non absunt, antiquitates Graecorum, et in quibusdam diaetam salubrem.* Horum publicatione, qq) et quod plerique parum in eum essent alias ob caussas propensi, offensionem multorum incurrit, qui in eum acriter inuecti non ludibrio tantum hominem habuere et maledictis onerarunt, sed etiam a fide christiana, non alterius, quam horum librorum doctrinae probatione, ad gentilismum prolapsum desciuisse affirmarunt, ac ceteros christianae religionis adseclas monuerunt, vt a similibus libris, et homine abstinerent, cauerentque sibi

scriptum apud Lambecium VII. p. 175. et nota Barberini codicis, quem Allatius memorat infra p. 391. vbi sex tantum capita libri primi in illo superesse notat. Sed in codice caesareo apud *Lambecium* VII. p. 171. [p. 362. sqq. Koll.] supersunt capita decem, cum indice capitum libri tertii omnium, hoc est a capite XXIX. totius operis ad XLIII. Eiusdem operis caput sextum est *Gabrieli Naudaeo* pag. 160. pentadis quaestion. iatrophilologicar. V. de fato fatali vitae termino pag. 160. memoratus Plethonis tractatus mira breuitate circumscriptus *περὶ εἱμαρμένης*, *de fato*, quem ait Allatii beneficio in lucem proditurum, quod haud factum est. [v. ad nr. 19.]

pp) Idem argumentum publicauit Allatius libro de mensura temporum cap. XI. p. 133. seq. edit. Colon. 1645. 8. et *Lambecius* VII. p. 173. [p. 365. sqq. Kollar. quem vid. nr. 1. cod. XCI. conf. supra, notam ad nr. 14.]

qq) Laudatus *Boiuinus* ex Gennadii epistola ad Ioannem Exarchum negat, libros hos ab ipso vulgatos Plethone adhuc superstite, sed pressos potius et clam habitos, donec post ipsius obitum a Demetrio Palaeologo despota proderentur. Criminationem tamen de mala Plethonis aduersus christianam religionem intentione non putat fundamento aut veritate destitutam, ita vt Bessario quoque, licet Plethonem magistrum suum coleret alioqui et magni faceret, tamen noluerit in opere aduersus calumniatorem Platonis vel verbulum pro defendendo Plethone facere.

ſibi a non minus Mahumetana doctrina pernicioſis dogmatibus; in quo iniquiores ſe aliis, et quam par erat, praeſtitere *Georgius Trapezuntius* in comparat. Platonis, et Ariſtotelis cap. penultimo lib. 3. [P] *Manuel* magnae eccleſiae rhetor aduerſus Plethonem de proceſſione Spiritus ſancti, ex ſententia quoque Scholarii patriarchae: *καθάπερ τηνικαῦτα τοιοῦτοι τινὲς ἦσαν λογικῆς μὲν παιδείας, ἢ πρὸς βραχὺ, ἢ οὐδαμῶς μετασχόντες* etc. [P] *Quemadmodum tunc temporis tales quidam erant, quibus logicae artis aut parum, aut nihil inerat, iniquiſſimi vero rumoris a plano diabolo ſparſi inconſiderati, quemadmodum vt plurimum leuiſſimae veluti paleae homuncionem plebeculae contingere ſueuit, ſectatores. Sed magnus grandisque ſanctitate et vere beatiſſimus patriarcha Gennadius cognomento Scholarius non tantum in externa, ſed noſtra diuina doctrina adfluenter nimis, ad extremum vsque perſpicacitatis pertingens, vt vtriusque ſapientiae perennis fluuius omnium teſtimonio comprobatus, vt plane quibus aliquid logicarum diſciplinarum in pectore eſt, ex illius commentariis manifeſtum eſt. Hic ſanctiſſimus ac diuiniſſimus vir, perbelli noſtri Gemiſti rebus examinatis, duplicique illi innata pernicie atque hebetudine perſpecta, hunc in modum de eo ſententiam tulit. Quamquam ante hos paucos dies Pletho gentilium Deos complures rurſus reſtituere conatus ſit, id hebetis illius conſilii ac intellectus vitium fuit, et nos in eius amentiam plurima ſcripſimus, ne quis e ſimplicioribus inani illius ſapientiae famae credens, diſcrimen adeat. Mathematicis namque diſciplinis, ſed illis, quae ex triuio erant, inſciebatur, a quibus nullum fructum perceperat. Eloquentiae operam dedit, ſed in impiiſſimis ac ſtultiſſimis ſcriptionibus; idque optimo Latinorum prouerbio exprimitur, purus Grammaticus, purus Aſinus, rudis adeo, nihilque a vili vulgarique hominum genere differens in veritate ac mendacio diiudicandis. Quare quilibet eum facili negotio refellebat, et puero, dummodo puer aliquid tentandi cauſa mentiretur, reſpondere haud poterat. Quapropter tanto errore [P] leuis ille abreptus eſt.* Theodorus item Gaza lib. de menſibus cap. 16. *τίνες δ' ἂν εἶησαν ἱερομηνίαι, Πλήθωνι μὲν ἥρμοττε φαίνεσθαι, ὡς δή τινας ἑτέρας τῶν ἡμῖν νομιζομένων νομοθετοῦντι. ἡμῖν δ' ἥκιστα δεῖ ἄλλως τε καὶ μὴ περὶ τούτου νῦν ὄντος τοῦ λόγου. Ceterum qui dies forent celebres feriatique, Plethoni quidem non erat indecens recenſere, vt qui alios dies feſtos, quam qui a nobis recepti ſint, conſtituat. Nobis vero id minime opus eſt: quum de his in praeſentia ſermo ſuſceptus non ſit,* et alibi ſaepius hominem latenter carpit; an merito, iudicent alii. Ego dixerim Plethonem eloquentia, ingenii acumine, et diſciplinis omnibus excelluiſſe, et adſidua ſcriptorum lectione ſuppellectilem ſibi multam, ac tantam comparaſſe: hinc eruendis e latebris philoſophorum, et Platonicorum potiſſimum ſententiis, iisque ſcripto tradendis, plus quam par erat, materiae addictum animum aduertiſſe, et ſtudio pertinaci contra ſentientium opiniones dente etiam maledico vellicaſſe, non, vt eorum praua dogmata de nouo, quae docte ipſe refellit, in hominum animos per ſe infixa prorogaret, ſed vt ex tam vaſto, ac lacrumabili naufragio tabulas diſciſſas, ac vagas in vnum veluti portum ſanas atque incolumes recolligeret; indeque maieſtas chriſtianae religionis, ac veritas dilucidior adpareret, quod et ſanctiſſima noſtrae religionis capita ante, et poſt Plethonem, non contemnendo neque illaudato labore, diligentia, et admodum proficuo ſtudio confecerunt, neque illos quisquam de impietate poſtulauit. Quid enim vetat antiquorum arcana et caerimonias comprobando, ſine offenſa chriſtianae rei, neſcientibus pandere. At hymnum conſcripſit, eumque in ſolem, elegantiſſimum. Fateor. Ideone ſolem tamquam Deum laudauit, retulit in Deos vt Deum, ad eumque tamquam ad Deum,

Deum, manus supplices tetendit? Fabulae. Admirandam planetae splendidissimi vim, profusa in genus humanum beneficia, Dei omnipotentis ad quemlibet nutum seruum irrequietum, ac fidum ministrum expressit. Aliam ab christiana non post multos dies religionem futuram adseuerauit. An hoc in gentilismum degenerare? An hoc pietatem deierare fuerit? Hoc quoque aeuo a prudentissimis et piissimis hominibus, dum praui hominum mores quotidie in peiora ruentes, ita vt nullam pietatis, nullam bonitatis christianae speciem prae se ferant, conspiciuntur, fidem ac religionem christianam in aliam, atque aliam, formam commutatam, ruituram tandem in externum quippiam adseueratur continuo, et vultu tristi illacrumatur. Quid mores ad religionem ipsam? Quid vsus ad [P] dogmata? Fidei finem ego non video. Non probo. Ad exitum vsque mundi, vitae hominum suppar producetur; ideone et probati ac christiani mores semper perstabunt, neque in vitia a pietate christiana et religione longe aliena degenerabunt? Illud verum est, Plethonis ingenium, licet aduersariis reprehensum sit, numquam tamen eius vitae institutum ab illis etiam, qui eius omnia arguerunt, fuisse damnatum. Vt hinc arguas, tali viro simile facinus non potuisse, nisi per scelus omne adpingi. Dum ergo Trapezuntius, Scholarius, aliique in Platonem, tamquam scriptorum omnium perniciosissimum inuehuntur, Pletho Platoni addictissimus, non potuit neque crimen inconstantiae, neque calumniarum effugere. Haec de religione. Quid de doctrina, et eloquentia, quae in eo Scholarius,[rr]) sed fere solus desiderat. Ne verbis rem agere videar, ab hostibus testimonium sumam. Bessario ad Apostolium, *σοφὸς τε καὶ μεγάλης τῷ ὄντι εὐφυΐας ὁ ἀνήρ. Sapiens, et magna, vt verum fatear, vir ille dexteritate ingenii fuit.* Trapezuntius loco dicto, *Gemistus non minor eloquentia Platone, non inferior scientia illi.* Et, *Gemistus, exstant enim nonnulli, Romaeque inueniuntur scripta ipsius, sic ornate eleganterque scribit, sic Platonis figmenta breuiter, distincteque refert, sic gentilitatis opiniones defendit, sic nostras crediderim in illis ab eo libris oppugnari, vt nemo nisi doctissimus in eum mutire possit.* Et, *hic sermone grauissimus, doctrina callidissimus, causa longe superior, non enim noua excogitat, sed vetera nouis rationibus reuocat.* Et Theodorus Gaza cap. 1. de mensibus, *καὶ Πλήθων δ' ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν. Et Pletho hoc saeculo vir celebris.* Et, *καὶ τοι τἄλλα τὰ περὶ τὴν φωνὴν ἐπεσθαι προθυμούμενος Ἀττικοῖς, καὶ σφόδρα περὶ τοῦτο σπουδάζων. Tametsi in ceteris rebus, quae ad vocem spectant Atticos aemulari magnis votis expetit, in eoque sedulo operam nauat.* Concludam testimonio Michaelis Apostolii, qui aliquando ex Plethonis amore insaniit: *ἀνδρὸς οὐ μόνον τοῖς νῦν ζῶσι αἰδεσίμου, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει, καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, εἴγε κατ' ἐκείνους ἐγένετο ὁ ἀνήρ. Viri non tantum iis, qui nunc viuunt, sed ipsi etiam Aristoteli, omnibusque veteribus, si eorum aetate fuisset, venerandi.* An ergo sapientia, vel eloquentia defuit Gemisto, quam illi vindicant, et plenis buccis adserunt aduersarii? Et reuera Scholarii et Manuelis sententia, non ex iudicio, sed rabie et calumniandi libidine effusa est. Est enim Pletho, stilo quidem accurato, eleganti, presso, Attici succi pleno, sententiis graui, argumentis vehemente, eruditione vero, et antiquarum rerum congerie quandoque [P] obscuro atque difficili; non tamen ob Gratias ac Veneres, quibus vbique dictionem adspergit molesto: adeo vt cum antiquis nec immerito aequiparetur, sui aeui scriptoribus a plerisque anteponatur. Ego

N 2 sane

rr) Confer, quae Allatius infra pag. 406. [780. ed. vet. Fabr. quae tamen in hac ed. omisimus.]

ſane quum illius aliquid lego, vetuſtiſſimae antiqpitatis fucum et venuſtatem plane Atticam, quidquid alii parum aequi dicant, admiror. In bibliotheca Barberina cod. CCLXIII. habetur: Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον ά. *Plethonis de legibus liber primus*. Sunt tantum capita ſex. In quibus adnotauit, neſcio quis: *hoc tantum ex diuino illo volumine politicorum, ſiue de legibus Gemiſti ad nos peruenit, reliquum ſacrilegus Scholarius flammis conſumſit; veterique odio et inimicitiis adeo indulſit, vt ne communi quidem utilitati pepercerit, ſaeuiens in libros, quando in auctorem nequiuerit. Allat.* *Monac.* in cod. Bauar. XLVIII. ſub finem eſt ex *Plethone* fragmentum, quod cl. *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 6. p. 18. videtur eſſe fragmentum libri de legibus, et in quo varii coitus illiciti, et poena cuilibet ſtatuta enarrantur. *Harl.*

24. In rebus noſtrae fidei ſcripſit, περὶ τῆς ἐνσαρκώσεως τȣ̃ Υἱȣ̃ τȣ̃ Θεȣ̃. *De incarnatione filii Dei.* Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τȣ̃ ἁγίου Πνεύματος. *De proceſſione Spiritus ſancti* contra Latinos, vel hac inſcriptione: ἀπόδειξις, ὅτι ἐκ μόνȣ τȣ̃ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ȣ̓δὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται. *Demonſtratio, Spiritum ſanctum ex patre ſolo procedere, neque inde aliquod ſequi abſurdum.* P. τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἧκον. ss) Qui quum ex fundamentis gentilium philoſophiae ad id probandum argumenta petiiſſet, neque Graecis ipſis ex ſchiſmate ſatisfecit, quin ex iis Manuel Peloponneſius, magnae eccleſiae rhetor, qui ſub patriarcha Pachomio tt) viuebat, vt de eo tradit in hiſtoria eccleſiaſtica Manuel Malaxus, uu) ita argumenta Plethonis libro de hac re edito, cuius illud principium eſt, μηδέπω κρίνας ἄνδρας ἀδαίμονας ἐάσῃς, refellit; vt non minus eum in hoc libello, quam alii in libris de legibus, impietatis ac gentiliſmi accuſaret. Verba Manuelis, quia non ita omnibus in promtu ſunt, ſed non omnia, hic adponam. ὁρᾶ γάρ μοι τὸν ἀθεώτατον Γεμιστὸν ἐν τῷ σφετέρῳ τῷδε [?] συγγράμματι κριτὴν καθιστῶντα ἑαυτὸν ἐν πράγμασιν, ὧν τῆς ἀκριβȣ̃ς καταλήψεως ἐπίσης φαινόμενον ἐπιτυγχάνοντα. λεληθότως δὲ τὴν μὲν Χριστιανικὴν σοφίαν διαχλευάζειν, τὴν δὲ Ἑλλήνων μιαρὰν δογματίζων θεοπλαστίαν πειρώμενον. ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις, φησὶ, διάφοροι, καὶ αὐτὰ ἂν εἴη ταῖς ȣ̓σίαις διάφορα. Et, ὁ δὲ ματαιόφρων Πλήθων μόνον διασύρειν βȣλόμενος τὰ ἡμέτερα, αὐτὴν τὴν τȣ̃ εὐαγγελίȣ ῥῆσιν γυμνὴν λαμβάνων εἰς τȣ̓ναντίον οἴεται ἀπάγειν τὸν λόγον λυσσῶν ἀκρατῶς κατὰ τῆς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν θεοσοφίας. καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν ὅλον τὸ τοιȣ̃τον σύγγραμμα καθ' ἡμῶν ὑπȣ̓λως συντεταχὼς φαίνεται, ὅπερ ἡ σαθρότης τε καὶ παχύτης δήλη παντὶ τῷ λογικῆς εὐμοιρȣ̃ντι παιδείας ἀμηγέπη καθέστηκε, τοῖς δὲ κατ' ἐκεῖνον, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκείνȣ ἀλόγως τε καὶ κτηνωδῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνδραποδωδῶς παρεπομένοις δόξειεν ἀντιλέγειν. *Conſpice namque quaeſo impiiſſimum Gemiſtum in ſuo commentario iudicem ſemetipſum conſtituentem in rebus, quarum exquiſitam comprehenſionem plane nullam*

ss) Praeter breuiorem huncce, etiam alius copioſior eiusdem argumenti Plethonis liber ex Chio adlatus memoratur ab *Allatio* lib. 3. de conſenſu c. 3. §. 6. qui incipit: βιβλίον τό γε ἐς ἡμᾶς ἧκον πρῶτον ἄρχεται τȣ̃ τῇ σφετέρᾳ δόξῃ ἀμύνειν. *Puto,* inquit Allatius, *id opus a Gemiſto, antequam in concilium* (Florentinum a. 1438) *veniret, cum quilibet ſe praepararet ad pugnam, vt aliquid dixiſſe videretur, conceptum excluſumque fuiſſe.* Gemiſti ſermones in concilio Florentino habiti referuntur a *Silueſtro Sguropulo* in hiſtoria illius concilii p. 155. 197.

tt) Circa a. 1510.

uu) Apud Cruſium in Turco-Graecia p. 146.

nullam possidet. Hic latenter christianam sapientiam contemtimque lacessit, Gentilium exsecrandam deorum confictionem quasi dogma hominibus propinare contendit. Quorum facultates, ait, diuersae sunt, ea essentia quoque diuersa sunt. Et, *mente captus Pletho tantum nostra contemnere, ac ludibrio adficere volens, ipsum euangelii dictum nudum arripiens in contrarium rapere sermonem opinatur, effuse furens contra Christianorum diuinam sapientiam: et, vt verbo dicam, totum commentarium contra nos subdole videtur scripsisse, cuius imbecillitas et hebetudo cuilibet logica doctrina imbuto perspecta est; sequacibus vero illius, et iis, qui sine ratione, bestiarum in modum, imo seruorum dicta sequuntur, contra aliquid apponere iudicabitur.* Liber prostat MS. in bibl. Vaticana, Augustana, Ambrosiana, et alibi. *Allat.* De codd. Vatic. aliisque v. quos citat *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. ind. voc. *Gemistus* et *Georgius Gemistus.* De cod. bibl. Augustan. v. *Reiser* indic. MSS. bibl. August. pag. 90. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CMXLIX. nr. 6. et MMXLV. nr. 2. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCXI. Gemisti πρὸς τὸ ὑπὲρ τοῦ λατινικοῦ δόγματος βιβλίον· inc. τὸ ὑπὲρ Λατίνων· v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 204. nr. 44. Idem *Matriti* in bibl. reg. cod. CXV. nr. 128. et adscripta Constantini Lascaris nota docet, scriptum esse contra *Argyropuli* librum de Latinorum dogmate, (de quo vide supra, vol. XI. p. 464. sq.) v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 459. et *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 245. — *Florent.* in bibl. *Laurent.* XVIII. nr. 8. plut. 56. est liber, a Fabricio in nota ad initium huius §. memoratus, at inscriptus: *Gemisti* πρὸς τὸ ὑπὲρ Λατίνων τοῦ Νικαίας βιβλίον, καὶ τοῦ Νικαίας ἀπολογίαι· καὶ τοῦ αὐτοῦ Πλήθωνος ἐπὶ τῷ τέλει ἀντίρρησις· *aduersus librum Nicaeni pro Latinis, cum eiusdem Nicaeni responsionibus, et in fine ipsiusmet Plethonis contradictio:* incip. τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἧκον, ἄρχεται μὲν τοῦ τῇ σφετέρᾳ ἀμύνειν δόξῃ. Nicaeni apologia s. responsiones ad marginem sunt adscriptae. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. II. pag. 318. *Harl.*

25. Eiusdem *varia* asseruari dicuntur in bibliotheca Augustana; index manuscriptus; [v. *Reiser* Indic. cit. pag. 85.] Veneta S. Marci, quae fuit Bessarionis, scam. 32. num. 22. [v. supra ad nr. 2. et 8.] et Neapoli in coenobio Augustinianorum sancti Ioannis de Carbonaria, [v. supra ad vol. V. p. 797. nr. 22. et *Montfauc.* diar. ital. p. 311.] Ambrosiana, *Prosphonematicus* vv) qui an idem, vel diuersus cum aliquo ex supra recensitis sit, ignoro.

26. Aliquando *versibus* etiam lusisse, dignis illis quidem tanto philosopho, sed paucis admodum, tradit Lilius Gyraldus dialogo 2. de poetis sui temporis. Summa senectute confectus, tamquam qui centum annos natus, si Trapezuntio ww) credimus, obiit. Funus [P] illi satis amplum oratione encomiastica *Hermonymus Charitonymus*, et *Gregorius* monachus fecere. Vtraque in Augustana bibliotheca exstat. [v. *Reiser.* ind. cit. p. 90.] Reliquit Demetrium et Andronicum, filios, vt ex epistola ad eosdem xx) post Plethonis obitum ab

vv) Fuit iam supra, p. 386. [p. 95.]

ww) Libro 3. comparat. Platonis et Aristot. Cui adde, quod magistratum in Peloponneso gerere et admodum senem esse Plethonem scribit a. 1441. Franciscus Philelphus libro V. epist. ad Saxolum Pratensem.

xx) Haec Bessarionis epistola exstat etiam in Allatii lib. 3. de consensu c. 3. p. 937.

ab amico Bessarione cardinale inedita adhuc manifestum fit. [Exstat haec epistola *Vindob.* in cod. caes. CCLVII. nr. 9. et CCLXXVI. nr. 1. v. *Lambec.* V. p. 367. et 462. Kollar. et *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCCXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 152. eumprimis cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. p. 212. qui quoniam docuit, in hac Allatii editione omnia esse corruptissima, nolui epistolam illam Bessarionis vti Allatius eam ediderat, h. l. repetere. *Harl.*] [P] In calce epistolae distichon ac tetrastichon in eumdem Gemistum addebatur, incultum vtrumque, barbarum, nullo syllabarum metro, nullo numero confectum: indicium tamen amici animi, quem ne fraudemus, vt vt est, vtrumque hic exscribemus. Non omnia possumus omnes.

Γαῖαν σώματι, ψυχῇ δ' ἄςρα Γεώργιος ἴσχει
Παντοίης σοφίης σεμνότατον τέμενας.

Terram corpore, animo stellas Georgius possidet, vniuersae sapientiae venerabilissimum templum. Et,

Πολλὺς μὲν φῦσεν ἄνδρας θεοειδέας Ἑλλάς.
Προὔχοντας σοφίῃ, τῇ τε ἄλλῃ ἀρετῇ.
Ἀλλὰ Γεμιςὸς ὅσον Φαέθων ἀςέρων παραλλάσσει
Τόσσον τῶν ἄλλων ἀμφοτέροις κρατέει.

Multos quidem procreauit homines Deo similes Graecia, sapientia atque alia virtute eximios. Sed Gemistus quantum Phaethon stellis superior est, tantum alios in vtroque vincit.

LVI. GEORGIVS, siue Gregorius HERMONYMVS, siue Charitonymus. yy) Hermonymus Spartiata, quisnam, et quodnam vitae institutum sequutus fuerit, habeto tibi ex clarissimo Naudaeo nostro in additamento ad historiam Ludouici XI. cap. 7. *Gregorius Typhernas primus Graecorum ab expugnata Constantinopoli Lutetiam venit, et, sistens se coram rectore academiae dixit, sibi in animo esse graecas literas eadem in academia publice docere studiosos: petiitque eo nomine stipendium, quod a sacris canonibus linguarum magistris decernitur. Hoc vero licet nouum atque insolens videretur in homine praesertim externo et paupere, nihilominus blande acceptus fuit, et praemium industriae suae tulit adeo eximium, vt Hieronymus Hermonymus Spartiata, Tranquillus Andronicus Dalmata, et Ianus Lascaris, illi quidem regnante Ludouico XI. hic vero dum Carolus VIII. rerum potiretur, Lutetiam accedere postea, idemque sibi munus deposcere non dubitarint. Et Georgius in primis non minus suo, quam Ioannis Reuchlini* zz) *viri admodum celebris merito inclaruit; siquidem non veretur* [P] *hic in prae-*

yy) Hermonymum diuersum esse a Charitonymo, iam ostendi supra ad vol. XI. p. 635. ibique plura de *Georgio Hermonymo* et ibid. p. 593. de *Charitonymo Hermonymo* adnotaui. *Harl.*

zz) Non Reuchlini modo, sed etiam Guilelmi Budaei praeceptorem fuisse hunc Hermonymum, ait *Montfauconus* p. 99. Palaeographiae Graecae, vbi addit, eum scripsisse manu sua codices graecos aliquot, qui nunc sunt in bibliotheca regis christianissimi et Liturgiam S. Ioannis Chrysostomi, quam habuit Baluzius.

praefatione rudimentorum hebraicorum fateri, se Hermonymo debere, quod linguae graecae ignarus non esset, illudque rursum insinuat, tum in epistolis, quas ad ipsum e Germania scripsit, tum etiam in alia, quae ad Iacobum Fabrum Stapulensem destinata est, ex qua tamquam non passim obuia in bibliothecis, verba, quae sequuntur exscribere non absurdum duxi. Quodque non ignorarent, me ante omnes annis circa quadraginta rursus Alemaniae scholam graeca elementa docuisse, quae ipse ego quondam in vestra Gallia ex discipulis Gregorii Typhernatis adolescens Parisiis acceperam anno Dom. CIↃ CCCC LXIII. *quo in tempore illic et Ioannem Lapidanum theologiae doctorem in Grammaticis ad Sorbonam, et Guilielmum Sardinum Aceisiensem in vico S. Genovefae, et Robertum Gaguinum apud Mathurinos in rhetoricis praeceptores audiui. Demum post aliquot annos e Sueuia rediens ad Parisios Georgium Hermonymum Spartiatam graece docentem assequutus sum.* Fuit Sixto Quarto familiaris, cui in grauissimis etiam negotiis inseruiit. Habeo ex nota eiusdemmet Georgii in fine Cointi Smyrnaei ab eodem diligentissime exarati, adseruatique in bibliotheca Barberina sub num. 170. ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον ποίησιν περιέχον Κοΐντε Καλαβρε ἐπισρέψαντός με ἐξ Ἀλβιώνης τῆς Βρεττανικῆς νήσε ἐν πόλει τε Παρισίε ἐν τῇ Γαλλίᾳ χειρὶ Γεωργίε Ἑρμωνύμε, τε Σπαρτιάτε, πεμφθέντος ὑπὸ τε μεγίσε ἀρχιερέως Σίξτε τετάρτε ἐπ' ἐλευθερίᾳ τε ἀρχιεπισκόπε τῆς Ἰόρκης ἔτει ἀπὸ Χρισε γεννήσεως αυος'. τρίτῃ φθίνοντος Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς κατὰ Ἀθηναίες, ὃν Ἰένιον Ῥωμαῖοι καλεσιν. *Absolutus est liber continens poëma Cointi Calabri, postquam ex Albione Britannica insula Lutetias in Galliam commeassem, manu Georgii Hermonymi Spartiatae, qui a maximo pontifice, Sixto quarto, missus fueram ad liberandum Vrouici episcopum, anno a Christo nato 1476. Hecatombaeonis mensis secundum Athenienses, quem Iunium Romani dicunt, die vigesima octaua.*

Vertit e graeco in latinum, libellum Gennadii Scholarii patriarchae, qui *vita salutis hominum* adpellatur, editum sub Gregorii Hermonymi nomine Basileae in folio 1556. in Haeresiologia a) cum aliis auctoribus cum graecis, tum latinis, qui pro catholica Christi ecclesia contra haereses scripserunt, et tamen in praefatione ad Ioannem episcopum [?] Wismariensem Ioannes Dola b) de Albo Castro Graecus dicit se praedictum librum de graeco latinum fecisse.

Item vertit e graeco in latinum Mahumetis vitam. Edidit sub Georgii nomine Robertus Winter Basileae in 8vo 1541. cum aliis.

Item Charitonymi Hermonymi capita X. demonstratio, *Christum esse filium Dei, et Deum.* Χαριτωνύμε Χρισωνύμε ὀκτώ εισι ταῦτα τὰ κεφάλαια σὺν ἄλλοις τισὶν ἀποδεικνύντα, ὡς ὁ Χρισός ἐςιν υἱὸς τε Θεε, καὶ Θεὸς ἀναντιῤῥήτως, καὶ ἀναμφιβόλως, καὶ ἄλως ἀδύνατον. Graeco latina cum notis ex manuscripto codice bibliothecae Augustanae iam-

a) pag. 797 – 802. latine, graecis omissis.

b) Ioannes Polo, nobilis vir de Albo Castro in praefat. libello praemissa ad Ioannem Wormatiensem episcopum: *Quam postmodum ipsemet* (Gennadius) *volente imperatore* (Turcarum Mahamete) *scripturae commisit, quod tum nuper ex Asia ab oratoribus magni Turci ad te dignissime princeps aestimaueram, graece scriptum delatum esset, latinum feci* (i. e. curaui faciendum) *tuaeque dignitati dedicare mihi persuasi.*

iamprimum edita a Ioanne Voegelino c) vna cum Cyrilli, Damasceni, et Pselli opusculis Augustae apud Georgium Viller, et Sebastianum Mylium 1608. in 8vo. d) Editumque videtur ex autographo auctoris; quum enim ipse in decimo argumento dicat, ἐπείγομαι γὰρ στενοχωροῦντος τοῦ χάρτου, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον μηκύναι μὴ συγχωροῦντος. *Vrgeor enim charta propter angustiam deficiente, et propterea longius haec producere non permittente.* Notat Voegelinus, in manuscripto paginae omne spatium scriptura repletum esse. Argumenta, quum in infideles, et Turcas potissimum, qui sacra non admittunt, producantur, neque ex sacrarum litterarum, neque patrum testimoniis, sed ex aliis rationibus deducuntur.

Nondum vulgata est *Monodia in Georgii Gemisti obitum* cum epigraphe, *Hermonymus Charitonymus* habetur in bibliotheca Augustana, [v. ad §. LV. nr. 26.] cum alia in eiusdem *Gemisti obitum monodia, scriptore Gregorio monacho.*

LVII. De GEORGIO SCHOLARIO verba facturis, illud ante omnia expediendum est, plures ne, an tantum vnicus Georgius Scholarius eadem aetate vixerit. Vnum fuisse e) patria Constantinopolitanum [P] philosophicis disciplinis, et reliqua literatura doctissimum, qui cum Ioanne Palaeologo in Italiam ad concilium Florentinum venit, in quo et de auxilio patriae ferendo, et de pace plures, atque elegantissimas orationes composuit, postmodum cum imperatore Constantinopolim regressum, capta euersaque Vrbe a Turcis, cum Turcarum imperator Graecis, vt patriarcham sibi pro more eligerent, praecepisset, inuitum patriarcham creatum, nomenque in Gennadium mutasse, et quum non vltra annos quinque et menses sedisset, negotiorum mole, ac turbarum fluctibus perterritum throno renunciasse, et sibi vixisse, videntur narrare in Turco-Graecia historia ciuilis Constantinopolitana, Gregorius Franza lib. 3. cap. 19, Chalcondylas de rebus gestis Turcarum, et alii, sed omnium recentissimus Manuel Malaxus in historia ecclesiastica. f)

Ioan-

c) *Wegelino,* Augustano.

d) Exempli mei titulo inscriptus annus 1611. Augustae Vindel. apud Dauidem Francum pag. 163-185.

e) Licet tres Georgios Gennadios infra fingat Allatius, tamen vnum fuisse, qui tres personas solus sustinuit, et vni omnia illa, quae sub trium nominibus ille refert, esse tribuenda non dubitabit, qui legerit ea, quae ex eruditiss. viri Eusebii Renaudoti obseruationibus ad Gennadii homilias Paris. 1709. 4. editas supra exhibui. [vol. XI. p. 349. not. *b.* vbi per totam §. 11. copiosus est Fabr. de Gennadio. Hinc h. l. plura resecui. *Harl.*] De eodem Nic. Comnenus, Graecus ipse pag. 44. praenot. mystagog. *Vir ille in omni litteratura conspicuus, diu Photianus, mox agnita veritate Graecus ingenuus,* (sic Comnenus adpellat Romanis fauentem,) *interfuit aulicus synodo Florentinae, declamantem Ephesium audiuit, denique post catastrophem imperii nostri, sacris Graeciae totius praefectus CPol. patriarcha contra vos,* (Photianos) *Turcis imperantibus scripsit, totique Graeciae videnda, quae scripsit, exposuit.* Vnum esse Gennadium, quem in duos vel tres distraxere Allatius et Caryophylus, obseruauit etiam *Rich. Simon* in libro, gallice edito de transsubstantiatione contra Thomam Smithum. *Fabr.* Allatii opinioni subscribit *Lambec.* V. p. 460. sqq. vbi in codd. caes. CCLXXV. et CCLXXVI. *Georgii Scholarii liber secundus de processione Spiritus S. aduersus Latinos* adseruatur, eumque ab altero eiusdem temporis Georgio Scholario, post electionem in patriarcham CPolitanum *Gennadio* dicto plane diuersum esse iudicat; sed *Kollarius* in not. *A.* Eusebii Renaudoti sententiam veriorem adprobat. *Harl.*

f) In Crusii Turco-Graecia p. 107. et p. 120.

[P] Ioannes Matthaeus Caryophylus, g) Iconienſis epiſcopus in praef. quinque capitum concilii Florentini, quae ipſe vernaculo Graecorum ſermoni donauit, ad lectorem, et in Nota ante orationes Georgii Scholarii poſt concilium editas, quum videret ſub Georgii Scholarii nomine duos commentarios diuerſos, aduerſosque in eodem argumento, vnum contra Latinos pro Graecis, alterum contra Graecos pro Latinis, neque poſſet tantam rei diſcrepantiam concordare, in eam iuit ſententiam, vt adſereret, duos fuiſſe Georgios Scholarios, vnum, qui concilio Florentino interfuit, et pro Latinis contra Graecos ſcripſit, quique ſine vlla dignitate laicus ante captam Conſtantinopolim obiit: alterum Marci Epheſii alumnum, numquam in opinionem Latinorum abreptum, et qui poſt ereptum Graecis Byzantium, patriarchatum occupauit, calamo ſtricto contra Latinos inſaniit. [P] Probari poteſt. Scholarius antiquior multa dixit, et ſcripſit in ſynodo, et poſt ſynodum: poſterior ait, conſulto tacuiſſe ad illud tempus, quum contra Latinos ſcriberet, ſed iam tum ſuſcipere patrocinium diſſenſionis; familiaris, diſcipulus, et ſectator Epheſii. *ὃ δὴ καὶ περὶ ἐμοῦ σφᾶς πεποίηκεν, ἢ ἀμφιγνοεῖν, ἢ τἀναντία δοξάζειν, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς καιρὸν ἐχούσης σιωπῆς ἡμῶν, πλανωμένους, ποτὲ δὲ τὴν ἐν λόγοις, ἢ πράγμασιν οἰκονομίαν ἡμῶν κατὰ τὸ δοκοῦν σφίσι παρερμηνεύοντας, ἔστι δὲ ἃ καὶ συκοφαντοῦντας. ἔδει μὲν τοίνυν καὶ διὰ ταῦτα λόγον συγγράψαντα, διορθώσασθαι μὲν αὐτῶν τοὺς μὴ καθάπαξ ἀνιάτως ἔχοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην, καὶ σύντροφον αὐτοῖς τε καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δόξαν ἐπαναγαγεῖν.* Et, *οὔτε γὰρ ἀμφιγνοήσει τις λοιπὸν, οὔτε συκοφαντεῖν προαχθήσεται, τῆς ἐμῆς γνώμης ἐκδήλου γεγενημένης, ὅτε ἔμελλεν ὡριμωτέραν μὲν εἶναι καθ᾽ ἑαυτὴν, ὠφελιμωτέραν δὲ ἢ πρόσθεν, τοῖς τῆς ἀληθείας φίλοις ἐκτίθεσθαι, τούτων μὲν ἕνεκα τὸν παρόντα λόγον ἐνεστησάμην. Quod quidem in cauſſa fuit, vt de nobis vel dubitarent, vel contraria ſentirent, quandoque propter noſtrum diuturnum ſilentium eluſi, quandoque etiam noſtram, aut in ſermone, aut rebus diſpoſitionem pro libidine perperam exponentes, quandoque etiam calumniantes. Oportebat itaque propter iam dicta commentarium ſcribere, eosque, qui non deſperata ſunt valetudine corrigere, et ad antiquam illam, et vna cum ipſis, et Chriſti eccleſia opinionem educatam reducere.* Et, *neque enim quis in poſterum dubitabit, neque ad calumnias confugiet, mea ſententia in publicum prolata, quum ex ſe ipſa opportunior, magisque quam antea proficua veritatis ſectatoribus eſſet futura. Horum quidem cauſſa praeſentem ſermonem inſtitui.* Et ad calcem libri illa ſuggerit: *Ἐμαυτοῦ δὲ πρὸ πάντων κατηγορῶ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν θρηνῶ, ὅσοι τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις ἑκόντες, ἢ ἄκοντες, καὶ ἢ καθάπαξ, ἢ ἐκ μέρους τινὸς ἐνεσχέθημεν, ἢ δυνάμενοι λαλεῖν ὅμως ἐσιγῶμεν ὑποστελλόμενοι. Me ipſum prae omnibus accuſo, et lugeo praeterea nos omnes, quotquot rebus illis ſponte, aut vi in totum, vel ex parte interfuimus, qui cum loqui poſſemus, tacebamus tamen, et metu ſermonem reprimebamus.*

Subdit Caryophylus. *Ille,* nempe antiquior, *ante excidium orientalis imperii ceſſit e vita, hic captam vidit Conſtantinopolim. Ille numquam ſacris initiatus obiit, hic patriarcha-*

tu

g) Conf. autem ſupra in vol. XI. p. 363. ſqq. §. 23. ſqq. *Harl.*

tu accepto, et mutato nomine dictus fuit Gennadius. Haec omnino temere adserta probare debuerat Caryophylus. [P] Quanto cautius alibi loquutus in re obscurissima fuit. ἦν δὲ οὗτος, ὡς ἔοικεν, συνήθης, ἢ καὶ μαθητὴς Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Erat autem hic, ut videtur, familiaris, siue etiam discipulus Marci Ephesii.* Sic cum ait Scholarium antiquiorem Constantinopoli rogatu Gregorii tunc Protosyncelli, deinde patriarchae, complura Marci Ephesii argumenta contra Spiritus S. a Filio quoque processionem valide confutasse: sed interea eo vita functo, Bessarionem reliqua Marci sophismata diluisse, nullo probatorum scriptorum dicto confirmata, eludit nos in alea, et somnos narrat, vt ex iis, quae infra, dum de illo Georgii opusculo contra Marcum sermonem habebimus, manifestum erit. Illa mecum Caryophylo conueniunt, duos fuisse, et eodem tempore Georgios Scholarios vtrosque cognomento, non indoctos, neque ineruditos; verum tamen non vno animo, nec eorundem defensores, sed sententiis et voluntatibus discordes. Hic Latinos, ille Graecos ad extremum vsque spiritum oppugnarunt. Bene. Cetera non adsentior Caryophylo. Scholarius qui Graecorum causam egit inglorius, absque vlla patriarchatus dignitate, et forte ante excisum Byzantium, monachi tantum habitu Georgium in Gennadium commutans fato functus est. Habeo ex titulo syntagmatis: Γεωργίου, τοῦ Σχολαρίου, τοῦ ὕστερον γενομένου Γενναδίου μοναχοῦ. *Georgii Scholarii, qui demum Gennadius monachus factus est.* Nulla hic patriarchae dignitas, quam nec ipse, nec post illum exscriptores operis, saltem pro dignitate operis, et nomen adeo carum, quo, postquam inditum illi fuerat, tantum delectatus est, vt numquam in posterum alio quam ipso publice et priuatim compellari et scribi, Georgii obliterato, voluerit, siluissent. Hinc scripta illius omnia post patriarchatum sub Gennadii Scholarii nomine, nulla alterius facta mentione innotescunt: quod aliter in syntagmate cernitur, quum primum et praecipuum Georgii, Gennadii tamquam minus notum nomen praefigatur. Scripsit ante patriarchatum initum syntagma illud: Falsum. Monachus enim non potuit, nisi post patriarchatum fieri; cum ante e laico in dignitatem euectus sit. Quare si monachus, ergo iam fuerat patriarcha; si ante monachus, quam patriarcha, ergo alius a Scholario catholicae doctrinae assertore. Nec alium fuisse existimo, quam quem Cortesium Scholarium in aliis operibus manuscripti codices indigitant, et presbyterum, ad quem Marcus Ephesius epistolam contra ritus et sacrificia romanae ecclesiae direxit: ἐντιμότατε πρεσβύτερε, καὶ ἡμῖν ἐν Χριστῷ ποθεινότατε ἀδελφὲ κύρι Γεώργιε, τοῦ Θεοῦ [P] δέομαι ὅπως ὑγιαίνῃ ἡ ἁγιωσύνη σου, καὶ ἐπὶ πᾶσι καλῶς ἔχῃ. *Honoratissime presbyter, et nobis in Christo dilectissime frater, domine Georgi. Precor Deum, vt sospes sit sanctitas tua, et in omnibus bene se habeat.* P. τὴν γραφήν σου δεξάμενος. Ad quam epistolam satis fusam responsionem Andreae archi-episcopi Colossensis ad ciues Methonenses per modum dialogi, beneficio tum antiquae, tum recentis ecclesiasticae historiae condi Ferdinandi Vghelli abbatis Cisterciensis etiam per otium legi. Perpetuus Florentinae synodi hostis, quod ex Leonardi Chii epistola, anno 1453. 16. die Augusti de expugnatione Constantinopoleos data manifestum fit. Nec tacuit Chalcondyles lib. 6. ὁ μέν τοι ἀρχιερεὺς καὶ σοφῶν τινας ἐπεπόμφει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον παρὰ τοὺς Ἕλληνας ἐς διάλεξιν ἀφιξομένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, οἳ οὐ προσίεντο τὴν γενομένην σφίσιν ξύνοδον κατὰ τὴν Ἰταλίαν, Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι. οὐ μέν τοι ἤνυετο αὐτοῖς οὐδὲν ἐς λόγων

ἀμιλ-

ἄμιλλαν ἀφικνεμένοις, ἀλλ' ἀπεχώρουν ἄπρακτοι ἐπὶ Ἰταλίας. Hinc motus pontifex romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Graecos misit, vt cum his in colloquium venirent: qui quidem synodum et concordiam in Italia factam non admittebant: Marco scilicet Ephesi episcopo, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum praestare volenti, Scholarioque Graecorum tunc temporis doctissimo. Vt ad colloquium et ad disputationem ventum [P] *est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reuersi sunt.*

Et vt tandem euidentissima ratione rem firmem, Scholarius iste romanae ecclesiae perduellis, neque in concilio Florentino fuit, neque adesse potuit infirmitate oppressus, qui postea monachum induens, et sub eo habitu etiam post concilium vnionem illam Florentinam summopere obiurgans, multa cum Latinis conflictatus est, quae de Catholico Scholario, qui cum imperatore Florentiae fuit, et non nisi cum ipso patriarchatu semper antea laicus, ecclesiasticis initiatus adseritur. Manifestum itaque est, non Scholarium patriarcham, sed alterum monachum a patriarcha diuersum, conuitium ecclesiae latinae fecisse. Non ex meo ista profero. [idque vberius demonstrare sustinuit: sed a Renaudotio confutatus. *Harl*] [P] In epistolis item, quas monachus scripserat, licet habitum mutarit, naturam tamen suam haud vincere potuit, vt in romanam ecclesiam, quam semper contumeliose laedit, odium sibi insitum aliquo modo ex animo euelleret. Quomodo ergo Scholaricus Catholicus, erit patriarcha schismaticus? Monachum mihi a patriarcha, concilio adhaerentem, ab eo, qui in concilio non fuerat, seiunge, et euidentissime contra Caryophylum conclude, Scholarium schismaticum nullo modo patriarcham fuisse; eum, qui in Italia fuit, non ante excisam vrbem fato occubuisse, sed adhuc superstitem imperii Othomanici exordio vna omnium sententia ex laico patriarcham electum: Scholarium alterum prius monachum factum continuo schismati inhaesisse, qui nec patriarcha fieri potuit, quam non ex laico, sed [P] ex monacho et monachorum praeposito in patriarchatum ipsum contra scriptorum omnium fidem gradum fecisset.

Scholarius vero, qui semper virtute ac doctrina sua praesidium Latinis contra Graecos fuit, praeceptorem habuit *Matthaeum Camariotam*, non indoctum hominem, [de quo vide supra, vol. VI. p. 118. sqq. *Harl.*] vt in fronte cuiusdam libri Ioannis Zygomalae adnotabatur: τοῦ σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου Ματθαίου, τοῦ Καμαριώτου, ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιστολὰς Συνεσίου τοῦ σοφωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου γεγραμμένη οἰκείᾳ χειρὶ τοῦ Καμαριώτου. καὶ ἔτι βραχὺ ὑπόμνημα εἰς τὸν αὐτὸν Καμαριώτην, ὅτι ἀπὸ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενος, καὶ φιλόσοφος ὤν, ἦλθεν ὧδε εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τοῖς ἐσχάτοις δυστυχέσι χρόνοις τῶν βασιλέων τῶν Παλαιολόγων, καὶ ὧδε μείνας κατὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑπῆρξε διδάσκαλος τοῦ Πατριάρχου κυρίου Γενναδίου, τοῦ Σχολαρίου, καὶ ἄλλων τινῶν ἀρχόντων περὶ τὰ μέσα τῆς βασιλείας τοῦ Σουλτάνου Μουράτη. *Doctissimi et eruditissimi Matthaei Camariotae expositio in sapientissimi et reuerendissimi episcopi Synesii epistolas, manu ipsius scripta. Praeterea commentariolum in eumdem Camariotam, quomodo patria Thessalonicensis, professione philosophus huc Constantinopolim venerit vltimis regum Palaeologorum miseris temporibus, et hic post vrbem amissam substiterit, postquam Scholarii, qui postea patriarcha fuit Gennadius, et quorundam aliorum optimatum circa medium regni Sultani Amuratae, praeceptor*

fuisset. Nec dissentit Maximus Margunius epist. ad Dauidem Hoeschelium Synopsi rhetoricae Matthaei Camariotae praefixa: *οἶμαι δὲ Ματθαίε εἶναι τῦ Καμαριώτε τὸ σύγγραμμα, ἀνδρὸς τάτε ἄλλα εὐσεβῦς καὶ περὶ λόγυς ὀκ ἀγενῦς. προσπεφοιτήκει δὲ τύτῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Γεννάδιος ὁ Σχολάριος, ὁ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνςαντινυπόλεως τῆς αὐτῆς οἴακας καταπιςευθεὶς, ἀκμάσαντι μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως, ὀλίγῳ δὲ ὕςερον ταύτης ἀπολιπόντι τὸν βίον. Scriptio, vt videtur, Matthaei Camariotae est viri pii et loquendi facundia diserti. Eum inter alios audiuit Gennadius Scholarius, qui post captum Byzantium eiusdem vrbis gubernacula sibi concredita sustinuit. Matthaeus ante excidium floruit, sed paulo post excidium diem obiit.* De discipulis et patria Matthaei Camariotae non nimis verosimilia tradit Theodosius Zygomala epist. ad Martinum Crusium de periculis et cladibus Constantinopolitanis. h) Cum Graecorum imperatore Ioanne in Italiam veniens, Ferrariae Florentiaeque concilio interfuit, vt supra adnotauimus. In synodo rogatus, vt sententiam diceret, a qua dicenda laici in synodis excluduntur, quum laicus ipse esset, nihilominus dixit, et libris de ea editis, omnibus testatam esse voluit sess. 25. *ἐπεὶ [?] δὲ μετὰ πάντων τῶν εὐγενεςάτων ἀρχόντων προτρέπομαι νῦν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῦ θείυ σου κράτους ὀλίγοις ῥήμασι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν διάνοιαν, βούλει γὰρ τῷ συμπεράσματι τῆς ἁγίας ἑνώσεως πάντας ἡμᾶς συναινοῦντας, καὶ ὑπακούοντας ἔχειν, οὐ γνώμην διδόναι, τῦτο γὰρ μᾶλλον ἁρμόττει τοῖς τοὺς ἐκκλησιαςικοὺς θρόνους τε, καὶ βαθμοὺς εἰληχόσι, πληρώσω τὸ προσταττόμενον.* Et, *καὶ τῦτο ποιῶ, οὐ διότι εἰμὶ κοσμικὸς, καὶ ἀνάγκην ἔχω πείθεσθαι τῷ θείῳ κράτει σου καὶ τὰ ἑξῆς. Sed quoniam inter alios nobilissimos viros sacrum tuum imperium me quoque hortatur ad proferendum, quod sentiam: vis enim in concludenda sancta vnione nos omnes habere consentientes dictoque audientes, non quidem ferendo sententiam, hoc enim potius congruit iis, qui sortiti sunt sedes et gradus ecclesiasticos, faciam imperata.* Et, *idque facio non quia sum laicus, et necesse mihi est sacro tuo parere imperio etc.* Post synodum, et collapsas fortunas Graeciae etiamnum laicus eligitur patriarcha Constantinopolitanus, et Gennadius mutato nomine nuncupatur; et quemadmodum antea patriarchae ab imperatoribus christianis in eorum consecratione, ita ipse a Turca, muneribus etiam oblatis excipitur. Georgius Franza lib. 3. cap. 19. historia politica lib. 1. Turco-Graeciae. Malaxus in historia eccles. et alii. Quinquennium praefuit, et aliquot menses, et tranquillae vitae ac quietis studio patriarchatu se abdicauit, et in monasterio Prodromi in monte Menoecei prope Serras sito vitam posuit. Sequunturque Latini fere omnes, Posseuinus, Bellarminus, Panuinius, et alii. Genebrardus Chronolog. lib. 4. in Nicolao V. nescit, *an is sit Gennadius Scholarius patriarcha Constantinopolitanus, qui synodo Florentinae interfuerat, et pro Latinis contra Graecos de capitibus quinque scripserat e graecorum patrum testimoniis*, nullo tamen euidenti argumento, si bene sapio.

His iisdem temporibus vixit GENNADIVS GEORGIVS SCHOLARIVS, metropolita Phasorum, a supradictis longe diuersus, quum Georgius Scholarius monachus, non adferatur fuisse metropolita, et patriarcha post patriarchatum sibi vixerit, ad quem legitur Elegia graeca Francisci Philelphi in lib. 2. Psychagogiae carminum graecorum. i)

Nec

h) In Crusii Turco-Graecia p. 90.

i) Non ad alium, quam ad Georgium Scholarium hanc Philelfi elegiam pertinere, docet Eusebius Renaudotus p. 41. ad Gennadii homiliam. [v. supra vol. XI. p. 552. sq.]

[P] Nec dubito, alios etiam huius nominis ac cognominis perplures fuisse, quorum scripta quum nulla ad manus peruenerint, ac si nulli fuissent, de illis sermo nullus nobis habendus est.

Hinc pro certo adfirmare possumus, opuscula omnia, quae sub Gennadii Scholarii nomine circumferuntur, huiusce Gennadii esse, et potissimum, si patriarchae titulo muniantur. Item, omnia, quae latino nomini fauent, etsi Gennadium non praeferant: item quae aduersus Georgium Gemistum, cum quo iste noster simultates exercuit, id enim ipse de se scribit, Manuele rhetore referente. Manuelis verba supra [k]) relata sunt.

Versiones item ex latinis auctoribus huic tribuendae sunt, quum ipse opusculis contra Gemistum, et in Italia fuisse, et linguam calluisse latinam profiteatur, quamuis in eo id etiam cauillatus sit Gemistus, quod de alio non dixerint. Licet enim ille de se dicat, οὕτω καὶ ἐμοὶ πάντων τῶν ἑκατέρωθεν συγγεγραψαμένων ἐπεληλυθότι καλῶς καὶ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύψαντι, πόῤῥωθεν ἀρξαμένῳ τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς ἐξευρεῖν τι πλέον, ἐπὶ συνηγορίᾳ μὲν τῆς ἀληθείας, καθαιρέσει δὲ τοῦ ψεύδους ἐκγέγονε. *Non alia ratione, et mihi omnibus ex vtraque parte bene perlectis et sacris libris perceptis, quum iam inde multo abhinc tempore in simili conatu praestiterim, praeter iam dicta aliquid in re proposita ad confirmandam veritatem, et ad oppugnandam falsitatem de nouo contigit inuenire.* Et cap. 18. καθάπερ ἡμεῖς νῦν σχεδὸν ταῖς ἑκατέρων συστάσεσιν, ὑπό τε φιλοτιμίας, καὶ ἀνάγκης ἐγγεγυμνάσμεθα. οὐδὲν γὰρ ἐστι παρὰ Λατίνοις ῥητὸν, ἢ ἐπιχείρημα πρὸς τὴν αὐτὴν δόξαν ταύτην, ὃ μὴ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων μετελήλυθεν εἴδησιν. *Quemadmodum nos nunc fere vtriusque instantiis a gloriae cupiditate, siue etiam necessitate exerciti sumus. Nulla enim apud Latinos sententia est, nullum argumentum eorum opinioni conferens, quod ad nostram cognitionem transuectum non sit:* et alibi Planudem reprehendat, quod male verbum Augustini graecis reddiderit: latinae tamen linguae peritiam nullam sibi vindicat. Argumenta etenim, ac discursus vtrinque fieri solitos, interpretum studio, et scribentium fastu, Graecis quoque ipsis latinae linguae ieiunis multo ante patuerant.

Illud quoque certum est, quae Latinis, ac eorum sententiae, et praecipue de processione Spiritus sancti cornua obuertunt, alterius Georgii Scholarii esse, et forte etiam, quae *Cortesii Scholarii* nomen praefixum habent. [v. supra, vol. XI. p. 351. ibique not. *g. Harl.*] Reliqua nisi argumentum efficax oppositum suadeat, vtrius sint, in ambiguo esse. Ordiamur ergo a certissimis, et [P] a Georgio nostro, qui Gennadius obtento patriarchatu, vocari voluit.

1. Scripsit varias orationes. Primam ad synodum orientalem Florentiae, *de pace, et ferendo patriae auxilio.* Secundam, *de facienda vnione, dogmaticam, quae praesenti rerum statui esset profutura.* Tertiam, *qua impedimenta pacis tolluntur.* Quartam, *in qua exponuntur, per quae pax huiusmodi perfici possit.* Editae sunt [l]) primum Romae graece cum

k) pag. 753. seq. ed. vet.

l) Extant in tomis Concil. tom. IV. Binii p. 616. et tom. XIII. Labbei p. 542. et tom. IX. Harduin. p. 442.

cum concilio Florentino in folio: [vid. supra vol. XI. p. 371. sq. 373. sqq. Tum Allatius ex concilii Florent. sess. 25. argumentum orationum repetit. *Harl.*] Earum aliquas in Rutenicam linguam versas Ioanni Basilio, magno Moscouiae duci, ad illum a Gregorio XIII. pont. max. allegatus, vt ipse narrat in Apparatu, obtulit Posseuinus. [P] Nec alio respexit Marcus Ephesius libello de synodo Florentina: *καί τις τῶν ἡμετέρων ἐπεχείρησε λέγειν, ὡς καλόν ἐστι τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ τοὺς ἁγίους συμφώνους ἀποδεῖξαι πρὸς ἑαυτούς, ἵνα μὴ δοκῶσιν οἱ δυτικοὶ τοῖς ἀνατολικοῖς ἀντιφθέγγεσθαι. Et quidam ex nostris adgressus est dicere: Bonum est pacem amplecti, sanctosque inter se consentientes demonstrare, ne videantur occidentales contraria loqui orientalibus.* Ad quem Iosephus Methonensis episcopus in Apologia, *συνηγόρησε δ' αὐτῷ καὶ Σχολάριος ὁ σοφὸς, ὃς καὶ λόγους τρεῖς ἐξέθετο περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τοὺς ἁγίους ἀνατολικούς τε καὶ δυτικοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις μάλα γενναίως συμφωνοῦντας ἀλλήλοις ἀπέδειξεν. Cuius sententiam vir doctus Scholarius confirmauit, qui tres etiam orationes* de vnione ecclesiastica *edidit, quibus sanctos orientales consentire cum occidentalibus praeclare admodum demonstrauit.* De illis etiam Fabius Beneuolentius: *Scholarius igitur, etsi dignitate multis esset inferior, doctrina tamen nulli erat secundus, vt ex hoc commentario patet, in quo decreta concilii tuetur. Sed et in eodem concilio duos libros edidit suae fidei confessionem in eis exponendo, quos imperatori, aliisque in synodo legendos tradidit. Et audiui Parisiis latinos factos, atque editos. Praeterea hic tres orationes composuit; vbi et Graecos suos ad vnionem cum Latinis hortatur, luculentissimas. Nam eloquentiae palmam huic tribuere tum Graeci videbantur. Idcirco eae iussu imperatoris volumini concilii actorum insertae sunt.*

2. Occupato per omne nefas Byzantio, Sultanus Mahometus innata discendi cupiditate, saepissime de rebus fidei christianae, eiusque arcanis, nec non philosophicis quaestionibus cum doctissimo isto Gennadio sermonem conferebat, et inter alios quodam die per patriarcheium obequitans, vbi intellexisset, ibi adesse patriarcham in Pammacaristi [P] ex equo discedens, superque solium adsidens, multa de religione nostra, facta primum patriarchae potestate, vt libere et absque vllo periculi metu responderet, interrogat. Ingenue Scholarius, vt virum vere doctum, pium, atque catholicum decebat, pro sui muneris et tanti mysterii dignitate ad interrogata respondit. Disputatione illa Sultanus non indelectatus, eam et scripto sibi consignari, et in Turco-arabicam linguam ab Achmete Berroeae praefecto, Mahometi Zelebi commentariensis patre transferri iussit, eo titulo: *τοῦ σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου κυροῦ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου, καὶ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, ὁμιλία ῥηθεῖσα περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως τῶν Χριστιανῶν. ἐρωτηθεὶς γὰρ παρὰ τοῦ Ἀμηρᾶ Σουλτάνου, τοῦ Μαχμέτη, τί πιστεύετε ὑμεῖς οἱ Χριστιανοί; ἀπεκρίνατο δὲ οὕτως, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, μετεγλωττώθη δὲ εἰς τὴν Τουρκοαραβόγλωσσαν ὑπὸ τοῦ Ἀχμὰτ Καδδὴ Βεῤῥοίας, τοῦ πατρὸς Μαχέμετ Τζελεμπὴ τοῦ ἀναγραφέως. Sapientissimi et eruditissimi viri, domini Gennadii Scholarii patriarchae Constantinopoleos nouae Romae, homilia habita de vera et inculpata Christianorum fide. Interrogatus enim ab imperatore Mahometa:* Quid creditis vos Christiani? *respondit ei ad hunc qui sequitur modum. Translata est autem in Turco-arabicam linguam ab Achmete, Berroeae praetore, qui Mahumetae Zelebi commentariensis pater fuit.* Historia politica. Viginti capitibus comprehensam, et inter

inter historiam ecclesiasticam Manuelis Malaxi relatam atque latine versam Martinus Crusius edidit, vna cum Turcicis Achumatis et Malaxi historia in Turco-Graecia lib. 2. Basileae per Leonardum Ostenium 1584. fol. et latine in biblioth. patrum. Crusius confundit, et cum Crusio Posseuinus homiliam hanc cum alio eiusdem Gennadii opusculo [m]) alio modo, et sub forma dialogi graece et latine a Ioanne Brassicano edito, Viennae 1530. 8. Cuius inscriptio est: τοῦ αἰδεσιμωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γενναδίου Σχολαρίου βιβλίον σύντομόν τι καὶ σαφὲς περί τινων κεφαλαίων τῆς ἡμετέρας πίστεως, περὶ ὧν ἡ διάλεξις γέγονε μετὰ Ἀμηρᾶ τοῦ Μαχουμέτου. ὃ καὶ ἐπιγέγραπται, περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων. ἐρωτᾷ ὁ Τοῦρκος· ὁ δὲ Πατριάρχης ἀποκρίνεται. *Reuerendissimi patriarchae Constantinopolitani Gennadii Scholarii liber breuis et clarus de aliquibus capitibus nostrae fidei, de quibus calloquium habitum est cum Amera Machumeto, et inscriptum fuit: via salutis hominum. Interrogat Turca; patriarcha respondet.* Subdit Crusius: *nesciebatur, quum ederetur is libellus, quis esset ille Gennadius, tamquam si ante 1100. annos vixisset, presbyter Massiliensis; quum nondum esset Muhametes* [P] *Turca. At nunc ex praesenti historia patet esse Gennadium, qui post expugnatam a turcis vrbem Constantini, primus factus sit ibi patriarcha.* Habebatur manuscriptus Scoriaci in bibliotheca regia, Monachii Bauarica, Londini Blonderiana, et in Romanis apud Alexandrum Cherubinum, et alios passim. [Posthaec Allatius, quae Posseuinus hisce libellis obiecit, diluere et Gennadium excusare studuit.]

[P] 3. *Pro concilio Florentino* contra recentiores nonnullos Graecorum, qui illud contumeliose laedebant, *pro quinque capitibus* in eius definitione decretis *apologiam* solidam et efficacem composuit. [v. supra vol. XI. p. 572. sq. nr. 3.] [P] Quanti eum fecerit Bessarion cardinalis Nicaenus, ostendit in epistola quadam ad Graecos de primatu Petri, in qua eadem fere leguntur, quae apud Gennadium conscripta sunt, interdumque iisdem verbis; nec dici potest, primum scripsisse Bessarionem, quum eius epistola data sit anno 1463. et Gennadius obierit 1460. secundum Panuinii Chronicon, vt liquido pateat, tunc apud omnes eius virtutem claram et celebrem extitisse. Tradit praeterea in hac versione Gennadii, quatuor codicum ope se adiutum fuisse, antequam liber graecus typis excuderetur. Primus est aduectus e Creta, relatumque est, eum fuisse Georgii cuiusdam Corinthii, viri in graecis literis non mediocriter eruditi, quo cum ipse ante multos annos Venetiis familiariter versatus fuerat. Alter fuit Marcelli secundi papae, eum de sua bibliotheca protulit cardinalis Sirietus, testatus aureis centum coemptum. Tertius ex Vaticano ab hoc fonte deductus ac descriptus. Postremum, sed magis vetustum commodauit illustrissimus cardinalis Farnesius, ac sine nomine auctoris in insula Naxo, vna ex Cycladibus, vt videtur conscriptum. Exstabat etiam olim manuscripta haec Gennadii apologia in bibliotheca Antonii Augustini cod. CLXIII. De auctore huius operis satis in syntagmate nostro de vtriusque ecclesiae, occidentalis atque orientalis, perpetua consensione [n]) contra Arcudium et Caryophylum disputauimus. Hinc lector petat, si placuerit.

4. Eius-

m) De huius editionibus dixi vol. VIII. p. 92. [ibique conf. not. *www*. et vol. XI. p. 361. in primis p. 376. sqq. *Harl.*] n) lib. 3. cap. 6.

4. Eiusdem *de praedestinatione* tractatum ad Iosephum Thessalonicensem, cuius illud principium est, κλινοπετὴς ἐδεξάμην σου τὴν ἐπιστολὴν, primum edidit *) Dauid Hoeschelius a Maximo Margunio acceptum Augustae 1593. in 4to illud post patriarchatum renunciatum scripserat, vt ex illis colligo: ὁ γὰρ ἡμέτερος καιρὸς καὶ τῶν ἡμετέρων ᾤχετο λόγων, μᾶλλον δὲ παντὸς ἀγαθοῦ. καὶ δεῖ καὶ τὴν ἐσχάτην ἀμορφίαν τοῦ γένους ἐν ἅπαντι πράγματι καθημένους ἐν γονίᾳ που θρηνεῖν σιωπῇ καὶ τὴν ἀπαγωγὴν τῆς τοιαύτης ἐξαιτεῖσθαι ζωῆς, ὁπόταν ὑπονεύει τὸ θεῖον. *Nostrum etenim tempus, et nostrorum sermonum, imo totius boni abiit. Oportetque extremam nationis in vnaquaque re deformationem in angulo nos confidentes deplorare tacite, et ex hac vita abitionem deprecari, cum id annuerit Numen.* Et in fine tractatus: ἔχεις [P] καὶ τοῦτον ἡμῶν ἐκ τῆς ἡσυχίας τὸν λόγον. *Habes et hunc nostrum ex quiete et tranquillitate sermonem.*

5. Eiusdem εὐχὴ εἰς τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεόν. *Oratio ad vnum, et trinum personarum Deum.* P. Θεὲ ἅγιε, παντοδύναμε, ἀΐδιε, κραταιέ. [vid. supra, vol. XI. p. 177. et p. 389. *Harl.*]

6. Literas in sepulcro magni Constantini excisas, de excidio Vrbis, et Turcarum imperio obstrusas ad illa tempora, nullique notas ipse primus exposuit, et vulgauit. [v. ad vol. XI. p. 389. et VII. p. 695. sqq. ac VIII. p. 45. *Harl.*] Et haec quidem edita sunt.

[P] Nondum vulgata 7. *Monodia de direpta Constantinopoli per Turcas.* Fabius Beneuolentius: *audiui etiam de Angelo Iustiniano, graeco homine, Gebennensi episcopo, et legisse Monodiam Gennadii eiusdem argumenti, in qua copiose explicat et lamentatur suae ciuitatis et gentis interitum, vel magis excidium.* [v. vol. XI. p. 389.]

8. Gaulminus Notis in Eustathium de Ismeniae et Ismenes amoribus commemorat Gennadii librum, cuius titulus est: ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ βιβλίου Γενναδίου Πατριάρχου. [v. supra ad vol. XI. p. 389. sq. *Harl.*]

[P] 9. Περὶ ψυχῆς. *De anima.* Scoriaci in bibliotheca regia VI. Γ. 11. καὶ ὑπάρξεως αὐτῆς. *Et existentia ipsius.* Ibidem VI. ε. 3.

[Quae Gennadii opp. posthaec Allatius nr. 10-24. vberius recensuit, ea supra ad vol. XI. p. 390. sqq. iam partim in compendium redacta, partim cum accessionibus commemoraui. Quare breuitatis studio ea h. l. praetermittam. Illis adde *Gennadium* C. P. in vita S. Ioannis Chrysostomi, ex qua excerpta facta sunt a Nicone in amplissima collectione etc. in cod. *Coislin.* XXXVII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 111. sub finem. *Harl.*]

[P] Posseuinus in Appendice prima Apparatus: *Quin Monodia,* Georgii Scholarii *in dormitionem S. Marci* [v. supra vol. XI. p. 374. nr. 9.] Rescribo verba Posseuini, qui ex graeco Scholarii transtulerat; *Ephesini episcopi extabat Venetiis graece MS. in bibliotheca ad sanctum Antonium. Viennae autem Austriae in bibliotheca imper. liber de processione Spiritus sancti ad Comnenum magnum Trapezuntii* [P] *regem graece MS. cum altero eiusdem argumenti.* Libri

*) v. supra, vol. XI. p. 379. nr. 28. sqq. *Harl.*

Libri de processione, ad quemnam ex his referri debeant, quis non oculatus testis dicere audeat? [sed v. ad vol. XI. p. 385.] Legi huius epistolas nouem ad Notaram magnum ducem, et imperatoris generum ante, et in ipso monachatu scriptas, non nimis elegantes; in iis vero, quas monachus dederat, Latinos fere omnes Graecosque ipsos, qui Latinis adhaeserunt, proscindit. Eorum principia sunt: I. σὲ καὶ τῇ πόλει ταύτῃ πάγκοινον ἀγαθόν. II. τί τοῦτο πέπονθας. III. οἱ τῶν μυρεψῶν ἐπιστήμονες ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων. IV. νέῳ μοι ἔτι ὄντι, καὶ ἐς διδασκάλους. V. ὁ σοφιστὴς Λουκιανὸς τοῦ λόγου θέλων δεῖξαι τὴν δύναμιν. VI. ἥκει μοι ἔναγχος ἡ ἐπιστολή. VII. ἅγιέ μου αὐθέντα παντοίως ἡμᾶς κατεγλύκανας. VIII. τί πρῶτον, τί δὲ ὕστατον, τί δὲ μεταξύ. IX. ἣν μὲν ἐπηγγειλάμην σοι πέμψειν ἐπιστολήν. Inter easdem habentur et eiusdem Notarae ad Scholarium epistolae.

In bibliotheca regis Gallorum conseruatur eiusdem oratio, ἐπὶ τῇ δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίῳ, καὶ ἀλόγῳ, καὶ ἀσυντάκτῳ καινοτομίᾳ τῆς πίστεως. *De inani, absurda, et incomposita, per permissionem Dei, innouatione fidei.* P. τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ καταπαύσομαι. [v. supra, vol. XI. p. 382. nr. 56.] Est etiam apud me beneficio doctissimi Auberti. Legitur etiam alicubi eiusdem κανὼν εἰς Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης. *In Gregorium Palamam Thessalonicensem archiepiscopum canon.* ἡ ἀκροστιχίς· ἡ σὴ πόλις στέφει σε τοῖς ὕμνοις, πάτερ. ἐν δὲ τοῖς θεοτοκίοις. Σχολάριος. P. ἡ ἐπὶ σοὶ λάμψασα χάρις τοῦ Πνεύματος.

Habebatur etiam in Medicea bibliotheca, Γεωργίου Σχολαρίου ἐπιτάφιος εἰς τὸν δεσπότην Πορφυρογέννητον, τὸν Παλαιολόγον. *Georgii Scholarii oratio funebris in despotam Porphyrogennetam Palaeologum.* Sed cuiusnam ea fuerit schismatici, an catholici? diuinent qui legent. [Add. supra, vol. XI. p. 381. sq.]

Si Curtesius p) cognomento fuit, quod etiam in ambiguo est, ad illum referre oportet Γεωργίου Κουρτέση τοῦ Σχολαρίου περὶ στοιχείων, ἤτοι γραμμάτων, προσῳδιῶν, καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν; ἤτοι εἰς γραμματικὴν πρώτη εἰσαγωγή. ἐξεδόθη δὲ φίλῳ τινὶ αἰτήσαντι. [v. not. *g.* ad vol. XI. p. 351.]

[746] Tandem valde suspenso animo exspecto aliorum iudicium, cuinam ex his Scholariis vindicanda sint, Oratio *in adnunciationem sanctissimae Deiparae,* quam scribit Posseuinus reperiri in regia bibliotheca regis catholici Scoriaci, licet ipse credat, Georgium hunc esse eumdem, qui postea dictus est Gennadius, qui et patriarcha Constantinopolitanus; item, Oratio *in natiuitatem Domini* πολύστιχος, verbosa, et non sine taedio legenda ab Antonio Damila exscripta in Palatina bibliotheca. Ea nullum praefert titulum, in fine tamen scriptum est, Ἀντώνιος ὁ Δαμιλᾶς καὶ τοῦτον ἔγραψε τὸν λόγον πονηθέντα σοφωτάτῳ ἀνδρὶ Γεωργίῳ τῷ Κουρτέσῃ τῷ Σχολαρίῳ. *Antonius Damila et hanc exscripsit orationem, compositam a sapientissimo viro Georgio Curtesio Scholario.* Cuius initium est, καὶ πᾶσι μὲν τοῖς

p) Vide supra p. 764. et 770. ed. vet. et nou. p. 106. et 109.

τοῖς ἄλλοις τῶν ὄντων ὁ τῦ εἶναι καὶ ζῆν ἐμπέφυκεν ἔρως. [conf. supra, vol. XI. p. 373. nr. 8. et p. 374. nr. 9. *Harl.*]

LVIII. GEORGIVS sacerdos e CORELIANO oppido, tractatus Guidonis de Monte Rochen in linguam graecam transtulit, *Γεωργίυ ἀπὸ κώμης Κοριλιάνης ἑρμηνεία ἐκ τῆς Λατινικῆς διαλέκτυ εἰς τὴν τῶν Γραικῶν Γοήδονος δὲ Μόντε Ῥοκέν.* Guido professione theologus, *natione Gallus,* vt tradit Posseuinus in Adparatu, *scripsit anno 1333. librum praenotatum,* Manipulus Curatorum, *ad Raimundum Valentiae episcopum,* recusus est saepius. Graeca Georgii versio adseruatur in Vaticana. Fuit is, vt diximus, patria Corelianensis, familia ab Alexandris, doctrina et virtute conspicuus. Floruit sub Ferdinando Neapolitanorum rege, vt ex eius scriptis colligitur. Scripsit pleraque sermone graeco, sed inculto et barbaro, pietate tamen et religione Numinis plena. Inter alia praeter iam dictum opus, praecipuum sibi locum occupauit Tractatus, *περὶ φόβου θείων κριμάτων. De timore diuinorum iudiciorum,* viginti sermonibus distinctum, nuncupatumque sacerdoti Antonio ex Vrbe Melepinniana. Vt auctoris in libro digerendo scopum, et tractationis modum, dictionisque gustum habeas, quum liber non omnibus obuiam sit, sed in extremis Hydruntinorum finibus, Coreliani nempe, lateat, praefationem ipsius, quam mihi humanissime rerum ecclesiasticarum scientia et christiana pietate conspicuus Franciscus Arcudius communicauit, hic adtexam. *Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἱερεῖ Ἀντωνίῳ [¶] ἀπὸ χώρας Μελεπιννιάνης, ὁ ἱερεὺς Γεώργιος ὁ τῶν Ἀλεξάνδρων ἀπὸ χώρας Κοριλιάνης χαίρειν. ἐν ταῖς ἄλλαις ὑπερλαμπροτάταις σῦ ἀρεταῖς καὶ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῆς ψυχῆς σῦ χαρίσμασι, πάτερ αἰδεσιμώτατε, τὸ φιλομαθὲς μεγάλως ἐξαστράπτει. ἀνθ᾽ ὧν γίνεται, ὅτι σαυτὸν ἀεὶ πρόθυμόν τε καὶ εὔνουν παρέχεις εἰς τὸ καταλαβεῖν τὴν τῶν σοφῶν διδασκαλίαν. ἀλλ᾽ ὐδὲ τῇ ὑψηλοτάτῃ σῦ εὐφυΐᾳ αὐτάρκεια τυγχάνυσι τὰ παρὰ τοσύτων, καὶ τοιύτων, ἀνδρῶν ἐναντισθέντα. καὶ γὰρ τῶν θείων, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνιχνεῦσαι, ἢ γνῶναι τὸν λόγον ἐφιέμενος εὐλαβείᾳ ἐνδιατρίβειν σπεύδεις τοῖς τῦ θεῦ ἱεροῖς ναοῖς, ὄφρα ἐκεῖθεν ἐξαντλήσεις πᾶν, ὅπερ ὑπ᾽ ἐκείνων, οἵτινες παιδευτικῶς, ὡς τοῖς λαοῖς λαλεῖσθαι εἴωθεν, ἐκδιδάσκεται. ἐπαινεῖσθαι ὄντως ἀξία ἡ τάξις αὕτη ὐ μόνον τοῖς νέοις, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ παντὶ πολυχρονίῳ καὶ γέροντι. ἐπείπερ ὐδεὶς τοσῦτον σοφὸς, ὅς γε τόσον πολυΐστωρ, ὅς τε ἀκύων σοφώτερος γενέσθαι ὐ δυνήσεται. ἐξ ὗ ὑφίσαται ἡ ἀπόφασις ἐκείνη, κεφαλαίῳ πρώτῳ τῶν παροιμιῶν, ἀκύσας σοφὸς σοφώτερος γίνεται. Διὸ θαυμαστοῖς ἐπαίνοις ἀξιῦται Σόλων ὁ φιλόσοφος, ὃς τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ζωῆς, παριστamένων τινῶν φίλων, καί τινα ἐν ἑαυτοῖς συλλαλύντων, τὴν βαρεῖαν κεφαλὴν ἐκ τῆς κλίνης ἐξῆρε. ἐρωτηθεὶς δὲ τίνος χάριν τόδ᾽ ἐποίησεν, ἀπεκρίθη, ὄφρα τῦθ᾽ ὅπερ ἐστὶ, περὶ τῦ διαλέγεσθε, καταλαβὼν ἀναλύσω. τῶν τοιύτων τὰς σπουδὰς μιμεῖσθαι ὀφείλομεν, ὐ τῶν οἰομένων εἶναι σοφῶν, καὶ πᾶσαν μάθησιν ἐξυθενύντων. σὺ δὲ ὁ τῆς σοφίας λάτρης, καὶ ἐξαίρετος ἀνιχνευτὴς πᾶσαν σπυδὴν δεικνύεις, ὄφρ᾽ ἐκ πολλῶν πλεῖστα γε γνώσῃ. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἡ τῆς σοφίας ἀρχὴ ὁ θεῖος φόβος καθέστηκεν; ἅθ᾽ ἡ σοφία διδάσκει, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἀρχὴ σοφίας ἀνθρώπων ὁ τῦ θεῦ φόβος. καὶ ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης, ὥσπερ ἀκτὶς ἡλίυ δι᾽ ὀπῆς εἰσελθῦσα ἐν οἴκῳ πάντα φωτίζει, ὡς καὶ τὰ λεπτότατα ὁρᾶν, τόν τε κονιορτὸν πετώμενον, ὕτως καὶ φόβος Θεῦ μετὰ διακρίσεως ἐν καρδίᾳ γενόμενος, πάντα αὐτῆς ἁμαρτήματα ἀποδείκνυσι. τῦνεκα περὶ φόβυ Θεῦ τῶν τῦ Θεῦ κριμάτων ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ ὐκ ἐκ τῶν*

τῶν ἐμῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις Φιλοπονηθέντων κοπιάσας συντέθεικα, ὅπως ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ῥιζωθεὶς τὴν σοφίαν ἔνοικον κτησώμεθα, τοῦ εἶναι ταῦτα πολλὴν εἰς ὠφέλειαν. Διότι πᾶν νέον διεγείρειν εἴωθε τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας. καὶ γὰρ ὡς γέγραπται πράξεων δεκάτῳ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, ὅταν ὁ θεῖος Παῦλος ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις, καὶ διελέγετο τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν μετὰ τῶν Ἐπικουρείων, καὶ Στωϊκῶν φιλοσόφων, τινὲς μὲν ἔλεγον αὐτὸν σπερμολόγον, ἤτοι σπείροντα τοὺς λόγους, [P] ἕτεροι δὲ ξένων δαιμόνων καταγγελέα, ἤτοι ξένων σοφιῶν. Διὸ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἄρειον πάγον λέγοντες, δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ αὕτη διδαχὴ ἡ ὑπὸ σοῦ λεγομένη; ξενίζοντα γάρ τινα εἰσάγεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλῃ ταῦτα εἶναι. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν ἢ λέγειν τι, ἢ ἀκούειν καινότερον, ἔγραψα τοίνυν Θεοῦ χορηγοῦντος οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας ῥήμασι πᾶν, ὅπερ τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας εἰς τὸ τὸν ἔνδοξον Θεὸν φοβεῖσθαι ἀνακαλεῖται, καὶ εἰσάγει. δέχου πηγὴν οὖν, ὦ γενναία κεφαλὴ, τὸ βιβλιδάριον τοῦτο, ἐν ᾧ εἴ τι καλὸν εὕρῃς, δοκίμασον. εἴ τι δὲ ᾖ περιττὸν, ἢ ἔλαττον εὐθὺ ἐν αὐτῷ καταλάβῃς, διόρθωσον. ἔῤῥωσο τῶν καλῶν ἠθῶν ἔσοπτρον. Opus praedictum Franciſcus Oliuerius Corelianenſis medicus non incelebris, qui eiusdem Georgii hoc temporis aedes habet, quum forte fortuna et aliud agens offendiſſet, illius lectione delectatus, ne pium opus, et Chriſtianis proficuum male perderetur, in linguam verſum latinam, adnotationibus illuſtrauit, eo animo, vt ſi quando facultas fieret, typis vulgaretur.

In eodem opere, vt Oliuerius Arcudio ſcripſerat, Georgius ſuum περὶ μετανοίας, *de poenitentia* ſermonem quadrageſimum, et περὶ φιλίας, *de amicitia*, laudat: incertum, an quemadmodum tractatum *de timore diuinorum iudiciorum*, in plures ſermones ſubdiſtinxerat, ita et haec *de amicitia* et *de poenitentia*, an vero plures ſermones varii argumenti, inter quos et hi quoque reperiuntur, in vnum volumen reduxerit, vt a multis factum conſpicimus. Ego ſane haec auguratus numquam tentaui.

LIX. GEORGIVS MOSCHVS Ioannis Moſchi Lacedaemonii filius, Corcyrae medicinam et oratoriam artem profeſſus eſt, vt de poëtis ſui temporis Dialogo 1. tradit Gyraldus. Quid hic ſcripſerit in comperto non eſt; ſcripſiſſe tamen aliquid, veroſimile eſt.

LX. Viuebat a. 1583. GEORGIVS quidam DEVTEREVON, ſacerdos ac hieromnemon, et magnae Conſtantinopolitanae eccleſiae aduocatus, ex inſulae Cretae vrbe, Cydonia, mediocris ingenii et minoris literaturae vir. At ſcripſit tamen ſuo et alieno nomine complures *epiſtolas*, quae paſſim in codicibus manuſcriptis leguntur.

Praeterea in varia argumenta *orationes*, tenues illas quidem, et ſtilo, et ſententiis, non multi aeſtimandas, numero 15. quas ipſe legi ſub hoc titulo: ποίημα τοῦ εὐτελοῦς, καὶ ἀχρείου Ἱερομνήμονος Γεωργίου πνευματικοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ Δευτερεύου λόγοι διάφοροι ιε. *Opus vilis at inutilis hieromnemonis ſacerdotis Georgii patris noſtri ſpiritualis Deutereui orationes* [P] *diuerſae XV.* P. ἀδελφοὶ καὶ τέκνα ἀκούσατε, παρακαλῶ, λόγον ὀλίγον, καὶ μὴ βαρυνθῆτε.

Item εἰς τὰ βαθμῶν τῆς συγγενείας διαγράμματα. *In graduum consanguinitatis diagrammata.* P. ἐ δύναταί τις λαβεῖν τὴν ἀδελφὴν αὐτῦ. Patriam suam, nescio quo in loco, ita insinuat: τῆς ἡμετέρας πόλεως Κυδωνίας τῆς περιφήμε νήσε Κρήτης. *Nostrae vrbis Cydoniae celebris insulae, Cretae.* Opera exstant in bibl. Collegii Graecorum. q)

LXI. GEORGIVS CHORTAZIVS Cretensis, scripsit carmine, sed communi Graecorum idiomate *Erophilam* tragoediam, satis pro ea lingua elegantem, et vnam ad hunc diem, quae in pretio haberi meruit, et prae manibus omnium teri. Nescio, an edita sit.

LXII. GEORGII SCORDYLII sacerdotis Scholion in epigr. 87. Ioannis Geometrae editum est a Federico Morello in Paradiso eiusdem Geometrae, Lutetiae 1595. in 4.

LXIII. GEORGII SAVROMANI expositio in epistolam Pauli ad Romanos. Habebatur in bibliotheca Altempsiana, vt mihi relatum est: ipse non vidi.

LXIV. Vixit hoc tempore r) GEORGIVS CORESIVS Chius, nobilis genere, professione medicus, ingenio acri, pietate amphibius, religione ex schismate, Latinis, per quos profecerat, s) Pisis namque studuit, improbus, quum dicto quotidie odium in eos acerrimum ostendat, [P] et scripto etiam aliquando tam insignite iniuriam faciat; Graecis, quorum patrocinium videtur suscipere, cum schismatis venena euomat, eosque a recto veritatis tramite in profundum haereseos barathrum conetur abducere, parum fidus.

Scripsit Pisis *narrationem inclyti certaminis Florentinorum, graecis versibus, quod apud illos* Calcio, *apud antiquos* Arpastum *adpellatur.* Edita est Venetiis 1611. apud Antonium Pinellum in 4. Graece et latine carmine scripsit, sed parum feliciter. Et italice, *Contra le gallegianti del Galileo* in 4.

Eius-

q) Romae.

r) A. 1644.

s) A Latinis olim eruditum, educatum in Italia, imbutumque Thomistarum disciplinis, deinde miro in Latinos fuisse odio, notat *Nic. Comnenus* p. 231. 286. 302. 385. praenot. myst. qui p. 270. 339. 414. eum vocat CPolitanum Archi-Theologum, vetustatis graecanicae accuratissimum censorem, qui saepe iactet, omnia Graecorum monumenta se legisse, ne vna quidem ex curiosis paginis exemta. Idem longe plura huius Coressii citat Allatio praeterita, vt *descriptionem montis Atho* p. 43. 386. quam accuratissimam adpellat, p. 418. *Paralipomena ad bibliothecam Photii,* p. 46. 143. etc. *Scholia in synopsin canonum Nili Rhodii* p. 12. 17. 88. 237. etc. *Antirrheticos contra Bellarminum* p. 67. 173. 360. 367. *Explicationem symboli CPol.* p. 335. *Epistolas* ad Corydaleum Atheniensem p. 23. 31. 141. 231. 406. ad Caryophyllum pag. 203. ad Goarum pag. 141. *Theologiam* p. 283. in cuius prooemio Coressius ait D. Thomae summam percucurrisse se centies, eiusque opuscula euisceraffe, p. 306. *Tractatum de SS. Trinitate* p. 307. *Librum II. contra Latinos, qui est de Sacramentis* p. 325. *Librum V. de Sacramentis* p. 150. *Librum VIII. de Eucharistia* p. 161. 162. 164. *de operibus humanis* p. 285. 301. *de poenitentia* p. 346. 399. *responsionem contra clypeum fidei* p. 136. *librum de persecut. ecclesiae ad Corydaleum* p. 309. *lib. de defunctis,* p. 191. Eius famosum *libellum de impietate* latinum fecisse se testatur hortatu Soarii, Vassionensis episcopi p. 265. *Fabr.* Conf. supra, vol. XI. p. 522. §. VII. in Procopii recensione etc. ac p. 628. *Harl.*

Eiusdem in propugnationem schismatis opus editum cum alius eiusdem farinae scriptoribus, Barlaamo, Palama, t) Seuero, u) Pegada, v) Margunio, w) Nilo, Scholario, nescio an Londini, graece in 4. In quorum Ogdoadem non illepide lusit Ioannes Matthaeus Caryophyllus, Cretensis:

Οὐρανὸς ἑπτὰ πλάνητας ἀνισοδρόμοισι διαύλοις,
Ὀκτὼ δ' ἰσοδρόμους ἐνθάδε βίβλος ἔχει. Et,

Χείρων Βαλαὰμ Βαρλαὰμ μαντισκόπου.
Ἀνθρωποφώνου Βαρλαὰμ χείρων ὄνου,
Νεῖλος, Παλαμᾶς πηλαμᾶς ἰλὺς νόων.
Σχολάριος δ' αὖ εἰς σχολὴν εἴρει λόγους.
Πρόσθες Σεβῆρον, τὸν Σαβουραδελφέα.
Πηγὴ κακίστων, Πηγαδᾶς ἦν ναμάτων.
Νοῦς μάργος, ἢ νοῦς ἀργὸς ἦν Μαργούνιος.
Κορέσσιος ζῶν ἐν κάρῳ σείει λόγους,
Λαλῶν, ἃ μὴ γνοὺς ἰατρὸς ψυχοφθόρος,
Μία ξυνωρὶς, ὀγδοὰς λαοπλάνων,
Σκότους ὁδηγοὶ, σχισμάτων διδάσκαλοι.

[P] Pleraque alia pro schismate contra Latinos ex male sentientium monumentis saepius ab aliis confutatis, exsibilatisque in vnum congesta, variis disceptationibus conclusit. Atque illae sunt: περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *De processione Spiritus sancti.* διαλέξεις.

α'. P. ἐγκαίρως ἔμοιγε δοκεῖ τῇ σῇ περιτετυχηκέναι λογιότητι, καθηγητά.

β'. P. Φέρε, εἰ σοὶ δοκεῖ, τὰ προδιαλεχθέντα συντέμωμεν.

γ'. P. χθὲς περὶ τὸ βουλητὸν πέρας λαβούσης τῆς πρὸς ἡμᾶς.

δ'. P. Δεινὴ δεῖ τ' ἐμοὶ ἐντέτηκεν ἔφεσις τῇ σῇ λογιότητι.

ε'. P. Μακρὸν ἤδη παρέδραμεν, ὦ σοφώτατε, χρόνου χρῆμα.

t) Hic est *Gregorius* Thessalonicensis, cuius duo λόγοι ἀποδεικτικοὶ, ὅτι οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, familiam ducunt in collectione illa Graecorum scriptorum, quae Londini a. 1624. 4. lucem vidit, atque dedicata est quatuor catholicae et apostolicae orientalis ecclesiae patriarchis, Cyrillo CPol., Gerasimo Alexandrino, Athanasio Antiocheno et Theophani Hierosolymitano.

u) Gabriele Seuero Philadelphiensi.

v) Meletio τῷ Πηγᾷ, episcopo Alex.

w) Maximo Margunio Cytherorum episc.

ϛ'. P. Χαῖρε ἄνερ σοφώτατε, ὡς ἄσμενός σε εἰσεῖδον. Et has omnes per modum dialogi digessit.

Περὶ τῆς ἀρχῆς τῆ Πάπα. *De primatu papae.* P. ἡγοῦμαι ὦ ἄνδρες ἀκροαταὶ μηδέπω ἡμῶν ἀφανὲς εἶναι τῶν. *Allat.* In catal. bibl. *Leidenſ.* p. 57. occurrit opus, inſcriptum: „*Meletii* epiſtolae de poteſtate papae; *Georgii Coreſſii* dialogus de eadem; *Nilus* et *Barlaam* de eadem, Anonymus de igne purgatorio; *Gabrielis* libri duo de iniquo crimine, quaſi orientales ſint ſchiſmatici ab eccleſia romana." Omnia graece: quaedam ſunt MSS. in 4. *Harl.*

Περὶ τῆ ἐν δόξῃ καθαρτηρίε πυρός. *De purgatorio igne,* x) *quod opinione tantum concipitur.* P. ὁρῶ πάλιν ὑμᾶς, ὦ φιλόθεον σύστημα, προθύμως ἔμοι γε πεπλησιακότας.

Περὶ ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων. *De fruitione ſanctorum.* P. καὶ τήμερον αὖθις περὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀπολαύσεως λόγες καταβαλλόμενος.

Συντομία τῶν Ἰταλικῶν ἁμαρτημάτων. *Errorum Latinorum compendium.* y) P. πολλάκις τῶν Ἰταλῶν ἐθαύμασα διὰ τὸ πρὸς τὰς καινοτομίας εὐόλιστον. καὶ γὰρ μηδὲν ἐκεῖνοι. Haec omnia in vno volumine, ipſius auctoris manu numquam non interpolata, non ſine ſtomacho legi: quemadmodum et alium eiusdem tractatum *de proceſſione Spiritus ſancti* ad F. Leonardum Gallum, qui nunc eſt apud Franciſcum Arcudium. P. ἔναγχος τῶν ἑταίρων τινὶ συμπεριπατοῦντί μοι περὶ τὴν ἑσπέραν.

Coreſium nobis innuit *Caryophyllus* de proceſſione Spiritus ſancti contra Gerganum cap. 1. τρίτον ἄτοπον, ὅτι ἀπὸ τέτε οἱ τολμηρότεροι, ἐχὶ μόνον ἔχεσι γνώμαις ἀλλοκόταις, ἔτε μόνον παρομιλῆσιν ἄκαιρον, καὶ ἀνόητα, ἀλλὰ βάλλονται καὶ γράφεσιν ὡσεὶ σεσοφισμένοι, ἀγαπῶντας ταῖς πρωτοκαθεδρίαις, [?] καὶ νὰ κράζονται ῥαββί. καὶ τὸ κακὸν τῆτο ἐπλήθυνε τόσον εἰς τοὺς καιρόνεμας, ὅτι εἴδαμεν γραψίματα τινῶν, οἱ ὁποῖοι ἔχοντας ἐπάγγελμα ἰατροῦ, ἀπὸ ἰατροὶ ἔγιναν αὐτοχειροτόνητοι θεολόγοι. καὶ χρεωστῶντας, νὰ θεραπεύεσι τὰ σωματικά, φονεύεσι ταῖς ψυχαῖς, καὶ τὰ γραψίματά τους εἶναι τόσον ἀσύστατα, καὶ ἀκάτεχα, ὅτι μὲ ἀληθοσύνην ἐμπορεῖ τινὰς νὰ εἰπῇ. πῶς καὶ αὐτοί, ὁποῦ τὰ ἐσύνθεσαν εἶναι ἀδύνατον νὰ τὰ γρικοῦσιν. *Tertium abſurdum eſt, ex his audaciores effectus, non modo abſurdas habere opiniones ac importunas, ſed ſtolida nugari et garrire: verum etiam iactare ſeſe, et ſcribere non ſecus, ac ſapientes forent, amantes primas cathedras et vocari Rabbi. Quod malum adeo noſtris excreuit temporibus, vt quidam, quum medicinae profiterentur artem, e medicis theologi a ſe ipſis conſtituti, theologica ſcripta ediderint in lucem, et quum corpora curare tenerentur, animas occiderint; quorum ſcripta adeo inconcinne*

x) Citat Allatius de purgatorio p. 103.

y) Scripſit etiam latine Coreſſius, ſed plane barbare libellum contra Latinos, Romae ſub Vrbano VIII. flammis datum, vt narrat *Nic. Comnenus* p. 14. qui librum eius ſecundum de erroribus Latinorum citat pag. 512. Ceterum in illo graece ſcripto multo plura in Latinos congeſſit, notante *Allatio* de conſenſu p. 1413. Idem pag. 998. vt infra pag. 792. narrat, ei a patriarcha CPol. ſacrarum aedium aditum, myſteriorum communionem et Chriſtianorum colloquia interdicta eſſe.

cinne compacta non cohaerent, et intoleranda inscitia sunt referta, vt vere quispiam dicere queat, impossibile esse eos ipsos, qui illa composuerint, scripta ea intellexisse, quae scripserint.

Scripsit praeterea μαρτύριον τȣ̃ ἁγίȣ ἐνδόξȣ μάρτυρος Θεοφίλου, *Martyrium sancti gloriosi martyris Theophili.* Ostendit Pantaleo Ligarides Chius, vir ingeniosus, et in illustrandis patriae antiquitatibus numquam elinguis. P. ἄνδρες φιλομάρτυρες ὁπόσοι ὑπὸ τῆς ἡδίστης μνήμης τȣ̃ θεόφρονος Φιλοθέȣ ξυνελέγητε σήμερον. Stilus semper ferreus, et incomptus, praeterquam vbi ex antiquis auctoribus recollectis dicendi formulis inspersus, viri in dicendo ieiunitatem atque ineptitudinem magis redarguit. Audio nunc illi a patriarcha Constantinopolitano sacrarum aedium aditum, mysteriorum communionem, et Christianorum colloquia interdicta esse. Deus bene vertat, quod agat, detque illi, vt tandem ad frugem adplicans animum, redeat in viam. [z])

LXV. GEORGIVS BVSTRONIVS, CYPRIVS, ex alumno collegii Graecorum, vbi a prima aetate in iis disciplinis atque artibus, quibus ad bene pieque viuendum instruimur, summopere profecerat, societati IESV, cuius onera laudabiliter sustinet, nomina dedit. [aa]) Vertit cardinalis Bellarminii tractatum, *de adscensione mentis in Deum* [P] satis eleganter in vernaculam Graecorum linguam, vt in illius nationis homines aliquem diuini amoris stimulum excitaret. Editus est ex typographeio S. Congregationis de Fide propaganda in 8. 1637.

LXVI. Non desunt incerta; pleraque enim sub Georgii tantum nomine, nullo alio addito circumferuntur, quae quum ad plures referri possint, nec certo habeam, cui adlocem, in ambiguo relinquere malui. Alii me perspicaciores, diuinioresque determinent. Sunt itaque cuiusdam

GEORGII expositiones in Hermogenis capita rhetorica, *de antinomia, amphibologia, et syllogismo.* An ad Diaeretam illum, [bb]) vel alium referes?

LXVII. GEORGII quoque expositiones aliquot in quaedam *Psalmorum* loca habentur cum aliis expositionibus in Catena Psalmorum in biblioth. Barberina cod. IV. In aliqua loca *ex orationibus Nazianzeni,* in Vaticana. Et Georgius quidam laudatur inter expositores *prouerbiorum Salomonis.*

LXVIII. GEORGII carmen iambicum. Γεωργίȣ ταπεινοῦ, καὶ ἁμαρτωλȣ̃ ἐπίγραμμα εἰς τὸν παρόντα τόμον τῶν Ἁγιοπολιτῶν Ἰαμβικόν. *Georgii humilis et peccatoris in praesentem Tomum Hagiopolitanum iambicum.* P. ὦ δεῦτε παῖδες εὐσεβούντων. Absoluitur duobus foliis in biblioth. regis Gallorum.

LXIX.

z) Ad Latinorum mentem et amicitiam demum accessisse narratur. Itaque Allatius p. 1113. Consensus, de Coressio: *sed iam eum resipuisse, veritatemque profit. ri mihi a fide dignis hominibus illius insulae* (Chii) *relatum est.*

aa) A. 1610. aetatis 24. Vide bibl. Iesuiticam Philippi Alegambe et Nathanaëlis Sotwelli.

bb) De quo supra, §. XV.

LXIX. GEORGII MONACHI *ad ſapientiae ſtudioſos, ne philoſophiae difficultate deterreantur, epitome philoſophiae.* Liber ſic inſcriptus in bibliotheca regis Gallorum. [cc]) Suſpicor, non aliud eſſe, quam quod [dd]) graece et latine cum ſcholiis edidit Auguſtae in 8. 1600. *Ioannes Voegelinus*, Auguſtanus. At illud vt ex codicibus, quos habuerat Voegelinus, manifeſtum eſt, Gregorii nomen prae ſe ferebat, ideoque quum cognomen illius in opere non exprimeretur, ſub Gregorii Aneponymi nomine publicauit. Colligo ex ſimilitudine tituli, quem vnus ex codicibus ſuggeſſit, *ταπεινὸς τάδε ἔγραψεν ἐν μονοτρόποις Γρηγόριος τοῖς φιλομαθέσι τῶν εὐσεβῶν εἰς ὀψιμάθειαν εὐσύνοπτον αὐτοῖς, τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄργανον ἅμα τῇ τῶν ἐπιστημῶν τετρακτύϊ προθέμενος, ὡς μήτε τριβὴν αὐτοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐγγίνεσθαι, ὧν καταφρονεῖν ἐκελεύθησαν. Conſcripſit haec humilis inter monachos Georgius piis et doctrinae ſtudioſis pro* [P] *facili, et perſpicua diſcendi ratione, quum eis philoſophiae organum, et quaternionem ſcientiarum* [ee]) *propoſuit, ne difficultatibus, quae occurrunt, in his turbarentur, vel moram necterent in eiusmodi, quae negligere iuſſi fuerunt.* Vel exſcriptoris ergo errore Georgius irrepſit, vel, quemadmodum et aliis, ex Georgio Gregorius, dum monachum induit, factus eſt, vel antiqui codices hic quidem Georgio, ille Gregorio vnum opus diuerſis auctoribus impartitur.

LXX. Adnumerandi quoque ſunt inter ſcriptores Georgios quatuor alii GEORGII, CONTOPETRIVS, DOMESTICVS, PANARETVS, et MOSCHIANVS, qui inter muſicos ſua aetate praeclare dicuntur ceciniſſe. Hi multis cantionibus tum ſacris, tum profanis notas adpoſuere, quibus vocum varietate, modoque ad harmoniam canerentur, et melos, Graecorum recentiorum more. Graeci etenim inter lineas inſertis quibusdam notulis, rubris etiam quandoque intermixtis voces canentium menſurant.

Quum vero pictura non minus ſcriptione ipſa coloribus rem repraeſentat, quemadmodum verborum floſculis aeque atque illa penicillo et coloribus temporum ſeriem, geſtaque ipſa exprimit. Hinc rerum geſtarum imaginem duplicem, tamquam, quae et oratione et coloribus abſoluitur, laudatiſſimi patres decernunt, Damaſcenus orat. I. de imaginibus: *διπλῆ δὲ αὐτὴ διά τε λόγου, ταῖς βίβλοις ἐγγραφομένου, ὡς ὁ Θεὸς τὸν νόμον ταῖς πλαξὶν ἐνεκόλαψε, καὶ τοὺς τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν βίους ἀναγράπτους γενέσθαι προσέταξε. καὶ διὰ θεωρίας αἰσθητῆς, ὡς τὴν στάμνον καὶ τὴν ῥάβδον ἐν τῇ κιβωτῷ τεθῆναι προσέταξεν εἰς μνημόσυνον. οὕτω καὶ νῦν τὰς εἰκόνας τῶν γεγονότων, καὶ τὰς ἀρετὰς διαγράφομεν.* Et, *ὑπόμνημα γάρ ἐστιν ἡ εἰκὼν, καὶ ὅπερ τοῖς γράμμασι μεμυημένοις ἡ βίβλος, τοῦτο τοῖς ἀγραμμάτοις ἡ εἰκὼν, καὶ ὅπερ τῇ ἀκοῇ ὁ λόγος, τοῦτο τῇ ὁράσει ἡ εἰκών. νοητῶς δὲ αὐτῇ ἑνούμεθα. Haec autem dupliciter fit, vel literarum monumentis, vt, quum Deus legem tabulis inſcripſit, virorumque, quos caros habuit, vitas conſcribi mandauit: vel rebus ſenſibus expoſitis, vt, quum vrnam et virgam in arcam ad rei memoriam collocari iuſſit. Sic etiam nunc* *rerum*

cc) *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MMCMXCII. nr. 14. ſecund. cat. MSS. regg. II. pag. 587. exſtat *Gregorii* cuiusdam breuis ad philoſophiam introductio. Num haec is ſit liber, quem Allatius h. l. innuat, definire non audeo. *Harl.*

dd) Libellis ſeptem diſtinctum.

ee) In Syntagmate, quod Wegelinus edidit, de quaternione illo ſcientiarum nihil, ſed totum in philoſophiae organo ſiue logica tradenda abſoluitur.

rerum gestarum imagines virtutesque describimus. Et, *nam imagines sunt monumenta quaedam; etenim illiteratis hominibus sunt, quod literatis libri. Et quod auribus oratio est, idem est oculis imago. Cui tamen imagini intelligentiam coniungimus.* [P] Et infra similia saepius. Et ante Damascenum Basilius orat. in quadraginta martyres: ἐπεὶ καὶ πολέμων ἀνδραγαθήματα, καὶ λογογράφοι πολλάκις καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν, οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράσσοντες καὶ πολλοὺς ἐπήγειραν εἰς ἀνδρείαν ἑκάτεροι. ἃ γὰρ ὁ λόγος τῆς ἱστορίας διὰ τῆς ἀκοῆς παρίστησιν, ταῦτα γραφικὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσιν. *Quae enim in bello fortiter gesta sunt, ea saepenumero tum oratores, tum pictores explicant, illi quidem ea verbo exornantes, hi vero coloribus exprimentes, qua quidem ratione multos vtrique ad virtutem incitant. Quae enim historiae sermo auribus proponit, ea pictura tacens per imitationem oculis ostendit.* Nec diuersus est ab his Alcinus ff) Variae histor. lib. 2. c. 1. Haec quum iam ita se habeant, non absonum fuerit, si inter tot scriptores PICTOREM quoque GEORGIVM recenseam, cuius plerasque imagines, prout illius ferebant tempora, non inelegantes in Menologio Basiliano, de quo memini me plura in opere de libris ecclesiasticis Graecorum gg) dixisse, inter alias aliorum non ignobilium Nestoris, Monae, Pantaleonis, Michaelis Blachernitae, et Michaelis parui conspiciuntur, ex quibus sacrae antiquitatis et ecclesiastici ordinis multas, varias, non nunc natas, sed vetustate comprobatas, et vsu continuo corroboratas, quidquid recentiores haeretici obganniant, consuetudines ac caerimonias, nisi in ipso sole caecutire velimus, adfabre clareque expressas elicimus.

LXXI. Et quemadmodum ex Gregorio Georgius, ita plerique alii, quum in vitam monasticam renascerentur, Georgii nomine abolito sub Gregorii tantum nomine patent, quos si recensere velim, neque scirem, neque possem: ex eorum grege aliquos, in quibus Georgii adhuc nomen, etiam noui accessione non adeo exstinctum est, vti potero, in hac acie producam.

His praeeat GEORGIVS, siue vt alii volunt, GREGORIVS CERAMEVS, Tauromenitanus episcopus, cuius scripta etiam sub Theophanis, hh) et, si Diis placet, sub Philippi Ceramitae nomine prostant. Scripsit is Homilias in euangelia dominicalia, et festa totius anni; editas graece et latine, et notis illustratas ex multorum manuscriptorum fide, a Francisco Scorso Parisiis 1644. in fol. In eiusdem Prooemio Isagogico plura habes de eodem Gregorio, [P] siue Theophane, illiusque cognomine, patria, educatione, aetate, qua floruerit, episcopatu, peregrinationibus, persequutionibus pro ecclesiae suae sollicitudine toleratis, virtutibus, doctrina, dicendi methodo, et aliis. Et nos nonnulla dicemus in opere de libris apocryphis. ii) Quum etiam Chii plures, quam editae sunt, me legisse homilias in manuscriptis codicibus meminerim, inter eas si bene recordor, fuere:

Περὶ

ff) Videtur legendum Aelianus. Sed apud cum loco citato nihil.

gg) Diss. 1. p. 83. seq.

hh) De hoc supra vol. XI. cap. 38. p. 208. sqq. [vbi plura adieci, et singulae homiliae, harumque editt. atque codd. recensentur. Quare h. l. plura omisi. *Harl.*]

ii) Hoc nunquam vidit lucem.

Περὶ τῆς μεταμορφώσεως ἐκ τῦ κατὰ Ματθαῖον. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες. *In transfigurationem, ex Matthaeo. Amen dico vobis, sunt quidam.* P. εἶπεν ὅτι μέλλει ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεσθαι.

Περὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος ἐκ τῦ κατὰ Ἰωάννην. *De Spiritu S. ex Ioanne.* P. πρὸ γὰρ τῦ ἑκυσίυ πάθυς ἐπαγγειλάμενος ὁ Σωτήρ.

Περὶ τῦ ἐν Κανᾷ γάμυ. *De nuptiis in Cana.* P. καλῦσιν εἰς τὸν γάμον τὸν Κύριον.

Περὶ τῦ ἀποδημήσαντος εἰς χώραν μακράν. *De eo, qui abierat in regionem longinquam.* P. ἐνταῦθα τὸ πολυθρύλλητον ζήτημα, πῶς ὁ υἱὸς φαίνεται φθονερός.

Εἰς τὴν κυριακὴν τῦ τελώνυ, καὶ Φαρισαίυ. *In Dominicam publicani et Pharisaei.* P. ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ Φαρισαῖον παραβολή.

[P] Homiliam, εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτυ, ἤτοι τῦ νέυ ἔτυς. *In indictionis siue anni principium:* [v. supra, vol. XI. p. 210. nr. 1.]

Scoriaci in bibliotheca regia leguntur: Γρηγορίυ ἐπισκόπυ Ταυρομενίας τῆς Σικελίας ὁμιλίαι ἀπὸ τῦ Ἀρχιτελώνυ. *Georgii episcopi Tauromini Siciliae Homiliae ex architelono.* VI. n. 7. IV. ἑ. 16. VI. γ'. 1. ὁμιλίαι [P] τῦ ὅλυ ἐνιαυτῦ. *Homiliae totius anni.* IV. ἑ. 16. VI. γ'. 1. Λεξικὸν τῶν αὐτῦ ὁμιλιῶν. *Lexicon illius homiliarum.* VI. γ'. 1.

LXXII. GEORGIVS, siue GREGORIVS METROPOLITA CORINTHI cognomento PARDVS scripsit pleraque. Eius *de dialectis excerpta* kk) saepius post Lexica graecolatina edita sunt, et inter Grammaticas.

Ex eodem, quemadmodum et ex aliis, *enarrationes* quaedam *in Hermogenis rhetoricam*, seruatur apud me. Vide supra in Georgio Diaereta. ll)

Scripsit in Ioannis cap. 21. De Thoma contrectante Dominum cum resurrexisset, luculentum sermonem. Extat vna cum nonnullis homiliis eiusdem graece scriptis in bibliotheca Vaticana; Sixtus Senensis in biblioth. et Posseuinus in adparatu. Opus profecto non contemnendum, ab omnibus fere ob ignorationem terminorum pessime exceptum. Id, vt videas lector, prius tibi ante omnia monstra eaque foedissima in medium proferenda. [P] Da mihi hanc veniam obsecro, et abutenti patientia tua in re grauissima aequo animo ignoscas: fastidium vtilitate compensa: et monstrorum immanitate ac deformitate sanior esto. Gesnerus, *Gregorii metropolitani Corinthi in canones* τῆς κοιμήσεως *Diuae Virginis, et euangelismi. Praeterea in festum dominicae antipascha.* 1. *In contrectationem Thomae. In adsumptionem magni Dei, et seruatoris Iesu, et in pentecostem. Poëma in primum festum vene-*

kk) Vide lib. IV. huius bibl. cap. 37. §. 19. [vol. VI. p. 194. sqq. vbi plura iam occupaui, et addidi alia.]

ll) §. XVI. *Georgii Corinthii* scholia in Aristotelem de anima, laudat *Nic. Comnenus* p. 253. praenot. mystagog.

venerabilis obitus Cosmae monachi. Volumen huius inscriptionis graecum Romae conditur in Vaticana bibliotheca. Addit epitome *Interpretationem in canones herilium terminorum, seu finitionum totius temporis τῶν τριωδῶν, et magnae septimanae: complectentem explicationem praecipuorum festorum totius anni; habetur in biblioth. imperatoris Viennae MS. graece in 4.* mm) An melius his diligentissimus Posseuinus? *Gregorius metropolita Corinthi exstat graece MS. in bibliotheca Vaticana. In adsumtionem magni Dei et Saluatoris Domini nostri Iesu Christi. In pentecostem. In canones τῆς κοιμήσεως, hoc est,* dormitionis *b. Virginis, et euangelismi: in diem dominicam ante pascha, De contrectatione D. Thomae, apostoli. Poëma in primum festum venerabilis obitus Cosmae monachi. At Viennae Austriae in bibliotheca imperat. exstat MS. graece interpretatio herilium terminorum, siue finitionum totius temporis τῶν τριωδῶν, et sanctae hebdomadae.* In indice bibliothecae Vaticanae ab eodem edito, *Gregorii metropolitae Corinthi, in canones dormitionis deiparae et adnunciationis. Et in festum τῆς κυριακῆς Ἀντιπάσχα, et palpationem, siue attrectationem Thomae, apostoli. In assumtionem magni Dei, et Saluatoris Iesu Christi. In pentecostem. Poëma in primum festum venerandae dormitionis Cosmae monachi.* Et in indice Viennensis bibliothecae: *Gregorii archiepiscopi metropolis Corinthi interpretatio in canones herilium terminorum, seu definitionum totius temporis τῶν τριωδῶν, et magnae septimanae, complectens praecipuorum festorum totius anni explicationem.* Quid hic mussitas lector? quid haeres? an non noua? an non inaudita? O quantum est in re litteraria ducem errantem sequi perniciosum! Dum facile credimus, dum alterius dicto suasi, dicto adhaeremus, nihilque vltra quaerimus, aut examinamus, quam facile decipimur ipsi, quam inconsiderate alios decipimus. Extricemus modum: pro quo illud ante omnia obseruandum est, Graecos singulis diebus in diuinis officiis, iis scilicet, quae nocturno tempore domi, aut in ecclesiis canere vel recitare solent, post Psalmos Dauidicos, precesque, aliaque Troparia pro more recitata antequam finiant, vel ad postremam officii partem perueniant, Hymnos, quos ex perpetuo odarum, [P] ac Tropariorum ordine, ac serie canones vocant. Zonaras in Canones Anastasimos Damasceni: κανὼν λέγεται, ὅτι ὡρισμένον, καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ μέτρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. *Canon dicitur, quod determinatam, ac praescriptam habeat mensuram nouem odis comprehensam,* domi legunt, in ecclesiis vt plurimum canunt. Canones diuiduntur in nouem odas, inter quas tamen secunda nullibi adparet, sed componentis in pectore remanet. Quare autem id fiat, et quanam ratione, quum octo fiat odae solummodo, nouem esse dicantur, alterius erit indaginis. Post quartam odam canon interrumpitur ταῖς ἀναγνώσεσι *lectionibus;* tunc enim lectiones, quae vel de vitis sanctorum, quorum eo die commemoratio celebratur, vel de diei ipsius historia ita ab ecclesia determinata pertractant, alta voce, et intelligibili, omnibus audiendi facultate facta, ab ipso sacerdote, vel alio leguntur: quibus finitis reliquae canonis odae percurruntur. Neque vno canone in vno officio contenti, vt plurimum et secundum, quandoque etiam et tertium, raroque quartum pro illius diei plurium festiuitatum concursu intermiscent: ita tamen, vt omnes primae omnium canonum odae, deinceps tertiae, et sic deinceps vsque ad nonam dicantur; qua canon iste, siue hymnus, ita enim nun-

mm) V. supra vol. XI. p. 78. et vol. VI. p. 196. et 197. de duobus codd. Parisino et Medic. Laurent. *Harl.*

nuncupari etiam ſolet, vnde illius compoſitores hymnographi adpellantur; clauditur. Quamuis vero canonibus odae tribuantur nouem, vt adnotauimus, non ita tamen illud perpetuum eſt, vt aliquando numerus earum non imminuatur: aliquando enim quatuor tantum odis intercluditur; vnde canoni nomen *τετραώδιον*, *quatuor odarum* ſcilicet, ſaepius tribus conſtituitur, ex quo *τριώδιον*, quaſi *trium odarum* nominatur. Canon omnibus diebus ieiuniorum praeter dies dominicos, et celebriorem aliquam ſollemnitatem vſitatiſſimus. Quare liber ille, in quo ieiuniorum officia a Dominica nempe Septuageſimae ad diem Paſchatis continentur, *τριώδιον* dicitur. Et Ioſephus, inſignis hymnographus, a die Paſchatis ad Pentecoſtem ipſam, canones ſimiles, Triodia nempe compoſuit, ſed ſcripta tantum inter manuſcriptos codices latitant, tamquam quae nullo vſu in eccleſias introduci potuerint. Canones ex materia, quam tractarent, nomina ſibi ſumſere. Hinc *Ἀναστάσιμοι*, qui de reſurrectione; *σταυρώσιμοι*, qui de cruce; *νεκρώσιμοι*, qui de mortuis; *σταυρονεκρώσιμοι*, qui de cruce et mortuis; *παρακλητικοὶ*, qui de ſolamine animorum; *τριαδικοὶ*, qui de trinitate; *δογματικοὶ*, qui de dogmatibus, etc. Canones itaque in odas diuiduntur, odae in Troparia, ex quibus componuntur. Singulae namque [ℓ] Troparia continent aut plura, aut pauciora, quum eorum numerus determinatus non ſit. Troparia quandoque libera, ac vaga relinquuntur, quandoque primis litteris, quaſi annulis in verbis veluti catenula inſeruntur, quam Acroſtichida auctores vocant. Non omnibus tamen illa colligandi eadem ratio, et modus ſeruatur. Quidam alphabeti ordinem ſeruant; ita vt primum canonis Troparium ab A incipiat, in Ω vltimum deſinat. Alii in Acroſtichide *Θεοτόκια*, Troparia ſunt odarum poſtrema in honorem Virginis concinnata, includunt: alii extra eam ſuo modo agi ferrique ſinunt. Quidam nomen ſui ſilent, vt inter alios Theophanes; quidam odae nonae poſt Acroſtichida claudunt, vt Ioſephus; quidam Theotociis exprimunt, vt Georgius, et alii alio modo: cui neceſſario adtendendum eſt, vt facile ſpuria a legitimis dignoſcas, et hymni auctorem, quisnam ille ſit, in tanta obſcuritate codicum deprehendas. Sed de his, quae poſſent dici, alibi plurima. Nunc pro intelligentia noſtri Gregorii illa ſufficiant.

Inter hos canones eximii illi habebantur, quos Damaſcenus, et Coſmas mm) monachi in dies feſtos Seruatoris noſtri, et beatiſſimae Virginis concinnarant. Suidas: *οἱ γοῦν ᾀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε, καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ δέξαιντο μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται. Aſmatici canones Ioannis et Coſmae hactenus fuerunt incomparabiles, neque etiam quoad noſtra vita propagabitur, comparationem admittent:* ideoque in eos exponendos non infimorum virorum ingenia deſudarunt: inter eos, quos ipſe noui, fuere Ioannes Zonaras, Theodorus Prodromus, Marcus Eugenius, neque poſtremum locum obtinuit hic noſter Georgius Corinthi epiſcopus; idque ipſe de ſe adſerit in expoſitione canonis ſecundi in dormitionem Deiparae: *πλὴν οὐκ ἄκαιρον ἡμῖν ἐφάνη τὸ καὶ τοῦτον τὸν κανόνα δοῦναι γραφῇ, καθὼς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας κανόνας τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἐπισήμων ἁγίων ἡμερῶν. Non intempeſtiuum nobis nihilominus viſum eſt, et hunc canonem ſcripto conſignare, quemadmodum et alios omnes canones Dominicarum ſolemnitatum, et magis* prae-

mm) De *Coſmae* hymnis ſupra, vol. XI. p. 173. ſqq. De *Damaſceni* vol. IX. p. 741. ſq.

praecipuarum sanctarum dierum. Et in canonem Ioannis monachi de adscensione Domini: *ἀλλ' ἐπειδὴ μία τίς ἐςι τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ ἡ μετὰ σαρκὸς τῦ δεσπότε πρὸς ἐρανὸν ἀνάληψις, ἐκ ἔδει μὴ καὶ ταύτην ἡμᾶς τιμῆσαι ταῖς κατὰ δύναμιν ἐγγράφοις ἐξηγήσεσι τῶν θείων ᾀσμάτων αὐτῆς. Sed quando vna etiam est ex sollemnitatibus Dominicis, cum carne Domini nostri* [?] *in coelum assumtio, operae pretium est, et nos quoque eam honore afficere sacrorum illius cantuum scriptis expositionibus pro modulo nostro.*

Et istud opus Gregorii tam misere, ac variis modis ab his, quos supra retulimus, habitum est. Examinemus verba: *de Thoma contrectante sermonem cum aliis eiusdem homiliis.* Est mera expositio canonis, quem de Thoma contrectante composuit Ioannes Damascenus, non sermo. Neque expositiones aliorum subsequentium canonum, Homiliae dici debent. Sic expositio est in canones *τῆς κοιμήσεως, dormitionis Deiparae,* et *euangelismi annunciationis,* nempe eiusdem. Quid *Antipascha* sit, dicat Gesnerus: alii *Antepascha,* quasi Dominicam Palmarum, quae ante Pascha est, innuat, substituerunt. Male; tunc enim in illa ecclesia nulla mentio fit de Thomae contrectatione. Quare *Antipascha,* quae secunda septimana est post Pascha, et legitur euangelium de Thomae contrectatione, reponendum est: maleque diuidunt, qui vnum hoc variis expositum formulis duo faciunt. *In assumtionem, εἰς τὴν ἀνάληψιν.* Est in canonem dictae sollemnitatis, sicut et in Pentecostes. *Poëma in primum festum venerabilis abitus Cosmae monachi.* Nugae omnino. Est in canonem profesti diei dormitionis Deiparae compositum a Cosma monacho. Vel quum duo sint canones in dormitionem Deiparae a Gregorio expositi, notat, eam expositionem esse in primum Canonem *ποίημα compositionem* nempe Cosmae monachi, non *poëma,* nisi, quidquid ab aliquo fit, vel scribitur, large *poëma* vocare velimus. *Herilium terminorum, seu finitionum totius temporis τῶν τριωδιῶν et magnae septimanae δεσποτικαὶ ἑορταὶ* sunt heriles festiuitates, in quarum canones Gregorius expositiones confecerat, quemadmodum et in Triodia magnae hebdomadae, et nonnullarum aliarum praecipuarum totius anni. Titulus operis ab hisce tam misere tractatus in nonnullis codicibus manuscriptis ita concipitur: *Γρηγορίε Μητροπολίτε Κορίνθε εἰς τε τὲς κανόνας τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίε δεσποίνης, καὶ θεομήτορος, καὶ τῦ εὐαγγελισμῦ. σὺν τέτοις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς κυριακῆς τῦ ἀντιπάσχα, ἤ ὡς εἰς τὴν ψηλάφησιν τῦ Θωμᾶ. Εἰς τὴν ἀνάληψίν τε τῦ μεγάλε Θεῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ, καὶ εἰς τὴν Πεντηκοςήν. Gregorii metropolitae Corinthi in canones dormitionis sanctissimae Dominae Deiparae, et adnunciationis, et vna cum iis in festiuitatem Dominicae Antipaschae,* (quam in Albis Latini dicunt,) *hoc est in contrectationem Thomae. In adsumtionem magni Dei, et Seruatoris nostri Iesu Christi: et in Pentecostem.*[oo]) Et, vt melius percipi possit, operis capita veluti in tabula hic adnumerabo.

oo) In cod. Laurent. supra ad vol. VI. p. 196. sq. laudato sunt, teste *Bandinio,* l. c. II. p. 428. sq. tredecim canones, quorum tituli et expositionum initia ferme cum Allatiana notitia concordant, serie tantummodo canonum excepta. In illo praeterea est canon II. *Ioannis Damasceni* in festum SS. luminum, et canon IV. *Cosmae monachi* in Adnuntiationem Deiparae. — *Monac.* in cod. Bauar. CCXXVI. sunt plures canones: nr. 1. et 2. Cosmae et Ioannis monachi canones in natiuitatem Iesu Christi: nr. 3. et Cosmae canones in festum luminum; et plures alii cum expositione Gregorii Corinthi metropolitae: de quibus curate et copiose agit cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 4. pag. 518-525. *Harl.*

[¶] Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ποίημα Κοσμᾶ Μοναχοῦ. *In Hypapantem magni Dei, et Seruatoris nostri Iesu Christi compositio Cosmae monachi.* ὁ ἥλιος ὁ αἰσθητὸς χερσὸν γενόμενον. [In cod. Laurent. canon III.]

Εἰς τὴν κυριακὴν τῶν βαΐων Κοσμᾶ Μοναχοῦ. *In Dominicam Palmarum Cosmae monachi.* P. τῆς παρούσης ἀκροστιχίδος ἡ ἔννοια ἐστὶν αὕτη. [ibid. canon V. quem excipiunt quoque tria sequentia triodia, et in feriam quintam, et triodium in parasceuen. *Harl.*]

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης δευτέρας Κοσμᾶ Μονάχοῦ. *In triodium sanctae magnaeque feriae secundae, Cosmae monachi.* P. ᾄσωμεν τῷ Θεῷ. ἐνδόξως γάρ.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τρίτης, Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In triodium sanctae et magnae feriae tertiae, Cosmae monachi.* P. οὐ χρεία σαφηνείας ἐνταῦθα, οὔτε μὴν ἑρμηνείας.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τετράδος Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In triodium sanctae et magnae feriae quartae, Cosmae monachi.* P. δεῖ γινώσκειν ὡς ὁ θαυμαστός.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης πέμπτης Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In canonem sanctae et magnae feriae quintae, Cosmae monachi.* P. ἧς τοιοῦτος ἐστὶν ὁ νοῦς τῇ μεγάλῃ.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς, Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In triodium sanctae et magnae Parasceues, Cosmae monachi.* P. πρὸς σὲ ὀρθρίζω φησὶν ὁ μελῳδός. [in eod. cod. canon VI.]

Εἰς τὸν κανόνα τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Σαββάτου, ποίημα Μάρκου μοναχοῦ ἄχρι τῆς πέμπτης ᾠδῆς καὶ αὐτῆς· τῶν δὲ ἑξῆς ᾠδῶν Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In canonem magni et sancti Sabbati compositio Marci monachi, usque ad quintam et ipsam oden: reliquarum vero odarum compositio est Cosmae monachi.* P. συνέζευκται τῷ τοῦ τριῳδίου τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς. [in eod. cod. Laur. canon VII.]

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Κυριακῆς τοῦ Πάσχα Ἰωάννου μοναχοῦ. *In canonem sanctae et magnae Dominicae Paschalis, Ioannis monachi.* [*Ioannis Damasceni* in cod. cod. canon VIII.] P. ὁ παρὼν οὗτος κανὼν ἑρμηνείας οὐ δεῖται.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς Κυριακῆς τοῦ Ἀντιπάσχα Ἰωάννου μοναχοῦ. *In canonem Dominicae Antipaschae dictae, Ioannis monachi.* [Io. Damasceni, ibid. canon IX.] P. ὁ παρὼν κανὼν ὀλίγα τινὰ ἔχει.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἀναλήψεως τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰωάννου μοναχοῦ. *In canonem adscensionis magni Dei et Seruatoris nostri Iesu Christi, Ioannis monachi.* P. ὁ παρὼν οὗτος κανὼν πάσης γέμει σαφηνείας.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης Πεντηκοστῆς, Κοσμᾶ μοναχοῦ. [¶] *In canonem sanctae et magnae Pentecostes. Cosmae monachi.* P. ὁ παρὼν οὗτος κανὼν ὅσον ἀπὸ νοῦ βαρέως ἤχου. [in eod. cod. canon X.]

Εἰς

Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Πεντηκοστῆς διὰ στίχων Ἰαμβικῶν. Ἰωάννου μοναχοῦ. *In alium canonem sanctae et magnae Pentecostes carmine iambico, Ioannis monachi.* P. αὕτη μὲν ἡ ἀκροστιχὶς τοῦ παρόντος κανόνος. [ibid. canon XI.]

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας μεταμορφώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In canonem sanctae transfigurationis Dei et Seruatoris nostri Iesu Christi, Cosmae monachi.* P. ὁ νοῦς τῆς ἀκροστιχίδος τοῦ παρόντος κανόνος. [ibid. canon XII.]

Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα τῆς αὐτῆς μεταμορφώσεως, Ἰωάννου μοναχοῦ. *In alium canonem eiusdem transfigurationis, Ioannis monachi.* P. καινοτομίαν ὑπέστη κατὰ τὴν ἕκτην χώραν.

Εἰς τὸν κανόνα εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In canonem, in dormitionem sanctissimae Deiparae, Cosmae, monachi.* P. ἧς οὐδὲ ὁ νοῦς δυσληπτὸς ὅλως ἐστίν. [ibid. canon XIII.]

Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα εἰς τὴν αὐτὴν κοίμησιν τῆς Θεοτόκου. *In alium canonem, in eamdem dormitionem Deiparae.* P. ὁ παρὼν τῆς Θεοτόκου κανὼν οὐδεμίαν ὅλως.

Εἰς τὸν κανόνα εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In canonem in exaltationem venerandae et viuificae crucis, Cosmae, monachi.* P. τὸ δὲ ἐρεύγομαι ψαλμικόν ἐστιν, οὐ ἑρμηνεία. [in eod. cod. canon I.] Adseruantur in bibliothecis Vaticana, Collegii Graecorum et Cryptae Ferratae, in cuius extremo adnotatur: ἐγράφη τοίνυν ἡ παροῦσα βίβλος τῶν θείων ἱερῶν κανόνων διὰ χειρὸς Λέοντος Ῥηγίνου Καλλιγράφου Τριάνας ἐν ἔτει ςψλγ. Ἰνδικτιῶνος τρίτης. εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ πάντες διὰ τὸν Κύριον οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ οἱ μεταγράφοντες, ὅπως ἄφεσιν πλημμελημάτων λάβω. ἀμήν. μνήσθητι Κύριε τοῦ δούλου Λέοντος τοῦ κτίσαντος τὴν βίβλον ταύτην. ἀμήν. *Liber hic scriptus est, continens diuinos ac sacros canones manu Leonis Rhegini calligraphi Timethi anno sexmillesimo septingentesimo tricesimo tertio, (anno Christi 1225.) indictione tertia. Rogate pro ipso omnes per Dominum, qui legitis, aut exscribitis, vt veniam consequar peccatorum. Amen. Recordare Domine serui tui Leonis, qui compaginauit vel possedit librum hunc. Amen.* Nec diuersum ab isto fortasse est, quod habetur in Palatina cod. CCCLV. *Cosmae et Ioannis Damasceni Odae iambicae in praecipua anni festa cum enarratione grammatica et historica, initio et fine mutilus. Prima est S. Crucis celebratio, postrema canon in Deiparae Virginis obitum.* Liber Grammaticorum regulis et praeceptis nimium addictus vilescere quodammodo videtur, qui tamen pro intelligentia rerum [P] non inutilis est, dictione elegans ac facilis, et breuitate dicendi valde conspicuus.

LXXIII. GEORGIVS CYPRIVS postea GREGORIVS vocatus ex diacono ecclesiae Constantinopolitanae patriarcha, quem modo Georgium, modo Gregorium Gregoras in historia, et alii nuncupant. pp) Pachymeres lib. 7. de Arsenoitis: ὡμολόγουν δὲ τέως τὸν

pp) De hoc, quoniam supra in vol. VIII. pag. 57. sqq. plura et certiora a Fabricio et a me iam sunt exposita; plura, praecipue indicem librorum, ab illo confectorum, h. l. resecui. Add. supra vol. XI. p. 151. fin. *Harl.*

τὸν Γρηγόριον Πατριάρχην. τοῦτο γὰρ ἐκείνῳ, καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. *Fatebatur eatenus Gregorium patriarcham, id namque erat illi nomen, quod a Georgio, dum monachum induit sibi sumpserat.* Primum pro Latinis vna cum Vecco, Meletiniota, et Metochita sentit. Gregoras de Vecco lib. 5. καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *Et dicendo, et scribendo, et dogmata statuendo: eius certaminis adiutoribus Meliteniote et Metochite, imperatorii cleri archidiaconis, et insuper Georgio Cyprio.* Res etiam Latinorum tutatum Georgium indicat Pachymeres lib. 5. τότε γοῦν καθεσθέντων, τιμηθέντων τ' ἐπὶ καθέδρας καὶ ἀμφοῖν τούτοιν ὡς συναγωνιζομένοιν τῷ βασιλεῖ τοῦ τε ἀρχιδιακόνου Μελιτηνιώτου, καὶ τοῦ Πρωταποστολαρίου Κυπρίου, ὁ ῥήτωρ ὁ Ὀλόβωλος ἵστατο προσδοκῶν τὴν ἀπὸ βασιλέως ἐκχώρησιν. *Quum itaque sedissent, honoratique essent cathedra hi ambo, tamquam qui suffragarentur imperatori, archidiaconus Meliteniota, et protapostolarius Cyprius, rhetor Olobolus stans ab imperatore licentiam exspectabat.* Qui lib. 7. cap. 34. refert, eumdem apud Italos natum et adultum, sese postmodum inter Graecos coniecisse: τί παθόντες, ἔλεγεν, Veccus scilicet, ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα συχναῖς περιβάλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε. ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὔπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι. *Quid passi, aiebat, me inter Romanos et ex Romanis natum, adultumque crebris conuiciis lacessitis, postmodum fugitis; virum vero apud Italos natum adultumque, neque haec solum, sed qui indumentis ipsis, et lingua ad vos irrepsit, collaudantes excipitis.* Postea Graecis adhaerens post Iosephi Galesiotae obitum, licet Veccus ipse viueret adhuc, et coram synodo caussam suam diceret, per vim ac nequitiam, ipsiusque etiam Georgii inuidentiam pulsus, in patriarchale solium intruditur: qq) cui iusto Dei iudicio non solum hostibus, sed amicissimis, quibus potissima [P] quaeque in ecclesia contulerat, inuisus, quum iniuriam ferre non posset renunciat, rr) et sese in Deiparae Odegerum dictae, monasterium confert, et non multo post prope Diui Andreae monasterium moritur. Vir fuit acerrimi ingenii, facundus, eloquens, et pene dixerim disciplinis omnibus imbutus. Georgius Pachymeres lib. 7. de Andronico Seniore: ἐκλέγεται μὲν εἰς Πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγοις ἐντραφέντα, καὶ σφραγίδα τοῦ Πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα etc. *Eligit porro in patriarcham Georgium Cyprium, virum sermonibus innutritum, et ordinatum a patriarcha Iosepho, protoapostolarii dignitate in palatio condecoratum: in hoc etiam visus Iosephitas ex ordinatione sibi conciliare, Arsenoitas etiam, quod non secundum praescripta a Iosepho in ecclesia vsu exequi permitteret.* Gregoras lib. 6. καὶ ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπίσημος τῷ βασιλικῷ συγκατειλεγμένος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου· etc. *Erat autem tum insigni vir facundia, ex imperatorii cleri collegio, Georgius Cyprius, qui elegantes graecae literaturae numeros, et atticam illam linguam longo iam tempore obliuionis gurgite demersam ingenii dexteritate, ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis reuocauit. Hunc quum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat, et studebat imperator in patriarchicum solium euehere: a nemine tamen eorum illi manus imponi volebat, qui nouum illud dogma amplexi*

qq) A. C. 1283. rr) A. 1289.

amplexi fuissent: vt periculum esset, ne res diutius differretur. Est tamen ab imperatore post debita suffragia, et testimonia [P] *designatus; et pastorale pedum in imperatorio suggestu, veteri more ab imperatore porrectum, accepit. Proinde negotiis intentus, patriarchica iura, quae cum sacerdotio nihil coniunctum habebant, administrabat.* De eius patriarchatu Pachymerius, lib. 7. *Eligit in patriarcham Georgium e Cypro, hominem in eloquentia enutritum, a Iosepho patriarcha ordinatum, et dignitate Protapostolarii in regia insignitum. In hoc etiam Iosephitas ex ordinatione, vt videbatur, sibi concilians; Arsenoitas vero quod non vti constituerat Iosephus, in ecclesia fieri permitteret.* Et Ephraemius in Chronico:

Πάλιν Ἰωσὴφ ἀπολαμβάνει θρόνον etc.

Rursum Iosephus thronum recepit, et quum vitam, thronumque deposuisset, sapiens quidam vir Gregorius ex Cypro, sermonum sapientum alumnus, et musarum sacrarium, in thronum patriarchalem euehitur, qui a prima aetate, patria paternaque domo extorris, eruditionis, ac mathematum amore flagrans, ad Constantini vrbem se recipit. Vbi disciplinis, et laboribus deditus in magnum sapientiae culmen peruenit. Tandem imperatori innotuit, et clero palatii adscriptus, praesul Constantinopolitanus efficitur, cum prius, vt moris est, monasticum habitum induisset. [55]) Hinc mira Georgii Phranzae lib. 1. cap. 7. oscitantia animaduertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Georgium ponit, sed scribit, *Veccum patriarcham sua sede depulsum monachus quidam Athanasius nomine excepit.* Quod homini rebus saecularibus intento, nec ecclesiasticis multum dedito, quin infortuniis, ac mala valetudine fracto excidisse nil mirum. Aristotelis Platonisque scriptis addictissimum, neque in illis excolendis oleum aut operam [P] perdidisse tradit Ioannes Veccus orat. prima ad Constantinum, πῶς τὸν Ἀριστοτελικόν σε καὶ μεγάλα Πλάτωνι ἐγκαυχώμενον. *At quanam ratione Aristotelicum te, et maxime ob Platonem iactabundum.* Et, εἰ μή πε τις Ἀριστοτελικοῖς πειθόμενος δόγμασιν, ὁποῖον αὐτόν σε εἶναι λόγοι παριστῶσιν οἱ σοί. *Nisi quis Aristotelicis nisus placitis, qualem te commentationes tuae demonstrant.* Pachymeres de eius morte, lib. 8. hist. cap. 16. τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ μὲν πατριαρχεύσας Γρηγόριος νόσῳ πολυημέρῳ κατεργασθεὶς, ὡς δέ τινες ἔλεγον καὶ διὰ τὴν παρόρασιν ἐκ μικροψυχίας μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ τὸν βίον. καὶ τὸ μὲν ἐν ψαλμῳδίαις θάπτειν κατὰ τὸ εἰκὸς ἐδίδουν, τὸ δὲ ὡς ἀρχιερέα, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνος ᾤετο τὴν ἱερωσύνην παρακατέχων συχνοὺς ὁ κρατῶν ἀποστέλλων ἀπέλεγε, καὶ τῇ αὐτανεψίᾳ ἐπέσκηπτεν ἐπιτάττων, ἥ τις ἦν ἡ Ῥαούλαινα, μή τι τοιοῦτον ἐπιτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γίνεται. *Haec quum ita se haberent, Gregorius, qui ante patriarcha fuerat, morbo diutino confectus, vt vero nonnulli dicebant, quod contemni se videret, ex pusillanimitate non multo post vitam finit, et iusta illi, vti par erat, cum canticis fieri concedebant, at non vt pontifici, quemadmodum ille opinabatur, pontificatum sibi vindicans, saepius imperator nuncios mittens interdicebat, suaeque nepti, quae erat Raulaena, ne quid contra tentaret, mandans iusserat, quod et factum est.* Et dixerat de eodem supra cap. 9. καί γε τῷ τῆς Ἀριστηνῆς μονα-

55) Multo copiosius persequitur historiam, mutationes fataque Iosephi, Vecci, Georgiique Cyprii huiusque obitus *Ioan. Franc. Bernard de Rubeis* in libro ad vol. VIII. p. 57. cit. capp. III. — IX. p. 53. sqq. et p. XXIV. *Harl.*

μονοδρίῳ ἐχόμενα πυ κειμένῳ τῆς τῦ ἁγίυ Ἀνδρέυ, τῦ ἐν τῇ κρίσει μονῆς. ἐκεῖ γὰρ ἡ Πρωτοβεστιάρισσα Ῥαῦλαινα συνῆγεν ἐξ᾽ ἑαυτῆς περιθάλπυσα τὰ μεγάλα φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν. *Et in Aristenis monasterium non longe a S. Andreae, quod in Crisi est, monasterio, situm; ibi enim Protouestiarissa Raulaena de suo fouens opulentissime exceperat, sese dedens proripuit.* Scripsit pleraque in omni genere scientiarum.

Ex indice librorum Allatiano pauca retinui tantum, praecipue notitiam *Fabularum* et *epistolarum*. *Harl.*

[P] *Fabulae* habentur in bibliotheca Bauarica cod. LXVI. *Allat.* Bauar. cod. hodie numeratur CCI. sed is continet tantummodo duas fabulas de simiis. v. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 2. p. 147. *Harl.*

Epistolae CCIII. ††) partim scriptae, antequam onus patriarchatus suscepisset, partim postquam illius cura ipsi commissa fuit, in bibliotheca [P] Antonii Augustini cod. LXIX. Erantque in Lolliana, et Monachii Bauariae, sed sine titulis. In Ambrosiana leguntur CLXVI.

Scoriaci

††) In bibl. Caesarea exstant epistolae CXCI. ex quibus centesima decima quinta et quae eam sequuntur ἐκδοθεῖσαι ἐν τῷ Πατριαρχίῳ, hoc est, scriptae a Cyprio, quum iam esset patriarcha. Priores CXIV. ante susceptum patriarchatum. Vide *Lambecium* VIII. p. 516. sqq. [p. 511. sqq. Kollar. et vid. supra ad vol. VIII. p. 61. sq.] In bibliotheca Leidensi habentur epistolae eiusdem prope trecentae: [ex quo cod. de Rubeis l. c. primus edidit epistolam Cyprii ad amicum, pag. 120. sqq. gr. et lat. idemque pag. XXVII. sq. ex cod. Leid. nomina eorum, ad quos scriptae fuerunt, adposuit. *Harl.*] Vide Diarium Belgicum *Maend lyke Vittrekfels* a. 1718. mense Septembri. Indicem eorum, ad quos scribit Georgius Cyprius, hoc loco subiungere placet, quem ex inscriptionibus epistolarum, a Lambecio communicatis, concinnaui:

(Constantino) Acropolitae λογοθέτῃ τῶν γενικῶν, 2. 38. 169.
Georgio Acropolitae magno Logothetae, 111. 112. 115. 117. 119. 120. 123. 124. 125. 127. 128. 129. 130. 135. 136. 139. 140. 144. 145. 149. 150. 151. 153. 154. 155. 157. 159. 170. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 180. 181. 182.
Magnus Logotheta ad Gregorium Cyprium, 116. 118. 156.
Agathoni Coresae monacho, 74. 89.
Τινὶ τῶν ἀρχιερέων. 191.
Athanasio τῷ Χατζύκῃ, 29.
Athanasio Lependreno monacho, 147. 148.
Τῷ βασιλεῖ. Imperatori, (Andronico Palaeologo) 132. 133. 134. 137. 138. 142. 143. 146.
Callisto diacono, 47. 48.
Τῷ ἐπὶ τῶν δεήσεων, 93. 94. 95. 98. 108.
Danieli Glyci (τῷ Γλυκεῖ), 126.
Demetrio Benseo, Thessalonicensi episc. 7.
Ducaetae, Δουκαίτῃ, 104.
Ephesi episcopo, vide Isaaco.
Georgio Marmarae, 78.
Γνωρίμῳ τινί. 176. Magnus Logotheta intelligitur.
Holobolo rhetori, 92. 96. 122.
Iasitae monacho, 3. 4. 71. 113.
Ioanni Chilae et Danieli, τοῖς ἐν τῷ Ὀρφανῷ Μοναχοῖς, 121.
Ioanni Mystico, 8.
Ioanni Φακρασῇ, 102.
Ioanni Sebastocratori, 131.
Ioanni Theognosto medico, 12. 13. 15. 79. 81. 107. 144. 167.
Ioannes Theologites, cuius mentio epist. 115. ὁ Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης ἀπογραφεύς.
Isaaco Ephesi episcopo, 9. 178. 179.
Manueli Neocaesariensi protosecretario, 1. 31. 32. 34. 6. 11. 16. 17. (Georgii Cyprii φοιτητῇ siue disci-

[P] Scoriaci in bibl. regia legitur: Γρηγορίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Gregorii patriarchae Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii.* VI. num. 14, non sine, vt puto, exscriptoris mendo. Qui enim potuit respondere Cyprius sub Andronico seniore, Marco Ephesio, antistiti sub Ioanne Palaeologo, antiquior centum triginta ad minus annos iuniori? Quare delendum est illud Cyprii, τοῦ Κυπρίου, et substituendum πρωτοσυγγέλου, protosyncelli; [uu]) is enim in Marcum [P] Ephesium scripsit, et calumniis illius in romanam ecclesiam respondit, vt ex edito iam opere post concilium Florentinum adparet.

Seruatur penes me Βίος καὶ πολιτεία, καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου. *Vita et res gestae, et peculiaris miraculorum narratio sancti et Deum ferentis patris nostri Lazari, qui in Galesio monte vitam asceticam excoluit, descripta a sanctissimo patriarcha, domino Gregorio.* Qui non alius erit, quam Cyprius. Namque post Romani Argyrophyli imperium, sub quo florebat Lazarus, ad direptam vsque vrbem, praeter Gregorium protosyncellum, ad quem referri minime potest, nullus alius Gregorius patriarchatum administrauit. *Baronius* Annalium anno 960. non alienus ab hac sententia auctorem vitae Georgium vocauit: *Claruit hoc tempore in oriente S. Lazarus monachus in Galesio monte iuxta Ephesum, cuius vitam scripsit Georgius patriarcha.* Scriptio est satis elegans et adcurata et rara. *Allat.*

[*Venetiis* in bibl. Marc. cod. LXXXIII. sunt *Gregorii Cyprii,* patriarchae CPolit. ὑπόμνησις ἱκετήριος ad Andronicum Palaeologum imp. inc. κράτιστε, θεοπρόβλητε — Δέομαι τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας βασιλείας σου· et *Confessio:* inc. Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει· atque

uu) Gregorius protosyncellus, patriarcha CPol. ab a. 1445. ad 1453. de cuius scriptis adeundus Petrus Arcudius in Concordia vtriusque ecclesiae circa doctrinam de Sacramentis lib. 2. cap. 15. p. 112. vbi etiam docet quinque capita in defensionem concilii Florentini ab eo scripta, diuersa vtique esse a totidem capitibus, quae Gennadio abiudicare voluit Caryophyllus.

atque vtrumque opusculum editum esse a Bandurio in Antiquitatt. CPolitanis libr. VIII animaduertit cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 74. — In eiusdem bibliothecae cod. CCCCLII. exstat *Macarii Chrysocephali* Ῥοδωνιὰ s. florilegium ex variis scriptoribus, inter quos etiam ex *Georgii Cyprii* epistolis, orationibus ac declamationibus esse quaedam excerpta, idem cel. *Morell.* l. c. p. 319. obseruat. Atque *Villoison*, qui in Anecdotis gr. tom. II. a pag. 4. illud Macarii Chrysoceph. opus et cod. Marc. copiose recensuit et multa ex eo excerpsit, pag. 75. adnotauit, ex quibus declamationibus, quas Fabricio ignotas fuisse, putabat, loca excerpserit ille Macarius. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCLXXIX. nr. 6. teste *Matthaei* V. C. in notit. codd. gr. Mosq. p. 180. inc. ἔθος τῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων· est *Gregorii Cyprii* orat. in Georgium martyrem, de qua orat. v. supra, vol. X. pag. 230. *Harl.*]

LXXIV. GEORGII HIEROMONACHI PROTOSYNCELLI *aduersus epistolam Marci Ephesini* liber est in bibliotheca regis Gallorum. Gregorii et hic suspicor reponendum, quem scimus omnes in Marci Ephesii epistolam stilum strinxisse. Vide tamen, quae supra vv) pro Gregorio Aneponymo, in Georgio monacho dicebamus, et nota faciles in eiusmodi nomine scriptorum lapsus.

LXXV. GEORGIVS PHRANZA Byzantinus, sub Manuele Palaeologo Ioannis filio natus, fonte baptismali a Thomaide religiosissima femina susceptus, ww) eidem imperatori puer, tandem etiam a secretis inseruiit: successoribus Manuelis, Ioanni et Constantino aeque carissimus, sub quibus variis legationibus fungitur, non ciuili scientia et militaribus artibus, sed doctrina et eloquentia clarus, quibuscum et militares etiam spiritus demonstrauit, tamquam qui obiectu corporis sui Constantinum seruarit, et pro eo vulnera exceperit; in carcerem etiam teterrimum ab hostibus proiectus est. Ex Helena Alexii Palaeologi [T] Examplaconis filia filios tres, et vnam filiam sustulit. Constantinopoli a Turcis debellata in hostium ipse cum coniuge, filia et filiorum Ioanne, nam ante vrbis excidium alii vita functi fuerant, potestatem venit. Coniugem Hadrianopoli redemit. Filia in obsequio Sultaninae moritur. Ioannes adolescentulus, qui nondum annos quindecim attigerat, pro conseruanda pudicitia a Sultano obtruncatur. Protouestiarius fortunis, ac liberis ereptis in Peloponneso aetatem agit; sed ea quoque a Turca deuicta Italiam lustrat, inde in Graeciam reuersus cum vxore monachismum amplectitur, et pro more nomen ipse in Gregorium, coniux in Eupraxiam mutat. Vixit in summa egestate, adeo vt nec panis, quo vitam sustineret, suppeteret, tandem effoeta iam aetate, morbis etiam fractus, ac debilitatus decessit. Haec carptim ex Iacobo Pontano, et Pontanus ex eodemmet Georgio, cuius illud est de eo iudicium: *Vir fuit πρακτικώτατος, rerum agendarum scientissimus; de tribus autem imperatoribus Manuele, Ioanne, Constantino, quibus seruiuit, ita meruit, vt nemo magis.* Rogantibus quibusdam nobilibus Corcyraeis Chronicon scripsit, tradiditque in Antonii sacerdotis

vv) p. 795. ed. vet.

ww) A. 1401. Confer, si placet, quae de hoc Phranza dicta sunt volum. VIII. p. 74. sqq. [vbi plura adscripsi. Hinc, quae ibi ex Allatio iam adducta sunt, repetere h. l. nolui. *Harl.*]

dotis manibus, vt idemmet in fine operis dicit. Chronicon ex bibliotheca Bauarica depromptum, digressionibus, quibus passim opus abundat, multisque aliis, quae dignitati historiae officere poterant, detractis, totoque corpore in compendium coacto, Iacobus Pontanus in linguam vertit latinam, libris, atque capitibus, vt ipsi peropportunum visum fuerat, diuisum edidit Ingolstadii ex typographia Adami Sartorii 1604. in 4. cum Theophylacto Simocata. Pontanus tamen in aliis laudem nec contemnendam promeritus a nonnullis reprehenditur, primum quod graece non ediderit; secundum quod opus obtruncatum, ac in epitomen redactum, non integrum emiserit. Scriptoris enim errores, ac nugamenta omnes ab interprete exposcunt, non ita tamen, vt in interpretem reiiciant. Et aliud est interpretis, aliud correctoris munus. Interpres omnia reddere, si fidus esse vult: corrector non scriptoris vestigia, sed suum sequitur institutum. Argumentum Chronici ex eodem Georgio in Prooemio illud est: *Ad hunc modum ego quoque Georgius Phrantzes, et Protouestiarius, et Gregorius cognominatus vbi ad monachos me adgregaui, ista conscripsi de iis, quae memoria mea acciderunt, et de nonnullis calamitatibus, speciatim quae partim ante, partim post subactam Constantinopolim nos exercuerunt. Ac primum quidem de creationibus, et caussis imperii Palaeologorum ab initio narrationem contexam; dicamque, [?] quot, et qui, quaeue ex ea domo, quam penes huc vsque sceptra fuerunt, despotae, et despoenae extiterint. Et de bello, quod in Peloponneso inter fratres despotas Demetrium, et Thomam conflatum est. Alia insuper non parui momenti, et memoratu egregia non silebo.*

Praeter Chronicon scripsit *Expositionem symboli.* xx) Quid in eo exponendo egerit, ex ipso lib. 3. c. 24. videre possumus. *Edidimus autem prius fidei nostrae in Deum confessionem, vti mos est orthodoxis monasticum induentibus habitum; et ita coepi primum quidem sanctum symbolum exponere, ostendereque vnde a sanctis patribus esset compositum: et vt cognosceremus non eos id a se [?] ipsis habuisse, sed ex diuinis oraculis tum verba, cum sententiam mutuatos id pie conscripsisse. Propemodum igitur diuini symboli voces singulae e sacris scripturis sunt desumtae, vt particulatim docuimus.* Hoc idem ante eum praestiterat Simeon Thessalonicensis, yy) vt in nostra *de Simeonibus* diatriba diximus. Porro an Georgius Simeonis laborem in suum opus deduxerit, vel nouum ex se meditatus in scriptum retulerit, quum Georgii expositionem non viderim, non audeo diuinare. Sollemne scriptoribus semper fuit, sed labente Graecia potissimum, alienos labores exscriptos, suppresso, vnde exscripserant, nomine, tamquam suos simplicioribus promere.

LXXVI. Viuit hodie GEORGIVS MYRMEGVSIANVS, Myrmegusium in insula Chio oppidum est non ignobile; dum monachum induit Gregorii sibi nomen adsciuit, quod innuit ipse in Synopsi dogmatum ecclesiasticorum; χάριν λόγυ ἕνα ἄνθρωπον κράζουσι Γεώργιον, ἔπειτα γίνεται ἀρχιερεὺς καὶ μετωνομάζουν τὸν Γρηγόριον, τὸν ὁποῖον βλέποντας τον τίνας λέγει· ὗτος ἔναι ὁ Γεώργιος λέγει τυ τὸ πρῶτον ὄνομα. *Verbi gratia quemdam hominem vocant Georgium, et deinceps praesul factus Gregorii nomine in-* signi-

xx) Hanc *expositionem symboli* Alterus editioni suae *Phrantzae* chronici adiecit. V. supra ad vol. VIII. p. 78. *Harl.* yy) Supra vol. XI. p. 332. sq.

fignitur, quem dum quifpiam adfpexerit, dicit: hic eft Georgius, priftino nomine eum compellans. Nunc, vt audio, monafterio imperiali in eadem infula, quod *νέαν μονήν, nouum monafterium* vocant, praeeft; fcripfit fub hoc titulo Graecorum recenti lingua; *σύνοψιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, fynopfin diuinorum et facrorum ecclefiae dogmatum,* editam Venetiis ao. 1635. apud Ioannem Petrum Pinellum in 8. In eo libello auctor, quum non folum Graecorum fchifmaticorum, fed haereticorum recentiorum etiam libros legiffet, nec tantum haberet ingenii, vt vera a falfis difcerneret, errores varios, abfurda, faepe quoque haereticas fententias infpergit, propinatque incautis lectoribus, quae multa nos alibi [zz]) adnotauimus. Vtinam et ipfe aliquando bene fapiat, redeatque ad viam, quod futurum fpero, quum aequitatem viri, et ftudium veritatis, fideique zelum compertiffimum habeam.

LXXVII. Diatribam finiam, dummodo inter tot, ac tantos Georgios vni, et foli GEORGIDIO MONACHO locum, quid enim vetat? concedamus. Opus illius fic concipitur, *Γεωργιδίου μοναχοῦ γνωμῶν ἐκλογὴ συλλεγεῖσα ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἔξω διδασκάλων. Georgidii monachi fententiarum ecloga ex facra fcriptura, fanctis patribus, externisque magiftris. Georgidii* cognomento fuiffe inde colligo, quod earumdem fententiarum in aliis codicibus, vt mihi ex Chio infula relatum eft, titulus ita concipitur: *Γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ Ἰωάννου μονάζοντος, τοῦ καὶ Γεωργίδη, κατὰ στοιχεῖον. Sententiae collectae a Ioanne monacho, qui et Georgides, ordine litterarum.* [v. fupra ad vol. XI. p. 627. de cod. Laurent.] Non eft tamen operae, vt in his diutius immoremur. *Allat.*

Ex Fabricii indice et Supplementis ad hanc Allatii diatribam aliorum Georgiorum memoriam fubiiciam, cum nonnullis acceffionibus.

Georgii Calybae iam fupra ad vol. XI. p. 627. (vbi et pagg. fqq. plures *Georgii* nominantur,) mentionem feci; h. l. tantum adiiciam: Georgii illius epiftolis, ibi memoratis, additas effe fex epiftolas, ad eum fcriptas a quodam Antonio, Io. Abramio, Exarcho, Ioanne Nathanaele, Nicolao et Mathufala monacho.

Georgii Hieromonachi, et ea exarchi patriarchici epiftola ad Sophronium Protofyncellum, de fraude Iefuitarum epiftola, Trapezunte a. 1626. data, et de martyrio Cetabae, Iberorum principiffae a. 1614. a Perfis, quod Chriftum eierare nollet, oleo elixae, exftat graece et lat. in Operibus *Andreae Riueti,* tom. III. p. 1251-1254. Roterd. 1660. fol. *Fabr.*

Georgius Ithanes, (al. *Mithanes,*) ad quem Theodori Studitae epiftolae. *Fabr.* Conf. *Montfaucon* bibl. Coislin. p. 148. et 318. *Harl.*

De *Georgio Mono,* cognomento *Diaereta* v. fupra §. XV. (et vol. XI. pag. 629.) et Fabric. in Supplem. addit: „In codice regio, quem euoluit Cangius, *σχόλια σὺν θεῷ εἰς τὴν διαίρεσιν* (Hermogenis) *ἀπὸ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ Γεωργίου τοῦ Μόνου, σοφιστοῦ Ἀλεξανδρείας.* In fine haec verba habentur: *Ἐπληρώθη σὺν θεῷ καὶ ἡ διαίρεσις εὐτυχῶς Ζήνωνι σχολαστικῷ.*"

Geor-

zz) De confenfu lib. 3. c. 17. et 18.

Georgius Μώμιος vel *Μωμμὸς*, cuius scholia in Homiliam Gregorii Naz. Pascha MSS. in bibl. Coislin. apud *Montfaucon* p. 296. sq. *Fabr.*

Georgius Oenaeota, [n. ab *Oeneo*, vrbe circa Paphlagoniam: qui locus graece adpellatur τὸ Οἴναιον·] rhetor, qui cum Georgio Galesiota orationem Nicephori Blemmidae de regno illustrauit, et in clariorem stilum transtulit. v. *Lambec.* VII. p. 225. *Fabr.* s. p. 480. sq. ed. Kollar. nr. 5. cod. CXXV. *Harl.*

Georgii Sanginatici, consulis Romanorum et Comitis Palatini Lateranensis, ὀνομασίαι τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπου, *de partibus corporis humani* ad Nicolaum V. pontificem romanum (circa 1450.) ex cod. regio Parisino 1510. versibus politicis. Citatur a *Cangio* in glossario graeco. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. secundum catal. MSSt. regg. vol. II. exstat in cod. MMCCLXXVI. nr. 7. — In eiusd. biblioth. cod. MMCCXLII. est *Georg. Sanginatii* (sic) opusc. *de pulsibus*, hactenus ineditum. — *Vindobonae* in cod. caesareo LXXVIII. nr. 7. exstat Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν· *interpretatio partium corporis humani.* Lambecius in vol. VII. p. 297. suspicabatur quidem, in cod. illo caes. forsan post voc. Ὑπάτου subintelligendum esse τῶν φιλοσόφων, ita vt intelligatur vel ipse *Michaël Psellus*, vel *Ioannes Italus*, Pselli discipulus et aemulus; quod tamen tamquam incertum postea in medio reliquit. Contra *Fabricius* infra in vol. XII. p. 781. Hypatum hunc cum *Georgio Sanginaticio* eumdem esse ait. At *Kollarius* in nota ad Lambecii locum cit. vbi *Fabricii* verba adducit, „dubium tamen, inquit, remanet, auctorne libelli hic *Sanginaticius* vel editor tantum fuerit? id, quod, inspecto libello, quo nos quidem caremus, facile quis diuinauerit.“ Supra in vol. XI. p. 572. in indice MS. cod. Eparchi nr. LIX. citatur quoque *Hypati* interpretatio partium corporis, quam editam esse a *Stephano le Moyne* tom. I. varior. sacr. p. 513. Fabric. in nota ad illum indicis locum animaduertit. Illa *interpretatio* etc. reperitur quoque *Florent.* in cod. Laurent. LXIII. nr. 47. Atque *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. tom. III. pag. 111. postquam Fabricii nostri opinionem, illum Hypatum eumdem esse cum *Georgio Sanginaticio*, commemorat, dein, „sed quas, ait, illi tribuit Fabric. ὀνομασίας τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπου ad Nicol. V. papam circa a. Chr. MCCCCL. versibus politicis, opus videtur a nostro diuersum, quum nulla in hoc metri ratio dignoscatur.“ — *Hypati* interpret. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. v. bibl. Leidens. pag. 398. nr. 54. *Harl.*

[*Georgiorum* numerus, si opus videretur, praeter memoratos supra in vol. XI. p. 627. sqq. et in indice et a Caueo in diss. I. ad hist. litter. S. S. eccl. nominatos, augeri potest. Sed paucorum memoriam tantum h. l. excitare praestabit: maiorem copiam ei, cui volupe erit, indices ad catalogos MSS. varii generis, suppeditabunt.

Georgii Sagoudini, fidei professio, Paris. in bibl. publ. cod. MCLXX nr. 3. ab eo, vt ait confector catal. MSSt. regg. vol. II. p. 227. eo consilio probabiliter scripta, vt iis responderet, qui eum de fide parum recte sentire criminabantur.

Geor-

Georgii Triuisii l. *Triuisini*, Graecorum sacerdotis, versus politici ad Christum dominum, idque ordine alphabetico, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMDCCCIII. nr. 2.

Georgius, cognomento ὁ Κεκαυμένος, cuius versus iambici in duodecim zodiaci signa sunt praefixa Porphyrii Isagogae de quinque vocibus, in cod. Paris. bibl. publ. MCMLXXIII. nr. 1.

Georgii varii codices MSS. exscripserunt: quorum nomina adposita sunt codd. Sic *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXII. nr. 1. plut. 32. qui continet Homeri Iliada, in fine legitur αυνθ' ἐτελειώθη ἡ Ἰλιὰς τȣ͂ Ὁμήρου παρ' ἐμȣ͂ Γεωργίȣ ἱερέως τȣ͂ Ἀλεξάνδρȣ· *MCCCCLIX absoluta est Ilias Homeri a me, Georgio, sacerdote, Alexandri filio:* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 174. — Ibid. in cod. XIV. plut. 59. legitur haec librarii subscriptio: Ἐτελειώθη ἡ παρȣ͂σα δέλτος τῶν ἐρωτημάτων — — διὰ χειρὸς παπ. Γεωργίȣ μαΐςρȣ Νικκολ. πρωτοαναγνώςȣ Σολέντȣς ἐν μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἡμέρᾳ δ΄. ὥρᾳ γ΄. τȣ͂ ἔτȣς τρέχοντος ἀπὸ κοσμοποιΐας ςϡνζ΄. ἰνδ. ιβ΄. *Absolutus est praesens liber Erotematum et declinationum* (h. e. Dionysii Thracis de accentibus etc.) *manu papae Georgii magistri Nicolai, primi anagnostae* seu *lectoris — mense Aprili d. IV. hora III. currente anno ab orbe condito 6957.* (Christi 1449.) etc. v. *Bandin.* l. c. p. 576. (cuius etiam meminit *Montfaucon* in Palaeographia gr. p. 80.) — In cod. *Laurent.* (saec. XIV. scripto,) II. plut. 81. in fronte primae orationis Dionis Chrysostomi legitur nomen possessoris aut scribae, cuiusdam *Georgii.* v. *Bandin.* l. c. III. p. 221. sq. A *Montfaucon.* in cit. Palaeograp. permulti *Georgii*, variorum codicum scribae, passim commemorantur; quorum nomina exhibebit index ad illam p. 530. — Idem *Montfaucon* in bibl. Coislin. haud paucos excitat *Georgios;* qui, praeter alios, ab Allatio aut a me iam nominatos, in variis codd. occurrunt, quorum nomina breuiter repetam; p. 129. *Georgius*, sacerdos Maemon, ex vico Athell. — p. 571. *Georgius*, ad quem scripsit Chrysostomus. — p. 60. *Georgii* cuiusdam fragmm. in catena in parabolas Salomonis. — et p. 137. scholia in Theodoreti interpretationem Psalmorum: — p. 268. sq. *Georgius* notis illustrat orationem 39. Gregorii Nazianz. in sancta lumina, quae incipit πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός. — p. 104. et 105. *Georgius* Proëdrus Pyrrhi, *Georg.* Protonobilissimus, Palaeologus, *Georg.* Protoproëdrus Basilacae, et *Georgius Cathegumenus* monasterii Acatalepti siue incomprehensibilis seruatoris, quod est in Camari, inter eos erant, qui iussu Alexii Comneni congregati fuerunt in concilio de imaginibus, cuius decretum edidit Montfaucon p. 103. sqq. ex cod. Coislin. — p. 429. tres epistolae Demetrii Cydonii ad *Georgium*, philosophum; — p. 145. et 315. epp. Theodori Studitae ad *Georgium, Xenodochum;* — p. 196. S. *Georgii Tropaeophori* martyrium, de quo v. supra, vol. X. p. 229. — Fabricius addiderat indicem et supplementa in hanc Allatii diatribam; sed index iste inseri potest indici generali, et supplementa, suo quoduis loco, iam reddidi. *Harl.*

LIBRI

LIBRI VI.

CAPVT I.

DE SABINO HERACLEENSI, ET ALIIS CANONVM VETERVM ECCLESIASTICORVM COLLECTORIBVS.

Notitia scriptorum recentium, qui collectiones Canonum varias recensuere. 1. nostrum institutum. 2. Canones quinquaginta apostolici, Latinis probati. 3. Graecis, LXXXV. 4. Illorum auctoritas. 5. Canones Antiocheni, apostolis affícti. 6. Constitutiones apostolicae. 7. Epistolae pontificum. 8. Collectiones Canonum deperditae, vt Sabini Heracleensis, 9. vel ineditae vt Stephani Ephesii. 10. alia Theodoreto perperam adscripta. 11. Codex Canonum ecclesiae orientalis a Io. Tilio editus. 12. Codex ecclesiae vniuersae. 13. Codex ecclesiae Africanae. 14. Abbreuiationes Canonum. 15. Canonum Scholiastae Graeci. 16. Nomocanonum scriptores. 17. Bibliotheca Canonica Iustelli et Voelli. 18. Guil. Beueregii pandectae Canonum. 19. De latinis Canonum collectionibus. 20.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

[P] Argumentum, quod tradere adgredior, ante me illustrarunt viri praeclari, *) quorum obseruatis mea adiungam, *Petrus Pithoeus* in synopsi historica eorum, qui Canones et

a) Ab initio statim laudandum est praeclarum opus, quoniam eius frequentior mentio facienda est: „De vetustis canonum collectionibus dissertationum sylloge, quibus de iuris ecclesiastici origine — disseritur, etc. collegit, recensuit, praefationem adiecit *Andr. Gallandius*." Venet. 1778. fol. Accesserunt *Antonii Augustini* de emendatione Gratiani libri tres. — Recusum est opus, (quo vtor, et ex quo Fabricii notitia egregie possit locupletari, sed tum ob breuitatis studium, tum, quoniam multa ad bibliothecam graecam haud pertinent, illum laborem aliis iuris canonici cultoribus atque interpretibus relinquendum esse duximus,) inscriptumque: „De vetustis canonum collectionibus diss. sylloge; quibus virorum doctiss. cura et studio elucubratis, de iuris eccles. origine atque progressu luculenter disseritur, vbi et plura tum ad antiquitatem canonicam, tum ad rem litterariam illustrandam adducuntur. Accessere V. C. *Antonii Augustini* (leg. *Augustini*) archiepiscopi Tarraconensis de emendatione Gratiani dialogorum libri duo. Collegit, recensuit ac praef. adiecit *Andreas Gallandius*, presbyter congregationis oratorii. Editio in Germania prima, variis dissertatt. aucta: Magontiaci 1790. 4. tom. I. II. In hac edit. exstant in tomo II. p. 185. sqq. *Ant. Augustini* — libri II. cum Steph. Baluzii et Gerh. Mastrichtii notis: curante M. *Ios. Ant. de Riegger*. Editioni Magontiac. accesserunt in tom. II. nr. XI. *Stephani Baluzii* Tutelensis diss. de capitularium regum Francorum nomine, dignitate, auctoritate et vsu tam in rebus ecclesiasticis, quam politicis, nec non de eorundem collectionibus et editionibus: nr. XII. *Francisci Antonii Zaccaria* diss. de duabus antiquis canonum collectionibus ineditis; nr. XIII. diss. de inedita canonum collectione, quam XII. saeculo cardinalis *Laborans* composuit et nr. XIV. *Iodoci le Plat.* I. V. D. et SS. canonum professoris in academia Louaniensi diss. de

et decreta ecclesiastica collegerunt, praemissa editioni luculentae corporis iuris canonici, Paris. 1687. et Lips. 1705. fol. *Antonius Augustinus*, Tarraconensis episcopus, in dialogorum libris duobus de emendatione Gratiani, editis Tarracone a. 1587. 4. et Parisiis 1607. [b]) nec non *Stephanus Baluzius*, Tutelensis, in prolegomenis et notis ad Anton. Augustini libros emendatius recusos, Paris. 1672. 8. et Gerhardo a Mastricht curante, Arnhemii 1678. 8. *Christophorus Iustellus* in praefatione ad codicem canonum ecclesiae vniuersae, et in aliis praefationibus et prolegomenis, quae in bibliotheca iuris canonici Guil. Voelli et Henr. Iustelli, variis canonum collectionibus praemissa leguntur, Paris. 1661. fol. *Petrus de Marca*, Parisiensis archiepiscopus, in opere de Concordia Sacerdotii et Imperii lib. III. cap. 2. 3. 4. 5. 6. Paris. 1641. 1663. 1669. et Frf. 1708. fol. et in dissertatione de veteribus collectionibus canonum, quam inter alias postumas illius lucubrationes Baluzius a. 1680. Parisiis edidit pag. 201 sq. et *Iustus Henning. Boehmerus* editioni Francofurtensi operis de Concordia pag. 343. curauit subiungi. [c]) *Carolus le Cointe* in Annalibus Francorum tom. II. p. 175. seq. *Franciscus Florens*, Aurelianensis primum, deinde Parisiensis antecessor, in dissertatione de origine, arte et auctoritate iuris canonici, quae inter alia eius opera canonica et iuridica lucem vidit Ioanne Doniatio editore Paris. 1679. 4. et Halae prelo iterum subiecta est in fasciculo primo nouae variorum scriptorum collectionis 1716. 8. p. 202. [d]) *Ioannes Douiatius*, quem modo memoraui, in Historia iuris canonici, edita gallice Paris. 1676. 12. et in libro tertio praenotionum canonicarum, vulgatarum ibid. 1687. 4. [e]) *Natalis Alexander* in selectis historiae ecclef. capitibus adpendice ad diss. XXI. Saeculi I. p. 219. seq. edit. in fol. tom. 3. *Io. Mabillonius* de Studiis Monasticis parte 2. c. 5. *Claudius Fleury* in institutione ad ius ecclesiasticum, gallice edita sub init. vt Lud. Morerium in Lexico, voce *Droit Canonique*, Hunoldum Plettenbergium in introductione ad ius canonicum, Hildesiae 1692. 8. edita,

de spuriis in Gratiano canonibus. [Add. *Zaccaria* in diss. ad H. eccl. pertin. tom. II. p. 581. sq.] — Multi libri, ad hist. canon. pertinentes, excitantur in *Martini Lipenii* bibl. reali iuridica post Frid. Gottlieb Struuii et Gottlob Aug. Ienichenii curas emendata et locupletata, tom. I. Lipf. 1757. fol. p. 157. sqq. sub voc. *canones*, et in *Mart. Lipenii* bibl. realis iuridicae Supplementis ac emendatt. quae collegit et digessit *D. August. Frid. Schott*. Prof. Lipf. 1775. fol. p. 59. atque Supplementorum vol. II. quae collegit et digessit *Renatus Carolus, L. B. de Senkenberg*, ibid. 1789. fol. p. 66. sq. sub voc. *Canones*. Nam omnes libros, ab illis memoratos, in quibus multi ad biblioth. nostram graecam non pertinent, si iterum enumerarem, ne charta et tempore et lectorum patientia abuterer, omnino vererer. Quando auctores saec. IV. et V. et patres eccles. eorundem saeculor. prouocant in synodis illorum temporum ad canones; hi vocantur *οἱ παλαιοὶ θεσμοὶ, ἀρχαῖοι κανόνες, ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες, ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ* et *ἀποστολικοὶ κανόνες*. *Harl.*

b) Libri duo ex recens. *Gerardi van Mastricht*, Duisburgi ad Rhen. 1676. 8. — *rec.* cura *Ios. Antonii de Riegger*, Vindobon. 1764. — cuius edit. repetita est in *Gallandi* sylloge, tom. II. nr. X. p. 187. sqq. v. editoris Mogunt. praefat. pag. XVII. sq. *Harl.*

c) *Petri de Marca* diss. de veteribus collectionibus canonum, rec. in *Gallandii* sylloge, I. p. 171. sqq. *Harl.*

d) Rec. in *Gallandii* sylloge, tom. II. nr. IX. p. 159. sqq. *Harl.*

e) *Io. Douiat* Praenotionum canonicarum libri quinque. — Editio noua: recensuit, notas adiecit atque praefatus est *D. Aug. Frid. Schott*, prof. Lipf. tomi II. Mitauiae et Lipf. 1776. mai. 8. in cuius tom. I. pag. 245. sqq. per plura capita agitur de primis quatuor conciliis oecumenicis. *Harl.*

edita, aliosque omittam. Add. histoire du Droit canonique, Paris. 1720. 8. *Petri Coustant*, Benedictini, prolegomena ad epistolas pontificum, s. dissertatio de antiquis canonum collectionibus deque variis epistolarum pontificum romanor. editionibus Paris. 1721. fol. *Fabr.* — quae diss. docta recusa est in Gallandii sylloge, tom. I. nr. I. — Ibid. rec. tom. I. nr. III. *Petri et Hieronymi*, fratrum *Balleriniorum*, de antiquis tum editis, tum ineditis collectionibus et collectoribus canonum ad Gratianum vsque, tractatus, praefixus ab illis adpendici ad S. Leonis M. opera, tom. III. Venet. 1757. fol. (tomus I. prodiit ibid. 1755. conf. *Schoenemann.* bibl. historico-literar. patrum latinorum, tom. II. p. 873. 922. inprimis p. 947. sqq. ac 953. sqq.) — In eadem Gallandii sylloge, tom. I. nr. IV. repetita est typis *Caroli Sebastiani Berardi* diss. de variis sacrorum canonum collectionibus ante Gratianum, eius operi in *Gratiani* canones Taurini 1752. 4. edito praemissa. — *Christiani Lupi* synodorum — decreta et canones — illustrati, Louan. 1665. et Brüxell. 1673. 4. melius in eius opp. Venet. 1724-1729. fol. XII. voll. — *Ludou. Thomassini* dissertatt. in concilia, tom. I. Paris. 1667. 4. Luccae, 1728. fol. et in *Rocaberti* bibl. pontif. tom. XV. (cf. *D. Werner Car. Lud. Ziegler* Versuch einer pragmat. Geschichte der kirchl. Verfassungsformen in den ersten sechs Jahrhunderten der Kirche, Lips. 1798. 8. p. 410. sqq. qui p. 50. et saepius canon. apostol. et concil. laudat illustratue.) — *Zegeri Bern. van Espen* dissertationes de antiquis canonum codicibus, cum commentario in canones iuris veteris, Louanii 1777. II. tom. 8. et in eius opp. Lüttich. 1693. et Rouen. 1710. 4. Louan. 1721. et 1753. fol. IV. voll. et Venet. 1781. fol. editis, tom. VI. p. 103. sqq. — *Paul. Ioseph. de Riegger* diss. de collectionibus iuris ecclesiastici ante-gratianei. Viennae 1765. — *Ignatii Mulzer* Historia legum ecclesiasticarum positiuarum, quibus in Germania vtimur. Bambergae 1772. 8. — *Ios. Simonius Asseman.* in bibl. iuris canonici et ciuilis libro 1. cui in fine inscriptionis additur: *Codex canonum ecclesiae graecae*, Romae 1762. 4. cap. IX. et pluribus capp. de canonibus vett. copiose differit: in cap. II. p. 21. sqq. recenset eos, qui canones et decreta ecclesiastica collegerunt, atque in lucem ediderunt; in cap. III. p. 52. sqq. antiquam gr. canonum collection. recensendo, primum et antiquissimum canonum gr. eccles. codicem eum esse statuit, qui in Chalcedonensi concilio a. 451. probatus fuit citatusque; in cap. V. p. 89. sqq. agit de additamentis, vetustiss. gr. canonum codici ab orthodoxis factis: etc. item in libro II. capp. XXXII. et XXXIII. et in libro III. part. 1. ibid. 1763. 4. capp. XI. seqq. et saepius contra Ballerinos aliosque disputat. *Harl.*

E Reformatis *Iacobus Vsserius* f) epistola X. ad Samuelem Wardum, [P] cum Wardi responsione: *Gerhardus van Mastricht*, syndicus Bremensis, anno 1720. exstinctus, in Historia iuris ecclesiastici et pontificii, edita Duisburgi 1676. et Amstelod. 1686. 8. atque cum praefatione Christiani Thomasii, ICti Hallensis, recusa Halae 1705. et 1719. 8. *Guil. Caueus* in historia litteraria scriptorum eccles. parte 2. ad a. 451. vbi de codice canonum ecclesiae vniuersae. *Fabr.* s. p. 443. sqq. ed. Basil. add. ib. tom. II. differt. II. p. 29. sq. de vi et vsu vocabuli Κανών· Pauca adnotauit *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. I. col. 1435. sqq. ad a. 560. de Ioanne Scholastico, patriarcha CPolitano. *Harl.*

f) Bibl. vniuerselle de Mr. le Clerc tom. 2. p. 245. seq.

E nostratibus theologis *Gerhardus Theodorus Meier* in historica de collectionibus canonum relatione, praemissa codici canonum ecclesiae vniuersae, qui ipsius cura graece et latine Helmstadii 1663. 4. est excusus. *Thomas Ittigius*, doctor olim meus, in schediasmate de scriptis, canones et concilia spectantibus, quod inter eius varia opuscula postuma Lipsiae, vulgante *L. Christiano Ludouici* 1714. 8. prodiit p. 425. seq. *Io. Andreas Schmidius* in supplemento ad Casp. Sagittarii introductionem in historiam ecclesiasticam tom. 2. p. 728. seq. Ienae 1718. 4. [*Io. Franc. Buddeus*, theologus Ienens. in Isagoge historico-theolog. ad theologiam vniuersam, singulasque eius partt. tom. poster. Lips. 1724. 4. cap. 5. §. III. p. 737. sqq. vbi multi quoque libri, huc pertinentes, citantur. — *Iust. H. Boehmer* in: Anmerkungen veber die erste Sammlung der Kirchensatzungen oder sogenannten canonum, sowohl im Orient als Occident, in Woechentl. Hallisch. Anzeigen, a. 1741. nr. 13. — *Io. Ge. Pertsch*, Geschichte des Kanonischen- vnd Kirchenrechts. Lips. et Breslau. 1753. 8. — *(Spittleri)* Geschichte des kanonischen Rechts, bis auf die Zeiten des falschen Isidorus. Halae Sax. 1778. 8. — *G. I. Planck* in egregio opere: Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung. I-IV. tom. Hannou. 1803-1806. 8. Permulta opp. de canonibus et conciliis citant *I. Aug. Nösselt* in: Anweisung zur Kenntniss der besten allgemeinern Bücher in allen Theilen der Theologie, ed. III. Lipsiae 1790. 8. §. 424-434. pag. 555. sqq. et *Chr. Guil. Franc. Walch.* in: Grundsätze der zur Kirchenhistorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren v. Bücherkäntniss, ed. 2. Gotting. 1778. 8. p. 189. sqq. coll. p. 26. sq. Idem in: kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistorie, Lips. 1770. m. 8. pag. 232. sqq. et alibi multa praecepta vtilia dat sobrieque iudicat; vt Moshemii, Du Pin, I. G. Walchii, et eius filii, Christi. Guil. Franc. Walchii, (in Grundsätzen der Kirchengesch. des N. T. ed. III. a Io. Christoph. Frid. Schulz, emend. et auct. Giessae 1792. 8.) Schroeckhii, Cottae aliorumque Historias eccles. N. T. in quibus etiam de canonibus eorumque collectionibus modo breuius, modo vberius agitur, silentio praetermittam. *Harl.*] Ex iuris consultis *Caspar Zieglerus*, antecessor Witebergensis, in diss. de origine et incrementis iuris canonici, quae cum commentario eius ad Io. Pauli Lancelloti institutiones pridem in lucem data Witeberg. 1669. 4. et a D. Christiano Thomasio adiuncta est propriis in eumdem Lancellotum obseruationibus Halae Sax. 1716. 4. *Io. Strauchius*, ICtus Ienensis, in dissertationibus canonicis de origine, libris et auctoritate iuris canonici, Giessae 1677. 4. *Herm. Conringius*, licet medicum profiteretur, iuris omnis peritissimus, in libro tertium recuso de Origine Iuris Germanici, Helmst. 1643. 1649. 1665. 4. quintum recusum ibid. 1720. 4. *Iustus Henning. Boehmerus* in iure ecclesiastico protestantium lib. 1. tit. 2. qui est de constitutionibus, Halae Sax. 1714. 4. *Christ. Thomasius* in cautelis circa praecognita iurisprudentiae ecclesiasticae, ibid. 1712. 4. cap. 18. 19. 20. *Burch. Gotth. Struuius* in historia iuris romani, Iustinianei, graeci, germanici, canonici, feudalis, criminalis et publici, cap. VII. p. 561. seq. Ienae 1718. 4. ne dicam, quae idem vir doctissimus paucis perstrinxit in bibliotheca iuris selecta saepius recusa non sine auctariis in 8. *Fabr.* Cel. D. *Christian. Frid. Glück*, prof. iuris Erlangens. in Praecognitis vberioribus vniuersae iurisprudentiae ecclesiasticae positiuae Germanorum. Halae Sax. 1786. 8. in quo libro doct. cap. III. sect. 1. tit. 3. §. 96-117. p. 156. sqq. notitia canonistarum a Gratiano monacho vsque ad recentissima tempora exhibetur; §. 120. sqq. p. 265. sqq. de diuersa canonum ante Gratianum colli-

colligendorum digerendorumque ratione etc. et sect. II. §. 170. sqq. p. 419. sqq. de collectionibus canonum graecis et latinis, etc. curatius agitur. *Harl.*

II. Vt igitur ordine et succincte rem complectar, graecarum collectionum canonicarum notitiam primo loco traditurus, breuiter dicam de collectione antiquissima earum, quam habemus sub canonum constitutionumque apostolicarum titulo: deinde de decretalibus epistolis pontificum, quarum apud Eusebium et Epiphanium mentio occurrit. Hinc de deperditis vel ineditis συναγωγαῖς Sabini Heracleensis, Stephani Ephesii atque aliorum, etiam anonymorum: [P] denique de editis, ac primum de Tiliano codice: tum de iis, quae in Guil. Beueregii pandectis canonum et quae in bibliotheca canonica Guil. Voëlli et Henr. Iustelli exstant. Quoniam porro latinae etiam collectiones canonum partem magnam ex graecis conuersae vel deriuatae sunt, non alienum a meo instituto fuerit, earum etiam notitiam, quantum fieri a me poterit, adcuratam distincteque ordine temporis traditam subiungere.

III. Ante Dionysium Exiguum *prisca* g) regularum ecclesiasticarum versio latina ferebatur, cuius confusione offensi Laurentius presbyter et Stephanus Salonitanus episcopus Dionysium permouerunt, vt noua interpretatione illas circa a. C. 500. donaret. In illa prisca collectione nulli fuere *canones apostolici*, siquidem sanctionum ecclesiasticarum codex a *Paschasio Quesnello* in tomo secundo Leonis M. opp. [Paris. 1675. 4. conf. *Schoenemann.* l. c. tom. II. p. 891. sq. et 919. sq. *Harl.*] vulgatus, haud diuersus a veteri ista, Dionysio memorata, credatur: nullum etiam canonum apostolicorum vestigium in antiquis Africanis, Hispanicis et Gallicanis constitutionum ecclesiasticarum collectionibus exstitit, vt ex Ferrando, codice canonum ecclesiae Africanae, [de quibus vide infra §. XIV.] Martino Braccarensi et Hincmaro iam obseruarunt viri docti. Hic itaque primus Dionysius latinis auribus dedit *canones quinquaginta*. *In principio itaque*, inquit in epistola ad Stephanum episc. *canones, qui dicuntur apostolorum, de graeco transtulimus, quibus, quia plurimi consensum non praebuere facilem, hoc ipsum ignorare vestram nolumus sanctitatem: quamuis postea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumta esse videantur.* Hi quinquaginta canones admit-

g) De *prisca* hac versione latina, quae continet canones synodorum Ancyranae, Neocaesariensis, Nicaenae, Sardicensis, Antiochenae, Chalcedonensis et CPolitanae v. *Coustant* diss. de antiquis canonum collect. §. 1. tom. I. p. 64. sqq. in Gallandii sylloge, ed. Mogunt. ibid. p. 330. sqq. curatius *Balleriu.* de antiquis collect. — canonum etc. cap. II. §. 3. (vbi quoque de codd. agitur,) atque in (*Spittleri*) Geschichte des kanon. Rechts §. 32. et 33. p. 127. sqq. Edita primum est ex cod. Christoph. Iustelli in Voellii et Henr. Iustelli bibl. iuris canon. vetere tom. I. p. 277. sqq. sed Iustellus in canon. Nic. et Sardicensib. feruore iniquo theologico abreptus quaedam folia cultro resecuerat. Res narratur a Stephano Baluzio in praefatione ad opusc. Petri de Marca, edita Paris. 1681. a num. 10. ad 13. cuius verba repetierunt Ballerinii l. c. p. 530. sq. Atque Ballerinii mancam et imperfectam Iustellianam edit. codd. Vatican. praesidio suppletam atque perfectam recudendam curarunt in editt. operum Leonis tom. III. pag. 473-564. et inde repetiit *Mansius* in ampliss. collect. concilior. tom. VI. col. 1105. sqq. Add. infra in h. cap. §. 18. nr. 7. it. *Schoenemann* bibl. — patrum latin. tom. II. p. 953. sqq. et cel. *Glück* Praecognita laudata, cap. III. sect. 2. §. 172. pag. 426. sq. *Harl.*

admittuntur in collectione Cresconii Afri et in codice canonum, qui Moguntiae a. 1525. Ioanne Wendelstino edente, ac deinde Paris. 1609. 8. lucem vidit, nec non in Hadriani I. epitome canonum, quam vulgarunt Canisius, h) Labbeus, Harduinus: tum a Burchardo, Iuone, Gratiano: atque in collectione Isidori Mercatoris seu Peccatoris, qui, a quibusdam apocryphos dici, non diffitetur: *denique propter eorum autoritatem ceteris conciliis praeposuimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur: quoniam plures eos recipiunt, et sancti patres eorum sententias synodali autoritate* (can. 2. Trullan.) *roborauerunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones.* Apocryphorum tamen numero illos certe quinquaginta eximit Stephanus IV. in concilio Lateranensi a. [P] C. 769. actione IV. i) *Non amplius suscipiantur apostolorum canonum prolata per S. Clementem, nisi quinquaginta capita, quae suscipit sancta Dei catholica romana ecclesia.* Et qui a. C. 1054. scripsit, *Humbertus* aduersus Nicetam Pectoratum ad calcem tomi XI. Annal. Baronii p. 803. licet his verbis vtatur: *quia canonibus, sub nomine apostolorum editis nos vrgere videris, exponere tibi tua capitula decreuimus, quamuis ea inter apocrypha vsque nunc magna ex parte computauerimus, vt aperte cognoscatur, nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere:* tamen p. 798. dixerat: *nam Clementis librum, id est Petri apostoli, itinerarium et canones apostolorum, sancti patres numerauere inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quae decreuerunt regulis orthodoxiae adiungenda.* Haec capitula quinquaginta respondent in editione *Cotelerii* graecis prioribus canonibus tantummodo XLII. Nam pro vno Graeco 1. apud Dionysium est 1. 2. pro Graeco 2. apud Dionys. 3. 4. 5. pro Graeco 12. apud Dionys. 15. 16. pro Graeco 17. apud Dionysium 21. 22. 23. 24. pro Graeco 18. apud Dionys. 25. 26. et pro Graeco 35. apud Dionysium 42. 43. Vicissim pro vno Dionysii 40. in Graeco sunt duo, 32. et 33. Similiter in collectione Hadriani I. licet capitula 45. numerentur, tamen nullum ex illis quinquaginta omissum, sed nonnumquam tres vel duos in vnum contractos deprehendi, notauit b. D. *Tho. Ittigius* ad calcem adpendicis de haeresiarchis pag. 162. k)

In

h) *Canisius* tom. 6. lection. antiqu. *Labbeus* tom. 6. concil. pag. 1800. *Harduin.* tom. 3. pag. 2033.

i) Tom. 3. concil. Harduini p. 2015. *Labbei* tom. 6. p. 1723. *Holstenii* collect. romana veterum hist. eccles. monumentorum part. 1. p. 263.

k) Idem in: historiae ecclesiasticae primi a C. N. saeculi selectis capp. Lips. 1709. 4. p. 47. sq. qui inter alia adnotat, *Seuerinum Binium* tom. I. concil. pag. 14. duos tantum ex canonum apostolicorum numero, n. canonem suae editionis 65. et 84. et cardinalem *Aguirrem* tom. I. concilior. Hispaniae diss. III. excurs. 6. et 8. quinque tantum, n. 46. 47. 65. 67. et 84. esse pseudepigraphos, censuisse. Contra ea *Bellarminum* de scriptt. eccles. pag. 54. canones posteriores omnes reprobare, et tantum L. priores agnoscere pro legitimis; nec aliam videri sententiam *Antonii Constantini a Castrouillare,* ordin. Minimorum S. Francisci de Paula exprouincialis in diss. de canonibus apostolorum, Romae 1697. in 4. Hic enim in primo cap. sect. 5. quum priores L. canones recensuisset, p. 28. hos, vt vere ab apostolis conditos defendere, et in indice p. 356. posteriores XXXV. cum romana ecclesia reiicere ait; et tamen in eadem pagina paullo post, canones XXXV. posteriores tamquam apostolicos recipere videtur. Post haec Ittigius aliorum diuersa iudicia de canonibus, qui vocantur apostolici, refert, eosque suppositititios esse pronuntiat, et denique, rationes, inquit, varias, ob quas canones apostolici pro legitimo foetu agnosci non possunt, e nostratibus adducunt *Centuriatores*, cent. 1. part. 2. cap. 8. pag. 544. Basil. 1559. fol. *Osiander* in epitome hist. eccles. centur. I. libr. 3. cap. 4. *Gerhardus* in confessione cathol. lib. 1. general. part. 2. c. 6. p. 394. sqq. *Varenius* in rationario saeculi I. p. 57. sqq. *Harl.*

In graeco-latina editione Gregor. Haloandri [l]) duodequinquagesimus canon respondet quinquagesimo apud Dionysium et in editionibus Herueti [m]) atque Beueregii, [n]) quoniam pro 12. et 13. apud [?] Haloandrum est 12. Latinorum solos quinquaginta canones recipientium sententiam notauit auctor scholii ad canonem Trullanum secundum: σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα διὰ τοὺς Λατίνους, τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι τοὺς ὀγδοήκοντα πέντε τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. *Fabr.*

[*Epimetron.* Plura adhuc de illis canonibus, eorum auctoritate, quam apud multos obtinuerunt, de tempore, quo collectio istorum canonum facta sit, et de diuersis de illis variorum iudiciis possunt disputari. At enim alii iure culparent obscuram diligentiam: nec hic locus est, quum maxime alii pistrino illi operam addixissent. Praeter citatos consules quoque *Buddeum* in Isagoge supra ad §. 1. citata, p. 742. sqq. et *Assemann.* in tom. I. laudato pluribus locis, ex. gr. cap. IV. p. 74. vbi monet, graecum exemplum, quod Dionysius Exiguus a capite ad calcem accurate reddidisset, (vti ex duobus puris eius codd. MSS. Vatic. MMMMMDCCCXXXXV. et Palat. DLXXVII. colligatur,) multa, quae postea accesserunt, caruisse; tum p. 89. sqq. de canonibus apostolicis, vbi contra Iustellum et Lupum quoque pugnat, et p. 92. sqq. ostendere adlaborat, canones *apostolicos* etiam ante concilii Chalcedonensis tempora, si non apud romanam ecclesiam, saltem in ecclesiis orientalibus receptos fuisse atque probatos, locumque *Guil. Beueregii* apud Coteler. in vol. I. SS. patrum, qui apostolicis temporibus floruerunt, Antwerp. 1698. p. 429. nr. VIII. sqq. repetit et explicat ac p. 101. sq. de canonibus atque constitutionibus apostolicis Beueregii proponit coniecturam, atque p. 103. „ firma, inquit, manet constansque sententia, quae hos canones nec ipsis cum Turriano apostolis ante a. 50. conditos, adscribit, nec cum Dallaeo quinto demum eoque adulto post Ch. N. saeculo ab impostore nescio quo consarcinatos hariolatur; sed medium duas inter istas extremas tenens opiniones, eos secundo exeunte, tertioque nondum adulto saeculo a primitiuis synodis constitutos, et mox etiam in corpus istud, quod iam sub manibus habemus, collectos, (etiamsi nonnullis in locis postea interpolatos) fuisse statuit." Quam sententiam postea corroborare, et latius explicare atque tueri adnititur statuitque Assemann. canones illos circa a. Chr. 520. in Nomocanonem graecum iam relatos esse. Tum p. 105. sqq. de antiquo horum canonum vsu apud Orientales et Latinos, (atque Latinis ante Dionysii Exigui aetatem canones eosdem haud ignotos fuisse, contra Ballerin. contendit,) eorumque numero, de

l) *Gregorius Haloander* canones apostolorum graece edidit ad calcem Nouellarum Iustiniani imp. deinde latinam suam versionem subiunxit, Norimb. 1531. fol. apud Io. Petreium. Cum Haloandri versione recusi sunt in Orthodoxographis. Eadem etiam occurrit in *Francisci Iouerii* Valentini sanctionibus ecclesiasticis, quae prodierunt latine 1555. fol.

m) *Gentianus Heruetus* canones apostolorum Theodori Balsamonis scholiis illustratos vertit et latine edidit Paris. 1561. fol. cum aliis canonibus conciliorum et SS. patrum. Herueti versio Dionysianae adiuncta exstat in variis conciliorum editionibus. Seruata etiam ab Elia Ehingero, qui graece et latine canones conciliorum edidit Witeberg. 1614. 4. et in editionibus canonum graeco-latinis Parisiensibus cum Balsamonis et Zonarae scholiis, nec non in magno Beueregii synodico.

n) In *Guil. Beueregii* synodico siue Pandectis canonum familiam ducunt canones apostolorum cum Balsamonis, Zonarae et Alexii Aristeni scholiis, graece et latine, Oxon. 1672. fol. additis notis eruditissimis.

de Dionyſiana eorum verſione etc. vberius agit. Enimuero cogor, harum controuerſiarum cognoſcendarum cupidum ad Aſſem. ablegare, qui etiam p. 445. ſqq. 460. ſqq. 478. ſqq. ac p. 527. ſqq. quasdam quaeſtiones controuerſas pertractat. *Schott* ad Douiati Praenotion. cit. libr. III. cap. 3. de antiqua canonum collectione, quae prima vulgo habetur, §. 1. p. 669. primum coniicit, primam illam collectionem nihil aliud fuiſſe, ac celebrem illum codicem canonum eccleſiae vniuerſae, qualis erat vsque ad concilium Chalcedonenſe: dein animaduertit in nota 2. de aetate huius collectionis, (quam Theodoſii M. tempore circa a. 385. compoſitam fuiſſe Douiat. contendit,) nihil certius conſtare, niſi hoc, eam intra a. 391. quo concilium CPolitanum I. habitum eſt, et a. 457. in quem Chalcedonenſe incidit, factam eſſe. Idem obſeruat, *Maſtrichtum* in hiſtor. iuris eccleſ. nr. 27. ſq. exiſtimantem, eius initium ſtatim poſt Nicaenum concil. fuiſſe, eamdem ſenſim per partes creuiſſe, recte refutatum eſſe a *I. H. Boehmero* in obſeru. über die erſte Sammlung derer Kirchenſatzungen, in collectione, à Schotto curata, et inſcripta, *iuriſtiſches Wochenblatt*, tom. II. p. 445. coniecturae tamen Boehmeri cuidam non prorſus adſentit. — Inſuper plura collegerat quondam cel. *Glück* in peculiari commentat. de canonibus et conſtitutt. apoſtolicis, prelo quondam parata, at hucusque ab ipſo in ſcriniis ſeruata, et mecum pro mutua noſtra amicitia communicata, ex qua poſſim hunc Fabricii locum egregie exornare; at aegre fero, et temporis et vero inſtituti bibl. Gr. rationibus me impediri, quominus poſſim ex ea vel potiora copioſius excerpere. Obſeruat vero V. D. poſt *Cotelerium* in notis ad can. apoſt. 30. 50. 82. et 85. ac *Beuerigium* in adnott. in can. Epheſinae ſynodi a. 431. part. 2. act. 7. et in codice canonum eccleſiae primitiuae illuſtrato lib. 1. cap. 17. §. IV. ap. Coteler. vol. II. p. 73. nomen, *κανόνες τῶν ἁγίων ἀποςόλων, canones SS. apoſtolorum* a corruptore quodam, nominis forſan illius auctore, et a falſis codd. lectionibus ortum eſſe. Locum quidem in actis ſynodi Epheſinae corruptum eſſe, vel ex eo patere animaduertit, quod in codice canon. eccl. vniu. can. 178. et in plurimis decretorum graecorum concil. editt. e. gr. Rom. a. 1608. Colon. a. 1618. ac Pariſ. a. 1636. nec non in codd. Zonarae ac Balſamon. non *ἀποςόλων*, ſed rectius *πατέρων* legatur, laudatque *Io. Paull. Hebenſtreit* diſſ. de canonibus, vt dicuntur vulgo, apoſtolicis, Ienae 1701. theſ. III. §. 17. p. 52. Tum argumenta Magdeburgenſ. Centuriatorum contra vetuſtatem et auctoritatem illorum canonum, minime apoſtolorum temporibus adſignandam recitat amplificatque. Poſthaec diuerſas virorum doctorum opiniones, quando, et a quo atque quo ſaeculo illi canones fuerint confecti, profert. *Petrus* igitur *Gunning*, theologus quondam Cantabrig. in opere, anglice ſcripto, de ieiunio antepaſchali, 1662. p. 40. arbitratur, canones illos ab epiſcopis apoſtolicis, qui ipſi interdum dicti fuiſſent *ἀπόςολοι*, et quidem L. priores probabiliter ſaeculo primo, poſteriores autem ſaec. ſecundo fuiſſe compoſitos. *Gabriel Albaſpinaeus*, epiſcopus Aurelianenſis in libro 1. de antiquis eccleſiae ritibus, obſeru. 13. cenſet, nonnullos tantummodo illorum canones ab apoſtolorum ſucceſſoribus, qui viri *apoſtolici* fuiſſent nominati, ſaeculo II. eſſe ſcriptos dictosque *apoſtolicos* canones, deinceps auctos et ex inſcientia, *canones apoſtolorum* vocatos. *Dauid Blondell.* in Apologia pro ſententia Hieronymi de epiſcopis et presbyteris, ſect. III. pag. 317. indicat, illos canones fuiſſe circ. a. 280. conditos, in prolegomenis autem ad Pſeudo-Iſidorum et Turrianum vapul. cap. 12. adſerit illorum aetatem anno 200. Poſtea cel. Glück memorat nota Petri de Marca, Dallaei et Beue-

Beuerigii °) iudicia, neque tamen omnino probat Beuerigii suspicionem, Clementem Alexandrinum esse canonum, quos habemus, apostolicorum auctorem, quamquam argumentum, quod *Spittler* in: Geschichte etc. p. 70. contra Beuerigium vrguet, ex alio Beuerigii loco, in cod. canon. ecclesiae primitiu. illustrato, lib. 1. cap. 2. §. 5. illustrat reiicitque: aliis tamen armis oppugnat Beuerigium. Postquam *Thomae Brunonis* sententiam, in iudicio de auctore canonum et constitutionum, quae apostolorum dicuntur, §. VI. sqq. in *Cotelerii* patribus apostolicis, vol. II. in accessionibus, pag. 117. sqq. ed. Cleric. expositam, opus canoni apost. nec vnius esse hominis, nec vnius saeculi, sed vario modo successiue congestum et traditum et tandem a *Leontio* Tripolitano, episcopo in Lydia, saeculo quarto probabiliter collectum, nouisque accessionibus locupletatum, aut eum inprimis illorum collectioni operam commodasse, quosdam tamen canones postea accessisse, latius commemorauit, nec tamen probauit: tandem Iani hypothesin, (paullo post a Fabricio §. V. fin. laudatam,) materiam illorum fuisse forma et constitutione hodierna antiquiorem, adoptauit ornauitque. Idem contra Selchou. docet, plurimos quidem apost. canon. patribus saec. IV. iam fuisse notos, atque saec. II. et III. adserendos, ad illos iam ante a. 394. immo iam ante a. 325. ab Alexandro, episcopo Alexandrino, ap. Theodorit. hist. eccl. lib. 1. cap. 4. aliisque esse provocatum; nec illos demum saec. IV. esse confictos, quum iam *Basilius* M. episcopus Caesar. Cappad. circ. a. 370. (in opp. tom. III. pag. 25. et in Beuerigii synodico tom. II. f. 53.) ἀρχαίων κανόνας (n. 25[tum]) aliique alios laudassent: denique ex collatione canonum apostol. et Antiochenor. (ap. Beuerig. in eod. libr. 1. cap. 4. §. 2.) ostendit, canones synodi Antiochenae a. 341. maximam partem ex canon. apostolicis mutuos esse sumtos, nonnullos autem additos; formam autem et constitutionem canonum, quos quidem habemus, apostolicorum saec. forsan quinto demum esse perfectam, at post medium saecul. quintum partem iam fuisse collectionis legum ecclesiasticarum contra Beuerigium commonstrat. Quis autem fuerit auctor illius collectionis, parum certum esse videtur: in oriente tamen eos fuisse natos, existimant fratres Ballerini (opp. Leon. tom. III. pag. 5. et in *Gallandii* sylloge etc. tom. I. p. 240. ed. Mogunt.) quod in can. 38. legatur nomen mensis syromacedonici *Hyperberetaei:* neque cel. Glück repugnat, suspicans, illam collectionem et quidem successiue primo forsan priorum quinquaginta canonum, quibus deinceps reliqui XXXV. canones sensim sensimque fuerint adiecti, ab orientalibus episcopis probabiliter esse factam. Enimvero *Spittler* l. c. p. 71. ex eo, negat, sumi posse tutum argumentum, opinans, collectorem canonum esse potuisse Alexandrinum, quamuis auctor s. auctores canonis istius tricesimi octaui fuerint orientales. *Douiat* in Praenot. citt. pag. 671. §. 2. quo auctore concinnata fuerit collectio, sibi non liquere confitetur; §. autem 3. eam in imperio orientali esse editam inde patere ait, quod topicarum s. particularium synodorum canones non alios contineat,

o) Historiam controuersiae de auctoritate canon. apostol. a Turriano contra Magdeburg. centuriatores, a Dallaeo, Beuerigio, et Larroquano, (de la Roque,) agitatae vberius enarrat *Cotta*, in Historia eccles. (Versuch einer ausführlichen Kirchenhistorie des N. T.) tom. II. sect. 2. c. 5. p. 1179. sqq. Tubing. 1771. mai. 8. qui a p. 1170. §. 427. de illis canon. docte pleneque agit.

tineat, quam earum, quae in Asiaticis dioecesibus sint celebratae. Idem pag. 673. sqq. Spittler l. c. atque cel. Glück de auctoritate, quam illi, et prius quidem in ecclesia orientali, quam in occidentali per leges stabilitam nacti sunt, pluribus agunt. Quamquam canones, et ipsi priores L. in ecclesia occidentali temporum progressu apud catholicos occidentis non plene obseruatos esse, res ipsa docet, et palam profitetur *Martinus Perezius* (de Traditionibus, part. 3. cap. de auctoritate canonum apostolic.) a *Michael.* tamen *Medina*, vix sex aut octo in latina ecclesia obseruari, hyperbolice dictum esse, quum nec tertia pars eorum in desuetudinem abierit, et vix duo treue reperiantur, quos ecclesia palam repudiet, post Beueregium et Cotelerium docet *Io. Douiat* in Praenotion. canonicar. libris V. libro III. cap. 2. de canonibus, qui dicuntur, apostolor. §. 9. p. 667. sq. ed. Schott. De constitutionibus et canonibus apostolicis, de collectione, a Sabino episcopo Heracleensi, et concilio Chalced. facta, de codice canonum ecclesiae vniuersae, de versione prisca et Isidori reliquorumque collectionibus conf. quoque *Georg. Dan. Fuchs* Bibliothek der Kirchenversammlungen des IV. und V. Jahrhunderts, part. 1. Lipf. 1780. 8. p. 276. sqq. Sed, multis VV. DD. iam in vtramque partem disputantibus aut omnem historiam explicantibus, in Gallandii Sylloge, aut Douiato, Cotta, aliisque antea laudatis, vela contrahenda esse, ne extrauagari videar, intelligo. De Dionysiana collectione, in duas partes diuidenda, quarum prior canones synodalium, posterior autem, aliquanto serius congesta, epistolas romanorum episcoporum continet, *Spittler* l. c. p. 137. sqq. et pag. 145. sqq. vberrime agit et recenset scripta, quae prima illa genuina collectio comprehendit. Editionem igitur, quae plura complectitur, e. g. a Iustello curatam, et ex ea in *Iosephi Harzhemii* conciliis Germaniae, tom. I. p. 131-235. (vbi tamen canones synodorum tantum sunt recepti,) repetitam, haud primam Dionysii edit. sed vnam alteram recensionem, a Dionysio ipso immutatam, aut collectionem Dionysianam, a romanis episcopis subinde auctam reddere, idem p. 147. sqq. pluribus ostendit. *Harl.*]

IV. Graeci hisce quinquaginta canonibus additos habent alios quinque et triginta, sic vt *canones apostolicos LXXXV.* numerent Io. Scholasticus, qui ex presbytero Antiocheno patriarcha CPol. fuit ab a. C. 564. ad 578. et post eum patres concilii Trullani a. 680. canone 2. Photius patriarcha CPol. Steph. Ephesius in synopsi κανονικῇ, quam MS. memorat *Lambecius III.* p. 66. [p]) Matth. Blastares, Arsenius, monachus, et scholiastae canonum, Io. Zonaras et Theod. Balsamo, aliique Graeci iuniores communiter: ita etiam Io. Tilius, qui apostolorum et SS. conciliorum decreta graece edidit Parisiis per Conr. Neobarium 1540. 4. licet a Greg. Haloandro tantum LXXXIV. numerentur, quoniam, vt dixi, pro 12. et 13. duodecimum computat, vt fit etiam in Christoph. Hegendorfini editione Lipf. 1524. et

p) Siue p. 183. ed. Kollar. nr. 2. cod. XLVIII. vbi Kollar. adnotat, Caueum suspicari, hunc Stephanum illum esse Ephesinum episcopum, qui a. 351. Chalcedonensi concilio interfuit, eo potissimum, quod in titulo codicis Palatini, hisce canonibus praefixo, Stephanus episcopus Ephesinus adpelletur. Hanc doct. viri coniecturam, inquit idem Kollar. confirmat hicce codex noster, vbi claris et indubiis elementis scriptum habetur: Στεφάνε Ἐφέσε, haudquaquam vero Ἐφεσίε, vt mendose exscripsit Lambecius. Add. infra in hoc cap. §. X. fratres *Ballerin.* in Gallandii Sylloge etc. I. p. 245. sqq. et *Douiat.* l. c. p. 670. ac p. 681. *Harl.*

et in Orthodoxographis: nec non in conciliis Binii, Labbei atque Harduini, versionem Herueti adiunctam habentibus. Simeon q) magister numerat LXXXII. Ioseph. Aegyptius, Arabicus interpres, LXXXI. Cotelerius, (cui pro 77. et 78. est vnus canon 69.) exhibet LXXVI. Turrianus, r) a quo eorum quartus de mundialibus curis, ab episcopo, presbytero aut diacono non suscipiendis, nescio quomodo, praetermissus est, LXXV. s) Ineditam Theodoriti canonicam collectionem, qua canonum apostolicorum recipiatur auctoritas, laudari videas a *Salmasio* p. 633. libri de vsuris. [v. infra §. XI.] Sed illa Theodoreto perperam tribuitur etiam a Petro de Marca, t) qui MSto codice deceptus fuit; non alia enim illa esse comperta est, quam Ioannis Scholastici. *Fabr.* Conf. *Douiat* l. c. libr. III. cap. V. p. 682. sqq. de collectione, Theodorito a quibusdam adscripta, de ordine huius collectionis, de codd. bibl. Paris. et regiae et Seguerianae (postea Coislin. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 267. sqq.) Illam collection. a Iustiniano Nouella 131. sancitam esse putabat Douiatus; sed Schott. in nota obseruat, illam Iustiniani nouellam non ad hanc collectionem priuatam, sed potius ad *codicem canonum ecclesiae vniuersae*, quippe publica auctoritate receptum, pertinere. Postea illam collectionem neque *Theodoro*, neque cum Turriano (in opusc. quod scripsit pro canonibus apostolorum,) *Constantino* scholastico P. Cpolit.; neque cum Antonio Augustino (in praef. ad antiq. collection. Decretal.) et Alemanno, (in notis ad Procopii anecdota,) *Ioanni Scholastico*, quem ea quidem vsum esse non dubitat; sed maxime probabiliter *Theodorito*, (cuius nomen occurrit in cod. regio: Συναγωγὴ Κανόνων εἰς ν. τίτλȣς διῃρημένων παρὰ Θεοδωρίτȣ ἐπισκόπȣ τȣ̃ Κύῤῥȣ) esse adscribendam et ab illo *Theodorito*, Cyrrhi in Euphratensi orientis prouincia episcopo, eam canonum collectionem esse conditam, it probatum: denique §. VII. p. 687. sq. diluit rationes Iustelli aliorumque, qui negant, hanc collectionem esse Theodoriti. *Harl.*

V. Nec quinquaginta illos, neque ceteros, (haud multum licet prioribus, vt opinor, inferiores iunioresque canones,) ab apostolis conditos, u) [P] aut a *Clemente Romano* apostolor. aequali litteris consignatos esse; virorum eruditorum in romana etiam ecclesia communis propemodum consensus praeiudicauit, adeo vt laterem lauent, qui contrariam sententiam post Turrianum contendunt euincere, *Antonius de Castrouillare*

T 2

q) A Simeone hoc, de quo infra, omittitur canon 70. et 71. sed in vnum contrahitur 10. et 11. quemadmodum et 15. 16. at in duos dispescitur 38.

r) *Franciscus Turrianus*, S. I. ad calcem constitutionum apostolicarum latine versos et illustratos canones apostolorum vulgauit Antwerpiae 1578. fol. apud Christoph. Plantin. Nouam denique versionem adornauit *Io. Baptista Cotelerius*, qui in patribus apostolicis tom. 1. ad calcem constitutionum apostolicarum canones quoque nouo studio recensuit, atque graece cum interpretatione duplici, vetere Dionysii, nouaque sua et notis edidit Paris. 1672. fol. In Amstelodamensi editione operis Coteleriani, Io. Clerico curante, Beueregii etiam adnotationes optimo instituto adiunctae sunt.

s) Conf. *Ittigii* selecta capp. historiae eccles. p. 46. sqq. *Harl.*

t) De Concordia Sacerdot. et Imperii tom. 1. p. 152. tom. 2. p. 237.

u) Vti praeter alios sibi persuaserunt *Io. Damasc.* de orthodoxa fide libr. IV. c. 18. et *Ioseph. Aegyptius* in sua arabica collect. canon. Conf. *Douiat* in praenot. libr. III. cap. 2. p. 659. sqq. copiose de illis disputantem. *Harl.*

lare [v]) et *Guil. Whistonus* in libro anglice edito Lond. 1711. 8. *essay on the apostolical-constitutions* p. 83. sqq. [w]) Pleraque tamen, quae in illis canonibus continentur, optime congruere cum disciplina ecclesiastica secundi tertiique saeculi, non pauca etiam, quae a quarti iam saeculi scriptoribus et conciliis ipsis ad canonum ecclesiasticorum praescriptum nominatim provocantibus adferuntur, eodem modo et propemodum αὐτολεξεὶ reperiri in his, non in aliis antiquioribus ecclesiasticis sanctionibus, abunde iam demonstratum est a viris eruditissimis, [x]) prae-

v) In differt. de canonibus apostolicis contra Natalem Alexandrum, Romae 1697. sed conf. *Ittigii* Historiae ecclef. — capp. selecta p. 46. sqq. Copiose de iis disputat *Assemann.* in bibl. iuris oriental. libr. 1. cap. V. Primum recudi fecit p. 90. sqq. Iustelli, Lupique, iudicia, tum p. 92. reiicit cum Ballerinis fratribus p. XXXV, illorum opiniones, statuitque, ambigi non posse, quia canones quoque illi, *qui apostolici* dicuntur, etiam ante sacri concilii Chalcedonensis tempora, si non apud romanam ecclesiam, saltem in ecclesiis orientalibus recepti probatique fuerint, atque in rem suam *Beuerigii* longum locum, (arbitrantis, illos apostol. canones a viris apostolicis, h. e. secundo labente et ineunte tertio a C. N. saeculo constitutos, passim deinceps innotuisse, et (in nota, in canon. LXXXV.) suspicantis, Clementem Alexandr. tam *canonibus*, quam *constitutionibus* apostolicis colligendis operam dedisse,) ap. Coteler. in vol. I. SS. patrum, qui apostolicis temporibus floruerunt, Antwerp. 1698. pag. 429. num. VIII. sqq. aliaque repetit atque explanat probatque. Sed reliqua apud illum ipsum legas velim. Idem p. 106. sqq. examinat Ballerinorum de vsu canonum illorum apud Latinos ante Dionysium Exiguum (part. 1. cap. 1. §. 3 in Gallandii sylloge I. p. 240. sq.) iudicium, refutatque pluribus eorum opinionem, eosdem canones ante Dionysii Exigui aetatem Latinis haud cognitos fuisse. Beuerigii sententiam probabiliorem esse, quam Turriani ac Dallaei opiniones iudicat *Spittler* in Geschichte des kanon. Rechts p. 69. sq. ei tamen opponit, multa in iis reperiri vestigia, quae declarent, eos apostolicos canones non ab *vno* auctore esse collectos, sed in progressu temporis ortos auctosque, quod etiam censet *Fuchs* in Biblioth. der Kirchenversamml. tom. I. p. 278. sqq. atque opinatur, et Turrianum cum suis adseclis, et Dallaeum, et Beuerigium erraſſe, adoptatque *Roesleri* iud. (in Bibl. der Kirchenväter, tom. IV. p. 290.) hac de re numquam posse aliquid certi, quod ab omni sit liberum dubitatione, pronuntiari. *Harl.*

w) V. *Cauei* hist. litt. SS. eccl. I. p. 29. *Doniat.* l. c. tom. I. p. 660. sqq. et supra, vol. VII. pag. 22. 25. sq. *Harl.*

x) Vide lib. V. huius bibl. pag. 33. *Fabr.* cap. 1. supra in vol. VII. p. 21. sqq. vbi de apostolorum canonibus LXXXV. eorumque versionibus german. de constitutionibus apostolicis, et, (inprimis p. 26. sq.) de codd. ac p. 24. de editt. tam graecis quam latinis, earumque aetate etc. a Fabricio et a me vberius est disputatum. Quibus addantur infra ad §. XIII. notata et editio inscripta: *A. T. Canones apostolici* (LXXXV.) additis scholiis *Io. Balthasaris Bernholdi*, S. T. D. eiusq. et Gr. L. P. P. domesticis disputatt. et recitationibus publicis repetiti ab auditoribus et respondentibus Altorphii 1733. 8. In fine p. 91. sq. ex edit. canonum M. *Eliae Ehingeri* p. 36. Witteberg. 1614. 4. adtexitur canonum apostolicorum epilogus qui in Plantiniana et Tilliana non exstat, latine autem apud *Luc. Osiandrum* H. E. centur. I. libr. 3. cap. 4. In prooemio disputat Bernhold. de illis canonibus, variorumque diuersas repetit diiudicatque sententias, et concludit, apostolicis canonibus neque canonicam s. diuinam, neque nullam prorsus auctoritatem esse vindicandam. *Rösler* in Bibl. der Kirchenväter tom. IV. pag. 229. sqq. eos germanice vertit, et plures addidit animaduerss. conf. *Spittler* Gesch. des kanon. Rechts p. 66. – 80. [Die 85. vermeintl. Canon. apostol. nebst einer Uebers. derselben in Io. Dietr. Hartmann Beyträgen zur chr. Rel. u. Kirchengesc. 1. B. (1796.) p. 204. sq.] — Inter codd. *Coislinianos* plures adhuc reperiuntur codd. quos partim vberius recenset *Montfaucon* in bibl. Coislin. vt eos, qui ad historiam conciliorum potius pertinent, omittam, p. 85. sqq. in cod. XXXIV. qui continet collectiones canonum et alia quaedam, fol. 45. verso canones apostolorum, quos sequuntur alii canones conciliorum et patrum, qui, etsi alio ordine, iidem tamen sunt, ac qui in collectione Beuerigiana, exceptis scholiis, et quibusdam superadditis; fol.

praecipue a *Guil. Beueregio* in notis ad canones apoſtolicos, et in codice canonum eccleſiae

fol. 177. verſo et ſqq. diuerſae conſtitutiones, ex iis ſelectae, quas poſt ſacrarum nouellarum codicem Iuſtinianus edidit: — p. 102. cod. XXXV. collectio canonum, vti in cod. praecedenti: — p. 268. cod. CCX. canones apoſtolorum, ſynodorum et patrum, cum commentariis Io. Zonarae: p. 269. cod. CCXI. canones conciliorum: — p. 271. cod. CCXII. apoſtolicae conſtitutiones, in VII. libros diſtributae; in fine legitur; *conſtitutiones SS. apoſtolorum per Clementem miſſae gentibus:* — p. 562. cod. CCCLXIII. collectio canonum breuiſſima: — p. 563. cod. CCCLXIV. codex canonum, 1) apoſtolorum nr. 85. 5) ex conſtitutionibus S. Petri apoſt. canones 30. atque quarumdum ſynodorum multorumque aliorum canones; fol. 344. SS. apoſtolorum canones 83. — fol. 361. canones eccleſiaſtici *ἐκ τῷ ὀγδοοβιβλίῳ*, et fol. 368. quidam canones excerpti. — *Venetiis* in bibl. Nanian. cod. XXXII. collectio canonum, confecta ex canonibus apoſtolicis et variorum conciliorum: v. cat. codd. gr. Nan. p. 13. ſq. — in cod. CXXVII. nr. 22. canones apoſtolorum. (ex quo cod. a Mingarellio in cat. cit. pag. 282. ſqq. graece in lucem prolata eſt *Διήγησις Δανιὴλ μητροπολίτα Ἐφέσε· καὶ περίοδος τῶν ἁγίων τόπων.*) — in cod. CCXXVI. nr. 1. canones apoſtolici et aliorum conciliorum aliaque, quae ad hiſtoriam aut expoſitionem illorum pertinent; p. 415. ſqq. dicti catal. — in cod. CCXXXII. nr. 2. ſynodici canones et SS. apoſtolorum et Baſilii M. — nr. 3. canones apoſtolici 85. — nr. 8. collectio canonum ſec. ordinem 24. litterarum graec. auctore *Simeone Hieromonacho* (quae etiam eſt ibid. in cod. CCXXXVIII.) ac nr. 9. altera collectio canonum, auctore *Manuele Notario Malaxo:* v. cat. dict. p. 425. ſqq. et 430. et de Man. Malaxo ſupra, vol. XI. p. 668. ſq. — in cod. CCXXXV. canonum collectio, in capitula diuiſa: — in cod. ſequenti canones apoſtolici, conciliorum Nicaeni et aliorum, tum patrum eccleſ. — in cod. CCXXXVII. capitula canonica, mixobarbaro ſermone et in cod. CCXXXIX. mutilo capitula canonica. v. cat. dict. p. 429. ſqq. — *Venetiis* in bibl. Marc. in quatuor codd. CLXVIII. vſque ad CLXXI. ſecund. cat. codd. Marc. gr. p. 95. ſqq. vbi ea, quae in ſingulis continentur, copioſius recenſentur, ſunt canonum conciliorum aliorumque variorum collectiones atque conſtitutiones, et quidem in illorum primo atque vltimo canones 85. apoſtolorum, ac Paulli apoſtoli conſtitutiones et Petri ac Paulli conſtitutiones, (vti in cod. Coislin. in Montfauc. bibl. Coislin. p. 83.) — cod. CXXXVIII. qui comprehendit Parallela S. Io. Damaſceno adtributa, ſunt inſerta haud paucorum ſcriptorum eccleſ. in his *canonum apoſtolor.* fragmenta. v. cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. tom. I. p. 84. — in cod. DCXXXII. qui poſt confectum catalog. in bibl. Marc. illatus eſt, canonum collectio, teſte *Villoiſonio* in anecdot. gr. tom. II. p. 274. — *Taurini* in cod. regio CV. eſt ampliſſima canonum conciliorum generalium et particularium, nec non epiſtolarum canonicarum collectio, et folio quidem 65. canones apoſtolorum, quibus expletis praeter ea, quae in editt. leguntur, pauca ſunt adiecta, quae auctor cat. gr. Taur. p. 194. ſq. gr. exſcripſit, latine vertit, ac reliqua, quae inſunt illi cod. curatius recenſuit. — *Franc. Ant. Zacharias* in bibl. Piſtorienſi, Auguſtae Taurin. 1752. fol. in cap. III. p. 14. ſqq. paucis recenſet XVI. codices conciliorum et canonum; inter quos notandus videtur cod. XV. inſcriptus: *canones et documenta doctorum;* init. *Incipiunt capitula, quae ex graecis et latinis canonibus et ſinodis romanis, atque decretis praeſulum ac principum romanorum ſparſim collecta ſunt, Wengilkanno Mediomatricae vrbis epiſcopo Romae a beato Papa Adriano tradita XIII. Kal. Oct. Indict. 9. quando pro ſui negotii cauſſa agebatur. Dei ordinationem accuſat, in qua conſtituuntur, qui epiſcopos accuſat vel condemnat.* Iidem canones ſunt in cod. bibl. *Bernenſis* XIII. (qui continet canones quorumdam conciliorum,) niſi vt ſcriptum ſit, *capitula ſparſim collecta ſunt et* Angilramo *Mediomatricae vrbis epiſcopo — — tradita* etc. v. *I. R. Sinneri* catal. cod. bibl. Bernenſis etc. Bernae 1760. 8. p. 47. Ibid. p. 45. ſq. praeter alios codd. continentes conciliorum canones, in cod. VIII. ſunt quoque canones *apoſtolici*, quibus praemiſſus eſt hic titulus: „Incipiunt eccleſiaſticae regulae SS. apoſtolorum, prolatae per Clementem eccleſiae rom. pontificem, quae ex graecis exemplaribus in ordine ponuntur, quibus quam plurimi quidem conſenſum

non

primitiuae vindicato. [r]) Quod autem *Clementi Alexandrino* debeatur illa canonum veterum

non primo praebuere facile et tamen postea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumta esse videntur." — Canones 85. apostolorum et alia in cod. *Geneu.* XXIII. quem recenset *I. Senebier* in catal. MSStor. bibl. Geneu. (gallice scripto) Geneu. 1779. 8. p. 35. sq. — *Florent.* in bibl. Laurent. in cod. VIII. plut. 9. Leges ecclesiasticae; nr. 2. et 3. doctrina SS. apostolorum de charismate, et eorumd. constitutiones de ordinationibus; nr. 7. apostoli Paulli constitutiones XIX. de canonibus ecclesiast. quinam ad baptismum sint admittendi; nr. 8. eiusd. et Petri constitutiones; nr. 10. Apostolorum canones 85. vltimus in hoc cod. est paullo auctior quam in collect. canonum Balsamonis et in Pandectis canon. Beueregii, eumque gr. exscripsit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 396. sq. vbi a p. 395. reliquos, qui in illo cod. reperiuntur, conciliorum canones copiosius persequitur. — Ibid. in cod. VIII. nr. 26. plut. 86. inserti sunt canones quidam apostolorum, praesertim de episcopis et clericis. v. *Bandin.* l. c. III. p. 326. — Canones apostolorum, et multorum conciliorum, Petri et Paulli constitutiones *Oxon.* in bibl. Bodl. cod. Barocc. XXVI. CLVIII. CLXXXV. CXCVI. CCV. cum commentario Balsamonis; ib. in cod. XXVI. arabico Th. Roe, s. nr. 272. cat. MSSt. Angliae etc. 1. Apostolor. et conciliorum canones, cum epistolis patrum canonicis; ib. in cod. *Oliu. Cromwell.* CXI. s. nr. 290. cat. excerpta ex constitutt. apostolicis: ibid. in cod. *Bodlei.* LXXVIII. s. nr. 2677. catal. canones 50. apostolorum et canones aliorum conciliorum; omnia latine: in cod. XCII. siue nr. 3081. in lingua russica; — in codd. *Huntington.* arabicis LXXXIII. et seq. s. nr. 83. et 84. canones apostolor. cum commentario, item in cod. CIV. s. nr. 5850. cat. canones ecclesiae, et constitutiones ac didascaliae apostolorum; item constitutiones imperiales atque decreta ecclesiae Antiochenae, arabice. — In cod. *Vossiano* CXXVII. s. nr. 2238. cat. vol. II. canones apostolorum et concilior. vniuersalium; — in cod. *Norfolciano* DXL. s. nr. 3439. cat. dicti vol. II. canones apostolici, cum scholiis; concilia cum expositione Balsamonis et Zonarae, atque epistolae diuersorum episcop. — in cod. *Th. Gale* LXXI. s. nr. 5905. dicti cat. canones apostolor. cum schol. Balsamonis, et canones multorum conciliorum, atque epistolae variorum scriptor. eccles. — ibid. in cod. CXI. s. nr. cat. 5925. Petri et Paulli constitutiones; apostolorum doctrina et constitutiones de ordinationibus sacris etc. et canones ecclesiastici varii, ac de synodis, bis, epitomeque synodorum oecumenicarum. — in cod. *Ge. Wheleri* XXXV. s. nr. 9106. cat. Nomocanon, in quo apostolorum et ecclesiastici canones recensentur κατ' ἐπιτομήν, gr. — ibid. in cod. LXVIII. s. nr. 9159. cat. Nomocanon, gr. — *Dublini* in cod. collegii S. Trinitatis CCCXCVII. s. cat. dicti vol. II. part. 2. nr. 537. liber bonus spiritualis, collectus ex canonibus, arabice: — ibid. in cod. Clarendon. LXXXIX. et nr. 89. cat. excerpta ex varr. canonibus, et in cod. CXXXVII. s. nr. 277. cat. canones apostolorum, a canone 79. incipientes et variorum conciliorum canones, atque epistolae variorum aliaque ad concilia synodosque pertinentia. — *Leidae* in bibl. publ. (v. catal. p. 398.) initia collationis canon. apostolor. cum breuiariis capitum cod. S. Germani: — ibid. inter codd. Vossian. (v. cat. p. 398.) canones SS. apostol. et primae synodi in Nicaea. — ibid. canones sec. Hieronymum editi ex decretis patrum Gregorii, Ambrosii, Augustini, Isidori et ceterorum christianae religionis fidelium; v. cat. p. 333. nr. 189. — ibid. (cat. p. 387. nr. 29.) Isaaci Lingonensis episcopi canones, excerpti ex variis conciliis vel scriptoribus; cod. peruetus, sed lacer. — *Vindobon.* in cod. caes. XLIV. (in quo multorum conciliorum canones actaque continentur, subiunctis nonnullis diuersorum SS. patrum scriptis canonicis, v. infra, §. X. sub fin.) nr. 2. canones SS. apostolor. anonymi cuiusdam antiqui scholiastae graeci adnotatt. in margine et inter lineas positis illustrati. v. *Lambec,* VIII. pag. 847. sqq. Kollar. — ibid. in cod. XLV. (qui etiam plurium conciliorum canones et alia scripta canonica complectitur,) nr. 1. constitutionum apostolicar. S. Clementis romani liber octauus περὶ χειροτονιῶν. 2) constitutiones apostolorum per Hippolytum; 3) constitutiones et canones apostolorum per Clementem; 5) constitutiones quaedam SS. apost. Petri et Paulli; 6) S. Paulli apost. constitutio ecclesiastica in canones 17. diuisa; 7) de-

rum συναγωγή, parum est verisimile: nam illius canon ecclesiasticus, Eusebio atque Hieronymo

7) definitio canonica SS. apostolor. in canones 18. diuisa; 8) excerpta 31. ex capitulis constitutionis de episcopis; 9) excerptum ex constitutionibus apostolicis. v. *Lambec.* VIII. p. 905. sqq. — Ibid. in cod. XLVI. nr. 1. constitutionum apostolicarum, quae Clementi rom. adtribuuntur, libri octo: v. *Lambec.* VIII. p. 951. sqq. qui illum cod. vetustum censet dignum, quocum editiones a capite ad calcem accurate conferantur, inprimis propter ea, quae ibi maiusculis litteris in margine adnotata sunt, et multis docet exemplis, editionem Cotelerianam posse ex illo cod. illustrari ac suppleri. — Ibid. in cod. CCLVI. nr. 7. canones quidam SS. apostolor. cum expositione Theodori Balsamonis; nec non alii nonnulli canones synodales miscellanei. v. *Lambec.* V. p. 363. — Ibid. in cod. CCXLI. nr. 1. excerpta ex apostolicis constitutionibus, in Ioannis Antiocheni eclogis asceticis; item in cod. CCLI. in anonymi cuiusdam locis communibus asceticis, nec non in cod. CCLXXXIII. nr. 2. excerpta, v. *Lambec.* V. p. 222. sqq. p. 324. sqq. et 474. — Ibid. in cod. VI. nr. 16. fragmenta quaedam ex constitutt. apostol. — in codd. VII. nr. 9. et XVI. nr. 2. canones; in cod. XV. nr. 3. canones apostol. et aliorum concilior. cum commentariis Theodori Balsamonis; — in cod. XVIII. nr. 2. canones 85. cum breui explicatione singulis canonibus subiuncta. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 68. sq. ibique not. Kollar. p. 72. 114. 118. et 127. — ibid. in cod. XLIV. qui continet Synodici part. 1. s. syllogen canonum synodalium, ab ecclesia gr. receptorum, nec non patrum epistolarum cum Io. Zonarae et Theod. Balsamonis comm. nr. 13. canones 85. apostolici, cum commentariis, et in cod. XLV. nr. 20. scholia duo incerti auctoris ad eosd. canones. v. *Kollarii* supplem. ad Lambec. I. col. 302. sqq. 325. — *Mosquae* in bibl. synod. et typogr. sunt plures codd. qui continent canonum collect. teste *Matthaei* in cat. codd. gr. Mosquens. n. p. 48. in cod. XXXIII. cuius collect. habet titulos XIV. et incipit a constitutione Paulli; cod. XXXIV. collect. cum interpretatione Io. Zonarae, vt arbitratur Matthaei; — p. 311. cod. XIV. p. 319. nr. 5. cod. XXXVIII. collect. canonum apostolorum, synodorum et patrum, aliaque, praecipue cod. posterior quoque nr. 18. symbolum fidei; nr. 23. de septem synodis; nr. 24. constitutio SS. apostolorum de charismatibus, et eorumd. constitutio περὶ χειροτονιῶν per Hippolytum: — p. 321. nr. 9. cod. XXXIX. de synodis oecumenicis: — p. 328. cod. LI. nr. 1. variae (742.) interrogationes et responsiones, maxime ad ius canonicum spectantes; nr. 2. collectio canonum apostolorum et conciliorum, octo libris diuisa. — p. 82. cod. CL. nr. 1. Matthaei Blastaris collectio canonum sec. alphabetum; nr. 2. eiusdem synopsis ex canonico Ioan. Nesteutae; nr. 4. Nicephori CPolit. canones ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ συντάξεων· nr. 17. collectio canonum apostolorum et synodorum: — pag. 152. cod. CCXXXI. Matthaei Tzigalae Cyprii collectio canonum (nisi hic et in aliis codd. canones in diuerso sensu pro cantilenis etc. sumantur,) et precum: — p. 162. cod. CCL. nr. 2. canones: — p. 168. cod. CCLXX. nr. 8. pars canonum cum interpretatione: — p. 172. cod. CCLXXIII. et cod. CCCI. collectio canonum, cum interpretatione in priore: — p. 243. codd. CCCLXXI. et CCCLXXII. collectio canonum apostolorum, synodorum et patrum: — p. 248. cod. CCCXCI. nr. 3. canones et preces: p. 260. cod. CCCCI. et p. 287. cod. XXX. collectio canonum, cum interpretatione Io. Zonarae: — p. 285. cod. XXVIII. collectio canonum apostolorum, synodorum et patrum, cum interpret. Io. Zonarae, nec non constitutiones imperatorum, ac paullo post, introductio breuis in interpretationem canonum; tum fol. 242. et fol. 258. ex Nicephori canonibus ex eius constitutionibus ecclesiasticis; fol. 244. sqq. varii canones synodorum et patrum, atque constitutio apostolorum de sabbato et festis, aliaque ad ius canonicum pertinentia. Vt omittam codd. canonum etc. in variis biblioth. obuios et a *Montfaucon.* in Bibl. bibliothec. MSSt. indicatos, claudam notam hanc, forsan longiorem, commemoratione operum, in *Gallandii* sylloge citata, tom. II. nr. XII. et XIII. recusorum pag. 676. sqq. ed. Mogunt. 1) *Francisci Antonii Zaccaria* diss. de duabus antiquis canonum collectionibus antea ineditis, a Zaccaria hic euulgatis atque obss. instructis; primum de *Modenensi*, in qua sunt lat. canones apostolorum, constitutiones pontificum contractae, epistola decretorum papae *Siricii* ad Haemerium, epi-

nymo et Photio memoratus, z) specialem ritum et paschatis celebrandi tempus in ecclesia probatum aduersus Iudaeos vindicabat, in his vero canonibus non modo varia ac multiplicia, sed quaedam etiam, recentiorem quam Clementis aetatem sapientia, reperiuntur, vt quod can. 50. baptismus non per trinam sed vnam immersionem peractus condemnatur contra institutum Eunomianorum. Nonne vero, qui Eusebii aetate χθὲς καὶ πρώην Clementi Romano πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα suppofuerunt Petri et Apionis dialogos, vt ipse testatur *Eusebius* lib. 3. hist. c. 38. potuerunt etiam ex veteribus didascaliis et canonibus, constitutionum libros, canonumque apostolicorum, hoc est, in apostolicis ecclesiis receptorum collectionem sub Clementis nomine in manus hominum dare? Tamen innotuisse illa vel sub apostolicorum canonum nomine lecta esse in ecclesia non videntur ante saeculi quarti finem; primus enim Nectarius CPol. in synodo CPol. a. 394. tom. I. concilior. Harduin. p. 957. ad canonem LXXIV. respiciens καθὼς οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. At Innocentius I. qui ab a. 402. ad 416. rom. eccl. praefuit, in epist. ad CPolitanos apud Sozomen. VIII. 26. solos adhuc canones Nicaenos ab ecclesia catholica susceptos testatur, οἷς μόνοις ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ τούτους γνωρίζειν. Nec defuerunt statim, qui de apostol. canonum auctoritate intercederent, vt Gelasii, aa) Dionysii, Isidori, Photii aliorumque [*] testimoniis constat. Vt adeo, quod ad summam rei adtinet, non longe a veritate absit Io. Dallaei sententia, qui res ipsas canonibus comprehensas ritusque et singulos etiam canones quosdam antiquiores et ex vsu secundi vel tertii saeculi repetitos nec

episcop. Tarraconensem, *Anastasii* papae epistola ad Anastasium imperatorem; epistola papae *Innocentii* ad Innocentium Decentium Eugubinum episcopum etc. denique instituta Gregorii papae rom. quae tamen plane discrepant ab edit. epistolarum Gregorii libr. XII. epistola 31. et in *Mansi* tom. X. concil. col. 418. tum de collectione cardinalis *Deus dedit* ex cod. Vatic. de quo initio egit Zaccaria, et adnotauit, aliquot longa satis fragmenta legi posse in annalibus Baronii ad a. 1059. nr. 50. sqq. 1086. nr. 31. et 1081. nr. 22. sqq. eodemque cod. Vatic. vsum esse Anton. Augustinum in sua, quam concinnauit, canonum epitome. Dein obseruauit, Ballerinos fratres de antiq. collect. et collectione canon. p. CCC. sqq. ex eodem cod. Vatic. dedisse ineditam epistolam nuncupatoriam ad Victorem, sed non pauca admisisse sphalmata; hinc errores textus Ballerin. collato cod. Vatic. indicauit. (De MSta collect. Sorbonico - Mutinensi et cod. illius apographo Vatic. v. post Coustantium, *Ballerin.* Fr. part. IV. cap. 10. p. 625. sqq. in Gallandii sylloge etc. I. p. 625. sqq. et cap. 14. p. 646. sqq. de collect. MS. Vatic. cardinalis *Deus dedit.*) *Zaccaria*, postquam capitula quatuor librorum, in quos diuisum est opus, ex cod. exscripta dederat, p. 763. praeter alia, monuit, cardinalem non pauca desumsisse ex Isidori collectione. Sequitur p. 767. sqq. eiusd. *Zaccaria* diss. de inedita canonum collectione, quam XII. saeculo composuit cardinalis *Laborans*, (qui vixit 1181. et de quo egerunt *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1580. *Fabric.* in bibl. med. et inf. latinit. tom. IV. ed. Mans. p. 226. aliique a Zaccaria citati.) Add. *Ballerinos* fratres l. c. tom. I. pag. 379. sqq. de collectione canonum vetustissima omnium, detecta in MS. Vatic. reginae Christinae 1997. et infra de collectionibus canon. latinis. At, ne extra oleas latius vagari videar, haec sufficiant. *Harl.*

y) Lib. I. cap. 17. §. 4. ap. Coteler. vol. II. p. 73. [v. quoque eius praef. ad adnotatt. in canon. apost. §. V. *Iac. Vsser.* in dissertatt. de Ignatii, martyris, epistolis, indeque occasione data de Polycarpi quoque scriptis atque apostolicis constitutt. et canonibus, Clementi rom. tributis, cap. VI. in fine apud Coteler. vol. II. pag. 212. *Harl.*

z) Ib. p. 113. [supra in vol. VII. p. 133. nr. 8.] et quae notaui ad Hieron. de script. eccles. c. 38.

aa) Add. not. *qq*. ad vol. VII. p. 25. *Harl.*

nec ipse aut ignorauit aut negauit: collectionem autem ipsam serius factam, atque ecclesiae sub apostolicorum canonum nomine serius commendatam, recte docuit libro tertio de pseudepigraphis apostolicis, cui iungenda, quae aduersus Beueregium disputant *Matthaeus Larroquanus* in adpendice ad obseruationes in Pearsonianas Ignatii vindicias, 1674. D. *Thomas Ittigius* diss. de pseudepigraphis apostolicis (adpendice ad differt. de haeresiarchia) p. 174. sq. et D. *Io. Guil. Ianus* in differt. de antiquitate canonum apostolicorum, edita Witebergae a. 1706. 4. *Fabr.* Ianus sententiam Dallaei et Beuerigii ita, vt Fabricius statuerat, conciliare studuit, eiusque iudicium sequitur et vberius vindicat cel. Glück. Add. *Cotta* in hist. eccl. N. T. citata, tom. II. p. 1170. sqq. vbi de canonibus et constitutionibus apostol. copiose disputat, ac p. 1180. in nota animaduertit, Dallaeo praeter Ittigium atque Hebenstreitium atque *Benzelium* in diss. de canon. apost. c. III. (in syntagm. eius dissertatt. academ. tom. I. p. 129. sqq. Francof. et Lips. 1745. 4.) accessisse inter Pontificios *Cabasutium* in notitia eccles. p. 7. *Natalem Alexandrum* in hist. eccles. sect. I. part. 2. diss. XVII. aliosque; ipse vero Iani rationes comprobat. *Harl.*

VI. Longe serius inauditum constat de canonibus commentitiis, quos neque in oriente neque in occidente vsquam recepit ecclesia, licet in Antioch. synodo conditos fuisse ab apostolis tradatur in actis concilii Nicaeni secundi a. C. 787. actione 1. [bb]) Γρηγόριος ἐπίσκοπος Πισινοῦντος εἶπεν. Ἐν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἴρηται τοῦ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἴδωλα τοὺς σωζομένους, ἀλλ' ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἄχραντον στήλην τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, addit Franc. Turrianus: καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἄντικρυ τῶν εἰδώλων καὶ Ἰουδαίων, καὶ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς εἴδωλα μηδὲ ὁμοιοῦσθαι τοῖς Ἰουδαίοις. *Gregorius episcopus Pisinuntis dixit: in synodo sanctorum apostolorum, apud Antiochiam congregata, dictum est, ne hi, qui saluari cupiunt, vltra decipiantur circa idola, sed illorum loco sanctam et diuinam sibi statuant imaginem veri Dei et seruatoris nostri, domini nostri Iesu Christi eiusque famulorum etc.* Hic Turrianus primus pluscula de canonibus illis produxit aduersus Magdeburgenses centuriatores pro canonibus apostolorum, Colon. 1573. 4. lib. 1. c. 25. p. 124. *Reperimus etiam nos partem canonum synodi apostolorum Antiochenae, quos Pamphilus martyr testatur se in bibliotheca Origenis reperisse. Sic enim reperi in antiquissimo codice graeco scriptum:* τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Παμφίλου ἐκ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Ἀποστόλων συνόδου, τουτέστιν, ἐκ τῶν συνοδικῶν αὐτῶν κανόνων. μέρος τῶν εὑρεθέντων εἰς τὴν Ὠριγένους βιβλιοθήκην. Sancti hieromartyris Pamphili ex Antiochena apostolorum synodo, id est, pars ex synodicis ipsorum canonibus inuentis in Origenis bibliotheca. *Hos ego canones concise et in epitome, quasi indices quosdam, gratia breuitatis describam:*

1. *Vt*

bb) Tom. VII. concil. edit. Labbei pag. 63. et tom. IV. Harduin. pag. 47.

[P] 1. *Vt credentes in dominum Iesum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, Christiani cc) deinceps vocarentur.*

2. *Vt baptizati non iam circumciderentur more Iudaeorum, siquidem sit baptismus circumcisio non manu facta.*

3. *Vt ex omni natione et genere ad fidem orthodoxam admitterentur.*

4. *De auaritia fugienda Christiano, ac maxime ex iniquis quaestibus.*

5. *De vitio gulae, Christianis item fugiendo, et de theatris ac iuramentis.*

6. *De fugienda scurrilitate, blasphemia et moribus gentilium, et eorum imitatione, ne simpliciores deciperentur.*

7. *Quo renouatum ac confirmatum est decretum synodi Hierosolymitanae, vt abstinerent Christiani a sanguine et suffocato et fornicatione.*

8. *De imaginibus veri Dei et saluatoris nostri Iesu Christi et famulorum eius, opponendis in locum idolorum et iudaicorum rituum.* Hunc enim sensum esse puto verbi ἀντεικονίζειν in loco, quem supra ex concilio Nicaeno secundo adscripsi: non vt Turrianus, *ponendis ex aduerso coram idolis et Iudaeis.*

9. *Ne Christiani a cibis abstinendo, Iudaeos imitentur, imo vescantur suilla, cum Dominus pronunciauerit,* dd) quae in os intrant, non inquinare hominem, sed quae ex ore exeunt, *vtpote ex corde exeuntia. Et ne secundum literam eos sectentur, sed spiritualiter et anagogice viuant. Synagoga enim bellulina Iudaeorum suem quidem abominatur, turpem vero vitam viuit, et improbitate tenetur constricta, sicut ait propheta,* ee) saturati sunt suilla, et reliquerunt reliquias paruulis suis. *Similiter non est interdictum Christianis secundum literam,* vesci pisce testam habente, ff) et pisce item squamis carente: *hoc enim est secundum spiritum pisce testaceo vesci, cum quis stupido et imprudenti corde, veritatis praedicationem instar testae abiicit.* Graeca apud Turrianum [P] pag. 127. haec sunt: τῦ μὴ ἐξομοιῦσθαι Χριστιανὸς Ἰυδαίοις ἕνεκεν ἀποχῆς βρωμάτων, ἀλλὰ καὶ ὑείων ἀπογεύεσθαι, τῦ Κυρίυ θεσπίσαντος, ὅτι τὰ εἰσπορευόμενα εἰς τὸ στόμα ὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἐκ τῦ στόματος, ὡς ἐκ τῆς καρδίας ἐξερχόμενα. Καὶ ἵνα μὴ κατὰ γράμμα ἀκολυθῦ ἀλλὰ πνευματικῶς καὶ ἀναγωγικῶς

cc) Ansa huius fingendi canonis et totius synodi Antiochenae comminiscendae petita ex Actor. XI. 26. vbi de apostolis Barnaba et Saulo per totum annum versantibus Antiochiae, et in illa vrbe ecclesiam docentibus, ἐγένετο δὲ αὐτὰς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, subiungitur, primum exinde vsu venisse vt discipuli Iesu, Christiani adpellarentur. Χρηματίσαι δὲ πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανάς. Ad eumdem Lucae locum respiciens Innocentius I. epistola 18. de Antiochena loquens ecclesia, *vbi et nomen*, inquit, *accepit religio christiana, et quae conuentum apostolorum apud se celeberrimum meruit.* [add. supra, vol. VII. p. 23. sq.]

dd) Matth. XV. 17.

ee) Psal. XVII. 14.

ff) Leuit. XI. 9. 10. Deut. XIV. 9. 10.

κῶς πολιτεύηται, ἡ γὰρ κτηνώδης συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὗν βδελύσσεται, τῇ δὲ πονηρίᾳ συνέχεται κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, ὅτι ἐχορτάσθησαν ὑείων, καὶ ἀφῆκεν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν. Ὁμοίως καὶ ὀστρακόδερμον καὶ ἀλεπίδωτον ἰχθὺν ἀκώλυτον τοῖς Χριστιανοῖς εἶναι εἰς τὸ ἀπογεύεσθαι, νοεῖται γὰρ καὶ οὕτω πνευματικῶς τὴν ἀσύνετον αὐτῶν καρδίαν ὀστρέου δίκην ἀποβάλλεσθαι τὰ τῆς ἀληθείας κηρύγματα.

Confictos esse hosce canones probauit Io. Dallaeus libro III. de pseudepigraphis apostolicis c. 22-25. cui suffragantur Ant. Pagi in Critica Baroniana ad a. C. 56. Petauius lib. XV. Dogm. theol. de incarnatione c. 14. §. 5. sq. Natalis Alexander hist. ecclef. saeculi I. diss. 20. Ac licet locum illis dederint Baronius ad a. 102. num. 19. Binius in concil. et Labbeus tom. I. pag. 62. tamen Harduinus velut manifeste spuriorum nullam illorum rationem habuit in nouissima quam dedit conciliorum editione.

VII. Canone 85. apostolico velut sub Clementis romani persona commendentur etiam *libri octo constitutionum*, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι. Hos Labbeus tom. I. concil. p. 192. vocat *vberiorem vniuersi fere apud Graecos iuris canonici fontem, et disciplinae ecclesiasticae thesaurum in plerisque locupletissimum* πᾶσαν κανονικὴν τάξιν, *vt docet S. Epiphanius*, [gg]) *complectentem, licet in eo naeuos quamplurimos reperiri, et ab haereticis, Graeculisque multa perperam inculcata, nemo paulo eruditior sit, qui non vltra fateatur cum Baronio, Bellarmino, Perronio, Sirmondo, Petauio aliisque catholicis tractatoribus, post Zonaram, Balsamonem, aliosque etiam Graecos*, [hh]) *qui docent* παρά κακοδόξων τινῶν νενοθεῦσθαι καὶ παραφθαρῆναι. Nolo hic repetere, quae de editionibus et auctoritate sublesta huius operis dixi lib. V. pag. 32. sq. [in hac ed. vol. VII. p. 24. sqq. et quae adieci. *Harl.*]: tantum notabo, constitutionum apostolicarum libris, quos Labbeus cum Turriani versione integros exhibuit, locum nullum datum esse in conciliorum editione, [P] quam Io. Harduinus adornauit: in Anglia autem nouum illorum vindicem surrexisse *Guil. Whistonum*, qui in tomo secundo Christianismi primitiui rediuiui graece eos recudi curauit cum anglica sua versione, variisque lectionibus, Lond. 1710. 8. Deinde nactus latinam versionem, quam ex arabicis codicibus Huntingtonianis constitutionum ipso rogante composuit eruditissimus vir Ioan. Gagnierius, genuinam διδαχὴν apostolicam illa contineri sibi persuasit, in tomo tertio Christianismi sui, Lond. 1711. 8. *an essay on the apostolical constitutions, wherein is praved, that they are the most sacred of the canonical books of the New Testament.* Sed quam parum feliciter hoc ei successerit, euidenter exposuerunt *Rob. Turnerus* in libro edito Lond. 1715. 8. cui titulus: *a discourse of the pretended apostolical constitutions, wherein all the principal evidence both external and internal, brought by Mr. Whiston in his essay on those books, to prove them genuine, is examin'd and confuted. Rich. Smalbroke* [ii]) *in the pretended autority of the Clementine constitutions confuted by their inconsistency with the inspired writings.* Lond. 1714. 8. Io. Ern. Grabe

gg) Haeresi LXX. num. 10.

hh) Photium cod. CXII. CXIII. Zonaram et Balsamonem ad can. apostol. vlt. Zonaram ad can. apostol. 60.

ii) Memoirs of Litterature tom. IV. p. 155.

Grabe [kk]) in libro, qui inscribitur: *an essay upon two Arabick manuscripts.* Oxon. 1711. 8. Consulendus etiam Simon Ookley *in the account of the autority of the Arabick manuscripts.* Lond. 1712. 8. Licet vero Whistonus identidem tueri sententiam suam conatus sit, repetitis scriptis aduersus Grabium, *Remarks on Dr. Grabe's essay,* Lond. 1711. 8. aduersus Petrum Allixium *A reply to Dr. Allix's remarks,* Lond. 1711. 8. aduersus Turnerum *St. Clement's and St. Irenaeus's vindication of the apostolical constitutions, from several obiections made against them, with a postscript, occasion of Mr. Turner's discourse of the apostolical constitutions,* Lond. 1715. 8. vix quemquam tamen antiquitatis ecclesiasticae peritum confido esse futurum, cui illius argumenta petita longius et coniecturae leues rem tantam persuadere poterunt. Illud vero non sine detrimento harum litterarum accidit, quod laudatus Grabius morte impeditus non potuit, vt constituerat, [ll]) perficere opus, in quo latius probare voluit [P] constitutionum libros esse sane collectionem ex antiquis διδαχαῖς siue didascaliis, quales sub maximis apostolicaeque aetate vicinis nominibus olim ferebantur, at interpolatam multis modis, atque adeo contra sententiam primorum auctorum corruptis, vt non modo plura addita et detracta fuerint, sed etiam vsque adeo mutata vitiataque, vt quae primi illi scriptores adfirmauerant, negari iam, et quae negauerant, adfirmari deprehendantur, et quod Vsserio etiam atque aliis viris eruditis iam suboluit, in Arianam sententiam non pauca sint detorta manifeste atque alterata. *Fabr.* Codices quosdam iam commemoraui supra in longa nota ad §. V. — Conf. *Ittigii* capp. selecta H. eccl. I. p. 50. sqq. et *Buddei* isagogen cit. p. 746. sqq. qui etiam alios VV. DD. illas constitutt. reiicientes laudant, *Spittler* l. c. p. 65. — Copiosius de illis, quas adulterinas esse docet, constitutt. agit, et, qui in vtramque partem disputarunt, bene multos excitat *Cotta* in: Versuch einer ausführl. Kirchenhist. N. T. tom. II. cap. V. §. 429-432. p. 1183. sqq. vbi p. 1204. in not. 13. prouocat ad suam disput. de constitutionibus apostolicis vulgo dictis, Tubing. 1746. 4. add. *Car. Frid. Pezold* diss. I. II. περὶ τῆς Διατάξεως s. de constitutionibus apostolicis vulgo dictis, Lips. 1698. 4. — *Beuerigii* opinionem (in adnotatt. ad pandectas canonum p. 40.) Clementem Alexandrinum (qui secundum Eusebium in hist. eccl. libr. VI. cap. 13. et Hieronymum in catal. scripsit κανόνα ἐκκλησιαστικόν, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας,) traditiones, quae διαταγαὶ s. διατάξεις nuncupatae sunt, collegisse, videtur quodammodo amplificare et stabilire *Assemann.* in biblioth. iuris canon. etc. tom. I. p. 100. sqq. Add. *Car. Sebast. Berardi* in diss. de

kk) Acta Eruditorum 1712. p. 201. seq.

ll) Grabius in scripto postumo, cui titulus, Some instances of the defects and omissions in Mr. Whiston's collection of testimonies from the Scriptures and the Fathers against the true Deity of the Son and the Holy Gost. Lond. 1712. 8. p. 21. *On the contrary, as i have in my spicilegium patrum tom. I. p. 284. seq. affirmed, and partly proved, so i shall, God willing, in due time, more clearly and fully shew, that these eight books of apostolical constitutions are a collection of the Didascalia of the Apostles, of Clemens Romanus, Hippolytus and of the like ancient writings put together,' but strangely interpolated and viciated by an Arian, in so much that he hath no scrupuled so add whole chapters, and to turn affirmatiues into negatiues, et vice versa. And therefore all the testimonies which in that, and from thence in Mr. Whistons collection favour Arianism, may in general iustly by supposed to be spurious and foisted in by the said compiler, though that could not be proved of any one of them in particular.*

de variis canon. collect. ante Gratianum, Obseru. III. de celebrioribus vetustis Graecor. collect. in Gallandi sylloge I. p. 698. sqq. *Harl.*

VIII. *Epistolas* episcoporum, romanorum praecipue, per quas consulentibus de rebus ad doctrinam vel disciplinam pertinentibus respondebant, non contemnendas visas atque in auctoritate fuisse, satis colligitur ex Eusebio, qui illarum passim meminit, nominatim epistolarum, quas romani praesules Clemens, Cornelius, Victor, tum, quas Carthaginiensis Cyprianus, Corinthius Dionysius, Ignatius Antiochenus, Polycarpus Smyrnensis, Theoctistus Caesareae Palaestinae, Irenaeus Lugdunensis, Dionysius Alexandrinus, Pinytus Gnossiorum in Creta et Dionysius Alexandrinus episcopus exararunt. Etiam Clementis Romani epistolas encyclias in omnibus ecclesiis lectas, testis est Epiphanius XXX. 15. Ceterum collectiones epistolarum decretalium in vsum canonicum atque ecclesiasticum factam esse, non constat, ante *Dionysium Exiguum*, mm) hoc est, ante sexti saeculi initia, licet in iure canonico, velut ex sententia synodi romanae an. Christi 494. sub Gelasio habitae, statuatur cum sancta romana dist. 15. *Item decretales epistolae, quas beatissimi papae diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendae sunt.* In illo Dionysii libro decretorum, (vt adpellat Zacharias papa nn) epistola ad Pipinum,) post

mm) Conf. *Buddei* isagogen laudatam p. 757. sqq. *Ittig.* in hist. eccl. primi saec. capp. selectis pag. 61. sq. et in disp. de patribus apostol. §. XXXVI. pag. 110. sqq. qui iam contra cardin. Aguirre, tom. I. concilior. Hispaniae contendentem, ante a. Chr. 1562. quo Centuriatores Magdeburg. has epistolas decretales Clementis impugnarunt, neminem illas epp. pro spuriis habuisse, docuit, vel ipsos multos pontificios saniora tulisse iudicia, et *Dauid. Blondellum*, qui veterum romanorum pontificum a Clemente ad Siricium decretales epp. collegit, eas esse pseudepigraphas, ad oculum demonstrasse in opere, inscripto: Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes, Geneuae, 1628. 4. Add. *Cottam* l. c. p. 1226. sq. *Spittler*, Geschichte des kanon. Rechts p. 134. sqq. cumprimis p. 145. sqq. de epistolis episcopor. rom. etc. quem de Siricio quoque eiusque epistol. ad Himerium, Tarracon. episc. a. 385. scripta, primo genuino monumento inter ea, quae hucusque inuenta sunt, eius decretalia, in *Mansii* collect. concil. tom. III, col. 661., conf. p. 160. sq. — In *Gallandii* sylloge saepius laudata, reperiuntur varia, quae hac de re consuli possint: in tom. I. p. 131. sqq. in *Coustantii* diss. de antiquis canon. collection. et p. 474. sq. ap. *Ballerin. Fr.* de collect. part. III. cap. 1. enumerantur decreta quorumdam praesulum romanorum, ad fidei regulam et disciplinam eccles. constituta, in his Siricii epistolae: ibid. p. 46. sq. de eodem Siricio quaedam; — p. 53. idem *Coustant.* §. 45. part. I. et p. 303. sqq. *Ballerini Fr.* part. II. cap. 1. et 2. dubitant, vtrum ante Dionysii Exigui tempora extiterit codex canonum, et plura hanc in rem disputant. Ibid. 99. sqq. *Coustant.* §. VI. et pag. 471. sqq. *Ballerini Fr.* part. III. cap. 1. fusius differunt de collect. canon. Dionysii Exigui et ceteris, quae a Dionysio profecerunt, et *Ballerin.* in part. V. cap. 2. p. 329. sqq. de antiquis versionibus canonum synodorum graec. ante Dionysianam factis. — Ibid. in tom. I. pag. 723. sqq. recusae sunt *Paschalis Quesnelli* diss. III. a) de codice canonum ecclesiae rom. b) de variis fidei libellis in antiquo ecclesiae rom. codice contentis; c) de primo vsu codicis canonum Dionysii Exigui in gallicanis regionibus, cum Ballerinianis adnotatt. et obseruatt. criticis in easdem Quesnellianas dissertatt. — *Van Espen* dissertat. de codice Dionysii Exigui, in opp. tom. VI. p. 116. — *Doniat.* in praenotion. canonic. libro III. cap. 15. tom. II. pag. 20. sqq. ibique Schott. de collectione Dionysii Exigui, quae vulgo codex canonum veteris eccl. romanae vocatur. — *Balthas. Gottl. Hennig.* diss. de collectione canonum et decretorum Dionysiana, Lips. 1769. 4. *Harl.*

nn) Hadrianus I. etiam obtulit Carolo M. vide *Sirmondi* concilia Galliae tom. 2. p. 117. Cointii Annales Francorum tom. VI. p. 44. sq. [conf. infra §. XX. nr. 4.]

post praemissam oo) [P] epistolam dedicatoriam ad *Iulianum* presbyterum tituli S. Anastasiae, qui synodis romanis a. C. 484. et 499. interfuit, habentur

XV. Decreta	*Siricii* qui episcopus Romae fuit ab a. C.	385 ad 398
LVII.	*Innocentii*	402 - 416
IV.	*Zosimi*	417 - 418
IV.	*Bonifacii I.*	418 - 423
XXII.	*Coelestini*	423 - 431
XLIX.	*Leonis I.*	440 - 461
XXVIII.	*Gelasii*	492 - 496
VIII.	*Anastasii I.*	496 - 498

Cum Dionysiana hac magnam partem conspirat longe iunior collectio decretalium, quae post codicem canonum ecclesiae rom. a Io. Wendelestino a. 1525. Moguntiae fol. primum editum, et Francisco Pithoeo curante Paris. 1609. 8. atque cum eiusd. notis, vna cum Miscellaneis Petri Pithoei eccl. e typographia regia 1687. fol. et tom. I. biblioth. canonicae Iustelli et Voellii p. 249. recusum, habetur. In hac praemittitur Nicolai papae, qui ab a. 858. ad 867. fuit, epistola ad archiepiscopos et episcopos per Galliam constitutos, nec non S. Ambrosii ad Siricium papam, deinde post decreta 15. Siricii, 57. Innocentii, 4. Zosimi, 4. Bonifacii I. (praemissa S. Augustini ad eum epistola) 22. Caelestini, 49. Leonis I.

VI. Decreta	*Hilarii* qui episcopus Romae fuit ab a. C.	461 ad 467
II.	*Simplicii*	467 - 483
II.	*Felicis*	483 - 492

28. Gelasii, 8. Anastasii I.

IV.	*Symmachi*	498 - 514
IV.	*Hormisdae*	514 - 523
XVII.	*Gregorii II.*	715 - 731

Dionysii studium imitatus quoque fuit *Isidorus Hispalensis* episcopus, a. C. 636. defunctus: qui non modo praeter canones in collectione Dionysii comprehensos etiam diuersa Africae concilia, tum Gallicanas et Hispanicas synodos in suam συναγωγὴν transtulit, sed epistolas quoque inseruit pontificum, qui post Damasum romanam cathedram tenuerunt, quam collectionem posterorum diligentia auxit his conciliis, quae habita in Hispania sunt post tempora Isidori. *Viderat* pp) [P] *vnum collectionis illius exemplar vir illustrissimus et excellentissimus in omni genere laudis Antonius Augustinus, archiepiscopus Tarraconensis, illud ipsum fortassis, quod etiamnum exstat in bibliotheca ecclesiae Vrgellensis in prouincia Tarraconensi, in quo epistolas romanorum pontificum nullae exstant ante Damasi et Siricii tempora.* Etiam

oo) Hanc epistolam primus ex Sirmondi codice addidit Christophorus Iustellus editioni suae a. 1643. vnde habetur etiam in tomo I. bibl. canonicae Guil. Voelli et Henr. Iustelli p. 183. vbi haec collectio decretorum Dionysiana et altera ad Gregorium II. continuata exstat, et in conciliis Labbei tom. I. p. 3. et Harduini tom. I. p. 5.

pp) Steph. Baluzius praef. ad Reginonem.

Etiam Isidori Hispalensis collectionem Ambrosius Morales lib. XII. histor. c. 25. visus est sibi in codice Escurialensi deprehendere: sed Nic. Antonius qq) non sine caussa suspicatur, in illo potius contineri collectionem alteram longe iunioris scriptoris, qui post synodum Parisiensem a. C. 829. celebratam adhuc fuit, et epistolas antiquiorum pontificum nomine venditatas congessit, atque *Isidorus Mercator* rr) siue *Peccator* habetur. De hac decretalium col-

qq) Nic. Antonius bibliotheca veteri Hispana V. 4. §. 201. p. 271.

rr) De Isidoro et canonum collectione famosa multi iam adeo copiose egerunt, vt quosdam, quos lectores adire possint, nominare iam sufficiat: *Fabric.* noster in bibl. med. et inf. lat. tom. IV. pag. 191. sq. ed. Mansi, *Buddeus* in Isagoge laudata tom. II. p. 762 sqq. vbi etiam multos, in vtramque partem disputantes, profert, iis autem, qui hasce epp. pontif. spurias esse censent et fictas, accedit. — In *Gallandii* sylloge diss. huc pertinent *Constant.* in diss. cit. part. I. cap. 9. p. 122. sqq. de antiqua conciliorum et pontificiarum epistolarum collectione, apud Hispanos recepta, et de veteri canonum codice, ex eadem collectione ad eiusdem ecclesiae vsum confiato; inprimis §. X. p. 141. sqq. de collectione Isidori Mercatoris; primum docet, ab vtraque parte nimia aut laudatione, aut censura oppido peccare, Isidorum pontificum litteras vsque a Clemente ad Gregorium M. ipsum collegisse, genuinas, quotquot reperit, aut edidisse integras, aut suis interpolasse figmentis; adulterinas vero plures confinxisse, ne quem praeteriret apostol. sedis praesulem, cuius nulla exstarent decreta, et Isidorum, qui illa fraude ecclesiae magnum adtulisset damnum, esse impostorem. Ibid. p. 500. sqq. *Ballerinor.* longa exstat disp. de hac re; cap. 4. de collectione Hispanica; §. 1. de eius codd. Vatic. Vindobon. caesar. et aliis; §. 2. de primigenia eius collect. editione, §. 3. de tempore, (inter a. 633. et a. 636.) loco, n. in Hispaniis, et auctore, Isidoro Hispal. qui vel ipse, vel alius, eius saltem iussu eiusdem collectionem concinnasse videatur, hac autem de caussa, putant Ballerini, accidisse, vt Pseudo-Isidorus, qui hanc collectionem in suam traduxit, vsurpauerit Isidori nomen, praefationique suae titulum adfixerit *S. Isidori* nomen, eo, quod eam collectionem vel a S. Isidoro, episcopo Hispalensi, vel eius consilio digestam, fama tradiderat; §. 4. de additamentis etc. §. 5. de collectione Hadriano-Hispanica in MS. Vaticano 1338. tum in cap. VI. copiose de collectione Isidori Mercatoris, et spuriis eius collect. documentis, impostura sero detecta. In §. 4. agitur de auctore, qui perperam habeatur Riculfus episc. Magontinus, et de tempore eiusdem collectionis, scil. post a. 829. et ante annum 856. aut vulgatae circa a. 845. p. 541. sq. Pseudoisidorum non fuisse Hispanum, sed Germano-Francum, pluribus argumentis euincitur; §. 5. p. 542. sqq. de codd. Isidorianis, sed inter se discrepantibus, ex antiquissimo autem MS. Vatic. 630. ordo et catalogus documentorum huius collectionis exhibentur, et spuria, sincera atque interpolata discernuntur; §. 6. de quibusdam codd. qui Isidorianam collectionem non omnino puram aut integram continent; cap. 7. de additionibus Isidorianae collectionis a Merlino editae Paris. 1524. Colon. 1530. Paris. 1535. in quorum postrema sunt additiones non a Merlino insertae, sed ante ipsum a studioso aliquo hinc inde collectae, quas deprehenderunt Baller. in cod. Vatic. MCCCXXXX. et Venet. S. Marc. CLXVIII. et CLXIX. etc. — In eadem *Gallandii* sylloge tom. II. p. 2. sqq. *Caroli Blasci* amplus commentarius cum multis adnotatt. (primum editus Neapoli, 1760. 4.) de collectione canonum Isidori Mercatoris; differitur de collectionis origine et fortuna; de homine ac praecipuo collectoris proposito inquiritur; fraudes impostoris deteguntur, ex eoque ortam occasionem fingendae fabulae de Ioanna papissa iudiciis solidis suadetur; vnde verum eiusdem impostoris nomen etiam patescat. In cap. 2. pag. 14. de fontibus vnde hausit Isidorus, suaque monumenta formauit: in cap. 3. p. 15. sqq. Hincmarum Remensem opusc. 33. cap. 24. testem adducit, eiusmodi collectionem, tamquam ex Hispania in Galliam delatam publicatamque fuisse a Riculfo, archiepiscopo Magontino ab a. 786-814. — in cap. 6. de ipso Isidoro, quem potius *peccatorem*, quam *mercatorem* cognominandum negat; p. 36. sqq. Blondelli sententiam, (in Pseudo Isidoro cap. IV. et

collectione Baluzius: ") *Anno deinde Karoli magni insertas sunt famosae illae epistolae, quae priscis*

et V.) auctorem fuisse Gallo-Germanum, vel Germano-Francum, circ. med. saec IX. et forsan Benedictum Leuitam, Magontinum, Capitularium regum Francorum collectione clarum, qui maioris auctoritatis conciliandae gratia nomen Isidori Mercat. praefixerit, sub examen vocat; in eo tamen, Mercatoris collectionem non quidem ex Hispaniis Magontiam deportatam, sed hic ortam, cum Blondello conuenit. In cap. tamen XVI. totus in eo est, vt demonstret, verum auctorem esse *Ioannem Anglum*, sub quo nomine feminam medio saec. IX. sedem pontificiam tenuisse, ex veteri fabula vulgo referunt, et sub hac de Ioanna papissa narratione nihil aliud latere, nisi originem atque conditionem collectionis Pseudo-Isidori. Sed Blasci coniecturam, ingeniosam magis, quam probabilem, falsam esse ostendit *Schottus* ad Douiati praenotion. canon. tom. II. libr. III. cap. 20. §. 20. p. 54. sq. vbi quoque p. 51. sqq. Blondelli argumenta paullo vberius retulit, examinauitque, reiecitque ea, quae *Iust. Henn. Boehmerus* in praef. tom. II. corp. iur. canon. §. IX. pro Hispana eius collect. origine aduersus Blondellum dixit. *Douiat.* autem ibid. p. 38. sqq. cap. 19. de Isidoro Hispalensi eiusque vera, quam putabat, collectione egit: sed num ea ad nostram peruenerit aetatem, et qualis ea sit, vix definiri posse, iudicat Schottus in nota, p. 42. et obseruat, genuinam Isidori Hispal. collectionem, siue potius indicem vel epitomen canonum atque epistolarum decretalium, in X. libros certosque titulos secundum materiarum ordinem digestam, publicare sibi visum esse *Caietanum Cennium* de antiquitate ecclesiae Hispan. tom. I. Romae, 1741. 4. sed contradixisse *Domin. Lopez Barreram* in histor. exercitatione de antiquo canonum codice ecclesiae Hispanae, duas in partes diuisa, quarum altera S. Isidoro Hispalensi codex perperam tributus refellitur; altera antiquus iste codex ostenditur, Romae, 1758. 4. — In cap. XX. p. 47. sqq. Douiat. copiose disserit de IV. integrorum canonum latina collectione, secundum tempora conciliorum ac decretalium, sub titulo *Isidori Mercatoris,* de Riculfo s. Richolpho, archiep. Moguntino, ab a. 787-814. istius collectionis auctore vel propagatore, de fide eius valde suspecta. — Praeterea de collectione Pseudo-Isidori eiusque fraude egerunt *Io. Laur. Moshemius* in institutt. hist. eccles. libr. IV. Helmstad. 1755. 4. p. 328. sq. *Bern. van Espen* in diss. in Opp. tom. VII. pag. 192. sqq. quam ex eius Opp. recudendam curauit *Ios. Valent. Eybelius* in collect. select. lucubratt. iurisprudent. ecclesiast. illustraut. distributione II. Viennae 1774. 8., praesertim *Spittler.* in Geschichte des kanon. Rechts p. 191. vsque ad p. 284. historiam Isidori et Pseudo-Isidori persequitur; §. 56. p. 204. sqq. collectionem canon. istorum describit, summamque canonum synodal. et decretorum praesulum quorumdam roman. et additiones indicat, §. 60. p. 222. sqq. post Balleriuios recenset cod. Vatican. CCCLX. antiquissimum optimumque Pseudo-Isidori, denique de tempore, patriaque auctoris collectionis agit, docetque, istum fuisse impostorem: p. 244. sqq. memorat *Febronii.*(*Hontheimi*) in Opere de statu eccl. et legitima potestate papae, (vbi de damno, quod suppositia Isidori decretalia adtulerunt, multa praeclare protulit,) ed. Bullion. a. 1765. tom. I. 4. p. 648. prolatam suspicionem, falsa ista decretalia haud multo post a. 744. Romae esse composita quam tamen infirmam esse docet p. 256. not. et Grandidier. opinionem in histor. episcopat. Argentorat. ista recepta fuisse temporibus episcopi Rachionis, ab a. 783-815. sedem tenentis examinat; add. p. 256. contra p. 246. sqq. ostendit, Pseudo-Isidorum ante ann. 829. haud facile posse collocari. Add. eiusd. obseruat. in hist. eccles. pag. 196. ed. I. Spittler. autem, postquam in Geschichte etc. p. 235. sq. ostendit, *capitula Angilramni,* (in *Harzhemii* coll. concilior. tom. I. p. 249. sq. et in aliis quibusdam collection. concilior.) esse spuria, forsan opus impostoris ipsius Pseudo-Isidor. atque dubia videri *capitula Remedii episcopi* (in *Goldasti* Scriptt. rerum Alem. tom. II. part. II. p. 119.-133. inscripta: Alamannicae ecclesiae veteris canones, ex pontificum epistolis excerpti a *Remedio Curiensi episcopo* iussu Karoli M. regis Francorum et Alamannorum,) quae collectio canonum nonnisi sit collectio excerptorum ex Pseudo-Isidoro, a Clemente vsque ad Vrbanum aliaque, de aetate Pseudo-Isidori constituenda, quae dubia falsaue essent, adtulit et examinauit; pag. 246. sqq. demonstrat, Pseudo-Isidori aetatem haud

priſcis pontificibus tribuuntur, quas vero Riculfus archiepiſcopus Moguntinus a bono illo Mercato-

haud ſuperare a. 829. falſa Decretalia primum certoque excitari in epiſtola Caroli Calui ad epiſc., a. 857. Cariſiaci (Chierſy) congregatos, (in Manſi coll. concil. tom. XV. col. 127. ſq.) illa igitur Decretalia antea iam fuiſſe conflata cognitaque, *Benedictum diaconum*, Mogunt. quum circa 845. tres libros ſupplementorum ad *Anſegiſi* collectionem Capitularium edidiſſet, nondum nominaſſe falſa Decretalia, ſed dediſſe excerpta, neque tamen, vnde ſumta eſſent, ſignificaſſe; *Hincmarum* autem, (de quo. *v. Du Pin* in Bibl. des auteurs eccleſiaſt. tom. VII. chap. 2-6.) in Opuſc. cap. 24. ſcribentem, Riculfum, epiſcopum Moguntinum, librum epiſtolarum ab Iſidoro collectarum et ex Hiſpania allatum obtinuiſſe ac vulgaſſe, et, (vti ait,) iſtas regiones ex illo feciſſe repleri, erraſſe; contra ea Diaconum Benedictum illis decretalibus frequenter vſum, diſerte ſcripſiſſe, ſe collegiſſe, „quae, (vt inquit in *Baluzii* Capitul. tom. I. p. 803.) in diuerſis locis et in diuerſis ſchedulis ſicut in diuerſis ſynodis et placitis generalibus edita erant, ſparſim inuenimus, *et maxime in ſanctae Mogontiacenſis metropolis ſcrinio a Riculfo, eiusdem S. ſedis metropolitanae epiſcopo recondita et demum ab Autcario ſecundo eius ſucceſſore conſanguineo inuenta reperimus.*" Ex his aliisque argumentis concludit vberiusque ſuſpicionem ſuam ornare ſtuduit, *Spittler* p. 252. Diaconum Benedictum qui primum falſas iſtas merces vendidiſſet, niſi ipſum illarum auctorem, ſaltem impoſtoris ſocium fuiſſe. Ibid. p. 262. dubitat, Benedictum reperiſſe illa in ſcrinio eccleſiae, a Riculfo recondita. Conf. quoque *Ballerin.* fratr. de collect. etc. part. III. §. IV. de auctore et tempore collectionis p. 539. ſqq. in Gallandii ſylloge. Enimuero Spittleri ſententiam oppugnauit D. *Franc. Ant. Dürr*, Prof. Mogunt. in diſſertat. iuris eccleſiaſt. de Suffraganeis ſeu Vicariis generalibus in Pontificalibus epiſcoporum Germaniae, *von den Weihbiſchöfen*, Moguntiae 1782. 4. p. 4. ſqq. In nota longa euincere ſtuduit, falli Spittlerum, quod integerrimum virum, Benedictum Leuitam in Pſeudo Iſidorum transformare velit; Benedictum Leuitam eccleſiae Mogunt. circa a. 845. diaconum nihil praeſtitiſſe, quam quod bona fide tres alios libros ex diuerſis locis et ſchedis, maxime autem ex ſcriniis eccleſiae Metropol. Mog. collectos, Capitularibus Caroli M. et Ludouicii Pii ab Anſegiſo, abbate, colligi coeptis addiderit; ceterum nec minimum concludens argumentum, quod vel a longe, (vt ſcribit Dürr,) Benedictum Leuitam fuiſſe Pſeudo-Iſidorum comprobaret, pro audaci ſua coniectura produxiſſe Spittlerum. Repetit igitur argumenta Spittleri, et ſingula copioſe refellit, demonſtrando, Benedictum Leuitam, quod primus fuerit collectione Pſeudo-Iſidoriana vſus, nec impoſtorem dici poſſe, nec impoſtoris ſocium; ſaepiſſime enim viros arte critica, tunc temporis nondum exculta, deſtitutos, bona fide habere diplomata, per ſe falſa, pro genuinis, pietatem et integritatem Benedicti, ex prooemio eius collectionis Capitularium, et exitu totius operis, (in *Georgiſch* corp. iuris german. p. 1399. et 1798.) cognitam, non cadere in iniquiſſimum falſarium, illumque candide fontem, ex quo ſuam collectionem hauſit, indicaſſe, nec ſciuiſſe, collecta ab Iſidoro fuiſſe ſpuria, nec Iſidorianam collectionem vmquam citaſſe, et poſt alia, contra Spittlerum dicta, rem ita potius eſſe capiendam affirmat: „Richolfus, archiepiſcop. Mogunt. referente Hincmaro Rhem. fuit ſedulus collector conſtitutionum eccleſiaſt. et Capitularium regum Francorum; ſollertiam huius archiepiſcopi et bonam fidem fefellit inſignis impoſtor, qui ipſi tranſmiſit collectionem Iſidorianam: ne autem detegeretur falſarius, et impoſturae locus eſſet, dictum fuit opus ex Hiſpania prouenisse: bona fide haec credidit Richolfus, et nihil falſi ſuſpicatus depoſuit non ſolum hoc palladium in ſcriniis eccleſiae metropol. Mog. ſed et multis aliis Galliae epiſcopis huius operis beneuole communicauit; opere hoc in ſcriniis eccleſ. Mog. a Richolfo recondito vſus fuit pariter bona fide Benedictus Leuita in compilandis ſuis Capitularium libris, hisque excerpta ex epiſtolis pontificum in Iſidoriana collectione occurrentibus, quin tamen nomina pontificum allegauerit, inſeruit." Hactenus Dürr, qui addit, antiquiſſ. illum codicem Capitularium regum Francor. Moguntiuis eſſe ſur-

catore Hispano, (Blondellus Germano-Francum malit,) *comparatas in hunc terrarum orbem primus detulit. Disputatum valde est illo saeculo de auctoritate istarum epistolarum, Gallicanis episcopis litem aduersus eas mouentibus, quod intelligerent, illas antiquis regulis esse contrarias. Vicit tamen fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius post illa tempora insonuit in auribus Christianorum, quam istarum epistolarum auctoritas et mentio, ita vt, qui deinceps collectiones canonum et decretorum composuerunt, etiam istis epistolis vsi sint tamquam bonis mercibus, quamuis non omnes. Rhabanus enim, tamen etsi abbas Fuldensis esset in dioecesi Moguntina, licet Moguntinus et ipse archiepiscopus fuerit post Otgarium, adeoque Riculfi* (a. 814. defuncti) *successor, epistolis illis non vtebatur, vt recte obseruatum est ab Antonio Augustino.* Ab hac, quam habemus Isidori Mercatoris collectione, quam noua *Petri Coustant* tt) cura recensitam breui in secundo tomo epistolarum pontificum habebimus, haud diuer-

surreptum, et dici, modo in bibliotheca Gothana *) adseruari, alias, si suppeteret adhuc, forsan se potuisse ampliore luce accensa, vmbras propellere; et suspicatur maiorem lucem in hisce tenebris dispellendis, quam primum *Chiniac,* cui multa Moguntia communicauit, in noua sua editione Capitularium, a Baluzio antea editorum, plurima adhuc inedita, Capitularia successiue publicauerit. De Benedicto Leuita, non de cod. eit. pauca scripsit *Christ. Schlegel* in epist. de cod. Willigisano, addita Cypriani cat. codd. MSSt. bibl. Gothanae, pag. 16. sq. ipsius autem cod. nunc LIV. Goth. in catal. a Cypriano pag. 13. recensentur 1) capitula regum Francor. ab Ansegiso collecta, 2) Capitularium libelli tres posteriores a *Benedicto Leuita* collecti, cum praefat. et versibus, quos suae edit. Baluzius praefixit, apud quem liber VII. habet 478. capitula; in cod. autem leguntur 511. etc. — De collect. ista decretalium Pseudo-Isidoriana, eius auctore et aetate, eamque esse supposititiam, variorum VV. DD. opiniones collegit, examinauit, et, cur fides illi sit abneganda, copiose demonstrauit *Io. Matthi. Schroeckh* in: Christliche Kirchengeschichte, tom. XXII. period. III. libr. I. sect. IV. p. 7-35. Add. *Mastricht.* histor. iuris ecclesi. nr. 91. et 220. sqq. ac *Baluzii* praefat. ad *Ant. Augustinum* de emendat. Gratiani, p. 204. sqq. in Gallandii sylloge, tom. II. *Pertsch.* in: Hist. des kanon. Rechts p. 130. et p. 159. qui plerasque variarum de huius collect. auctore sententiarum in compendio exhibet: *Fucks* in: Biblioth. der Kirchenväter, tom. I. p. 285. sq. *Harl.*

*) Vbi hodie exstat: v. *Tenzelii* colloq. a. 1690. p. 812. et *Cyprian* l. c. p. 17. not.

ss) Baluzius ibid.

tt) Primus tantum tomus, quantum constat, ex prelo exiit, quamquam secundum et tertium tomum prelo fere paratum, ceteraque saltem inchoata ac descripta in reliquisse dicitur: v. Histoire litteraire de la Congregation de Saint-Maur. Bruxell. 1770. 4. Operis vero inscriptio haec est: *Epistolae romanorum pontificum,* et quae ad eos scriptae sunt, a Clemente I. vsque ad Innocentium III. quotquot reperiri potuerunt, seu nouae, seu diuersis in locis sparsim editae, adiunctis fragmentis, spuriis segregatis, in vnum secundum ordinem temporum collectae, ad veterum codd. fidem recognitae et emendatae, praeuiis admonitionibus, vbi opus fuit, notis criticis et dissertatt. quae historiam, dogmata, disciplinam explicant, illustratae. Studio et labore *Domni-Petri Coustant,* presbyteri et monachi ord. S. Benedicti e congregatione S. Mauri. tom. I. ab anno Christi 67. ad an. 440. Paris. apud Ludou. Dionys. Delatour, Anton. Vrban. Coustelier et Petr. Simon 1721. fol. max. Hanc edit. ipse Fabric. infra in fine huius vol. p. 760. sqq. vet. ed. vberius recensuerat, quam vt omnia huic notae commode inseri possent. Quare paullo post iniiciam illam Fabr. notitiam. Id autem opus, mutationibus quibusdam factis, coepit curare recudendum, nec vero absoluit *Schoenemann:* duplicem autem praefixit inscriptionem, alteram generalem: *Pontificum romanor. a S. Clemente I. vsque ad S. Leonem M. epistolae genuinae, et quae ad eos scriptae sunt,* quotquot hactenus reperiri potuerunt: duobus voll. comprehensae. Ex recensione et cum notis *Petri Coustantii* et fratrum Ballerinorum. Curauit *Carol.*

diuersa est, quam *Hincmarus* Rhemensis memorans tom. II. opp. p. 793. ait, Isidorum Hispalensem episcopum collegisse *epistolas romanae sedis episcoporum a S. Clemente vsque ad beatum Gregorium*, licet cum illa *Isidori Mercatoris* farragine habeantur superadditae epistolae etiam paparum iuniorum, vt Papae Deusdedit, qui sedem romanam tenuit ab a. C. 616. ad 649. et Agathonis et Gregorii secundi tertiique, nec non Zachariae et denique Hadriani, qui fuit ab a. 772. ad 795. Vt vero distinctius illa Isidori collectio cognoscatur, en tibi indicem epistolarum pontificum, quas certissimis criticis censuris subiecit Dauid Blondellus, et euidentibus de νοθείᾳ ac suppositione argumentis conuictas dedit in Pseudo-Isidoro suo, siue Turriano vapulante, Geneuae 1628. 4. **)

[P]P. 1.	V.	epistolae *Clementis*,	qui traditur fuisse episcopus Romae a. C.	67 ad 76
101.	III.	*Anacleti*		84 - 92
147.	II.	*Euaristi*		95 - 108
159.	III.	*Alexandri*		108 - 117
177.	II.	*Sixti I.*		117 - 127
183.	I.	*Telesphori*		127 - 138
189.	II.	*Hygini*		138 - 150
194.	IV.	*Pii I.*		150 - 153
201.	I.	*Aniceti*		153 - 154
205.	II.	*Soteris*		162 - 171
209.	I.	*Eleutherii*		171 - 185
215.	IV.	*Victoris*		186 - 196
235.	II.	*Zephyrini*		198 - 217
252.	II.	*Callisti*		217 - 222

Carol. Traugott Gottlob Schoenemann, et alteram specialem: *Epistolarum Pontificum romanor. a S. Clemente I. vsque ad S. Leonem, Tomus I.* continens epistolas a S. Clemente I. vsque ad S. Xystum III. ex recensione *Petri Coustantii*, cum eiusdem admonitionibus et selecta annotatione. Curauit, aliorumque nonnullas et suas animaduersf. addidit *C. T. G. Schoenemann*. Gottingae 1796. 8. Auxit quidem Schoenemann numerum epistolarum pontif. insertis nonnullis, quibus Coustant aut omnino carebat, aut quae alio loco proposuerat; sed remouit plura, quae ipse in praef. indicat, alii tamen desiderabunt: 1) *adpendicem, adulterina scripta vel gesta, Pontificibus in hoc tomo recensitis false adtributa complexum*; 2) subiectas singulorum pontificum epistolis *Notitias epistolarum* deperditarum, *quae ad eos adtinent*; 3) *chronologicas disquisitiones*, praesertim de tempore, quo vixerunt pontifices rom. substituit tamen earum loco breuem notitiam; 4) *duas Coustantii diss. de auctoritate rom. pontificis et de antiquis canonum collectionibus*, quas Gallandius in Sylloge saepe citata recudi fecit. Praeterea Coust. criticas aliasque obseruatt. valde contraxit, et paucas Baluzii, Vallarsii, Merendae, Gallandii suasque adspersit. Alterum tomum, qui contineret Leonis epistolas ex recensione Ballerin. morte absumtus, edere non potuit. *Harl.*

**) Conf. *Spittler*. Geschichte etc. p. 224. sqq. — In bibl. Pistoriensi exstat cod. membr. *Liber Isidori continens sententias canonum*, ac, (vti ait *Franc. Anton. Zacharia* in bibl. Pistoriensi, Augustae Taurin. 1752. fol. pag. 17.) suppostitias illas decretales, quas Fleury in sua eccles. historia, ceu disciplinae ecclesiasticae pestem exsecratur, *zelo* (vti addit Zac.) haud satis *secundum scientiam*, vt docti viri [similes n. Zachar.] demonstrarunt. *Harl.*

Pag. 563.

Haec Isidori Mercatoris, de qua hactenus dixi, collectio xx) tomis conciliorum inserta quidem fuit iam a Iac. Merlino Paris. 1524. atque deinde ab aliis: sed neutiquam ita distincta et separata in illis exstat, vt vel ordo eius intelligi vel, quid ab ipso sit, agnosci possit: rarissime etiam obuiae sunt veterum pontificum ante concilium Nicaenum epistolae a *Io. Wendelstino* yy) Col. an. 1525. vulgatae. Igitur operae esset pretium separatim illam edi recenserique ex fide MStorum codicum, in quibus eximius locus debetur codici Lanfranci Cantabrigiensi, zz) de quo Matthaeus Larroquanus in epistola, quam Basnagius Bel-

xx) In cod. lat. bibl. Marc. Venet. CLXVIII. sunt *Isidori Mercatoris* canonum collectio, et *Capitula*, quae ex gr. et lat. canonibus etc. collecta sunt et Ingilramno Mediomatricae vrbis episcopo Romae a b. Hadriano papa tradita. In edit. Concil. Veneta tom. VIII. pag. 597. v. cat. MSS. lat. bibl. Marc. pag. 91. *Harl.*

yy) De cuius opere post haec in nota quadam plura adferam. *Harl.*

zz) De cod. Cantabrig. v. quoque *Ballerini* part. III. cap. 8. p. 564. in Gallandii Sylloge etc. sqq. Cantabrigiensi tamen codici anteferendos esse statuunt illi cod. Vatic. DCXXX. Pseudo-Isidori aetati subparem, aliosque Isidorianos tum antiquos tum recentiores cum exemplo Vatic. conspirantes. Tum recenset duo codd. Vatican. MCCCXXXXIII. et MCCCXXXXIV. et prioris praecipuos fontes fuisse collectiones Hadrianam, additionum Dionysii et Isidorianam, et quasnam pontificum epistolas adferant, copiose demonstrat. Cod. posterior partem amplioris collectionis praefert, inchoantem a numero CXXXII. Haec autem pars totam Isidorianam collectionem exhibet a Siluerio vsque ad S. Gregorium, Hadriani capitula et excerpt. ex concilio Chalcedonensi. Plura vero addit aliunde recepta, et hic illic intermixta, quae curatius notarunt Balleri-

louallius edidit: a) *L'edition que Merlin nous donna de la collection d'Isidore Mercator ou Peccator, vers le milieu du siecle passé, m'avoit toûjours paru bien defectueuse, et sur tout en ce, qu'on n'y peut souvent distinguer entre ce qui est de lui, ou d'Isidore, et non pas même l'ordre dans lequel l'Auteur avoit rangé ces Decretales des Papes, lesquelles ont tout l'air d'être de son invention, aussi bien que le témoignage d'Atticus Archevêque de Constantinople touchant la maniere d'écrire ces lettres qu'on appelloit* formatae, *et dont on ne voit point d'exemple dans toute l'antiquité avant le temps où Isidore fleurissoit. Comme je pensois frequemment à cela en visitant les Bibliotheques où il y a des Manuscrits, Mr. Laughton, Bibliothecaire de l'Université, homme de beaucoup d'erudition, et à qui je suis infiniment redevable, m'ayant parlé d'un MS. où l'on trouvoit des Decretales, me fit aussi-tôt naître la pensée que c'estoit la collection dont il s'agit. A peine l'eus je veuë, que je reconnus ce que je cherchois, et avec d'autant plus de joye, que le MS. me paroissoit très-beau, et de 600. ans, comme je l'ay sû depuis avec certitude par ces paroles qui sont à la fin:* Ego Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus [P]dato precio emi hunc librum. *Car Lanfranc n'ayant esté élevé à l'Archevéché de Cantorbery que l'an 1072. comme je l'ay lû dans une ancienne Chronique MS. qui est au College de la Trinité à Cambrige, il faut necessairement que ce MS. soit du moins de l'âge dont je l'ay marqué. Après l'avoir bien regardé, enfin j'en fis la lecture toute entiere dans l'espace de neuf ou dix jours. D'abord on n'y voit point cette Préface qu'on attribuë à Isidore, non plus que la maniere de convoquer les Conciles, et qui porte son nom dans toutes les editions des Conciles, si ma mémoire ne me trompe. Le MS. commence par trois Epitres de S. Clement, contre ce qu'on voit dans tous les exemplaires imprimez, où il y en a cinq: ce que j'ay aussi remarqué dans un MS. de l'Université de Cambrige, mais plus moderne que le nôtre. Tout le reste des Decretales differe si souvent de l'Edition de Merlin, qu'à peine en les confrontant peut-on reconnoître Isidore. Elles sont dans l'imprimé d'ordinaire du quart ou de la moitié plus amples que dans le MS. Ce qui vient sans doute de ce que ces sortes de Livres estant copiez dans des Convens par des Moines, chacun d'eux y ajoûtoit à sa fantaisie. Car je n'ay garde d'accuser Merlin, qui m'a paru d'assez bonne foy dans son edition, laquelle a sans doute esté faite sur quelques-uns de ces MS. plus récens qui ont esté gâtez par des copistes temeraires. Pour l'ordre dans lequel Merlin les a rangées, il me paroit être de luy; car dans ce MS. plus moderne dont j'ay parlé, elles ne s'accordent pas plus avec luy sur ce sujet qu'avec celuy de Lanfranc. La collection des Decretales finit à celle de Gregoire le Ieune. Ensuite viennent les canons des Apôtres, et puis les Conciles, suivant l'ordre où Merlin les a rangez; mais avec cette difference, que les* Capitula *ou Sommaires des canons sont presque toûjours tous autres que ceux de l'imprimé, et que d'ailleurs*

lerini, et ex cod. Vatic. MCCCXXXXIII. subiunxerunt Gregorii M. epistolam ad Augustinum, cuius duplex in vulgatis forma est; altera, quae legitur in edit. Opp. S. Gregorii, libr. II. ep. 64. ed. Maurinae, altera a Beda inserta est libr. I. hist. Anglor. c. 27. Tertia autem forma reperta est in cod. Vatic. qui non solum prooemium epistolae, quod in omnibus desideratur libris vulgatis, (quod tamen illi repererunt quoque in cod. Vat. MCCCXXXXIV. et in Patauino 159. canonicor. Lateranens. S. Ioannis in Viridario,) praefert; sed ipsum quoque epistolae corpus alia omnino ratione alioque ordine exhibet; nec leue esse discrimen ipsius epistolae in memorato cod. Vat. MCCCXXXXIII. mutilo tamen in fine, ostendunt Baller. *Harl.*

a) Histoire des Ouvrages des Savans a. 1688. Ianvier p. 51.

leurs les canons, qui sont quelquefois miserablement confondus dans Merlin, et même dans le Pere Labbe, se trouvent icy dans un fort bel ordre. La lettre d'Aurelius et de Mizonius au Concile de Carthage, et qui n'est point dans Merlin, s'y trouve, mais c'est à la tête du premier Concile de Carthage, et non pas au troisiéme, comme la met le Pere Labbe contre toutes les regles, puis que ce premier Concile ne s'assembla que pour confirmer les decrets de celuy d'Hippone, comme il paroît par la lettre dont j'ay parlé cy-devant. Au reste ce Concile dont Merlin ne fait nulle mention, est non seulement cité dans la lettre d'Aurelius et de Mizonius, mais aussi dans le MS. de Cambrige au 45. Can. du III. Concile de Carthage; lequel canon ne se trouve point dans Merlin, mais bien dans l'Edition du Pere Labbe, et qui est le 46. Can. en ces termes: Honoratus et Vrbanus dixerunt. Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutum est [ꝑ] IN CONCILIO HYPPONENSI singulas debere prouincias, etc. *Ces paroles,* in concilio Hypponensi, *ne sont point dans les editions de Paris, bien que ces termes soient fort considerables, puisqu' ils servent de confirmation à la lettre qui je vous ay déjà citée plusieurs fois. Je n'aurois jamais fait, Monsieur, si je vous rapportois toutes les autres differences qui se trouvent dans ce Manuscrit.*

Epistolarum ipsarum auctoritatem et fidem, quae ante Caroli M. tempora vix cuiquam auditae, et nec Gratiano ipsi omnes ita probatae fuisse videntur, multis et solidis argumentis oppugnarunt Magdeburgenses Centuria secunda capite 7. p. 109 - 116. addito testimonio Kalteisenii monachi, qui ante ducentos et quinquaginta annos inquisitorem haereticae prauitatis egit, nec dubitauit, diserte profiteri, *in epistolis hisce penitus fundare se, volentes romanam sedem omni laude dignissimam plus, quam expedit, exaltare, cum tamen omnino non videantur illorum sanctorum epistolae, consideratis contentis in iis.* Aliis virorum doctorum ex ipsa romana ecclesia epistolas illas reiicientium suffragiis collectis a b. D. *Gerhardo* in Confessione Catholica tom. I. p. 430 – 476. longe plures ab eo tempore possunt adiungi, quum nemo fere sit amplius inter eruditiores, quin epistolas illas a paparum parasitis confictas atque ipsorum tuendis vsurpationibus inter Christianos iactatas fateatur. Vide sis etiam *Io. Rainoldi* colloquium cum Hardto p. 813. sq. *Blondellum* Prolegom. ad Pseudo-Isidor. cap. vlt. b. *D. Ittigii* diss. de patribus apostolicis pag. 116. 119. etc. Praecipue lectu digna sunt, quae hanc in rem notauit *Claudius Fleury,* disertissimus Historiae ecclesiasticae scriptor, in diss. praemissa tomo decimo sexto, qua rationes exaggeratae vltra veterem morem pontificiae potestatis atque immutatae notabiliter saeculo vndecimo disciplinae ecclesiasticae inquirit, eiusque caussas in has epistolas magnam partem reiicit. Quaecunque igitur pro fide epistolis illis concilianda vel *Franc. Turrianus* S. I. in libris quinque aduersus Magdeburgenses pro canonibus apostolorum et epistolis decretalibus pontificum apostolicorum, Colon. 1573. 4. vel *Bonauentura Maluasia* Bononiensis, Franciscani ordinis theologus in Apologetico b) pro pontificum epistolis, vel *cardinalis Aguirre* in adparatu ad concilia Hispanica diss. IV. tom. I. p. 69. sq. disputarunt, neutiquam ita comparata sunt, vt Centuriatorum Magdeburgensium eorumque hyperaspistae hac in caussa fortissimi Blondelli argumentis satisfaciant. [Add. *Spittler.* l. c. p. 254. sqq. 258. sqq.]

Inter

b) Nuncius veritatis Dau. Blondello missus. Rom. 1635. 8.

Inter eos, qui epistolis decretalibus pontificum post Caroli M. tempora [P] vsi sunt, vt ex illis atque ex canonibus conciliorum corpus quoddam disciplinae ecclesiasticae concinnarent, celeberrimus facile fuit *Gratianus*, qui circa a. C. 1151. scripsit. De hoc et illis dicturus sum infra, vbi latinas canonum collectiones ordine temporum persequar. Nunc V. collectiones veteres decretalium epistolarum referre iuuat, quae post Gratianum concinnatae, atque a *Car. Labbeo* Paris. 1610. fol. ad editionem Ilerdensem 1576. fol. in lucem editae cum doctis Ant. Augustini notis sunt. [c]) Eius potissimum verbis notitiam illarum collectionum hoc loco dare opportunum instituto meo existimaui: Primus *post Gratiani collectionem* Bernh. Circa *fuit*, *Papiensis praepositus*, [d]) *mox Fauentinus episcopus*, *qui sub eisdem fere titulis*, *quibus Gregoriana collectio*, *qua hodie vtimur*, *constat*, *Pontificum Maximorum epistolas decretales collegit*, *quarum postremae sunt Alexandri tertii et Lucii tertii*, *et aliorum ad Coelestinum tertium*, *cuius nullum rescriptum exstat in hoc volumine*. *Hanc* primam compilationem *Henr. Ostiensis*, *et Io. Andreae filius*, *et Aegidius Bellamera adpellant*, *ipse* Breuiarium Extrauagantium: *qui scholia scripserunt*, *librum* primum *vocant*. *Sic etiam ceteras collectiones alii* compilationem secundam, tertiam, quartam, quintam: *alii* librum secundum, tertium, quartum, quintum *adpellauerunt*. *Idem Bernardus sub eisdem titulis summam scripsisse dicitur*, *cuius initium fuit:* Profectus discipuli, gloria magistri: *item scholia*, *siue glossulas eidem primae collectioni adscriptas nos vidimus aliquot sine nomine scriptas*, *sed multo plures adscriptis nominibus Vincentii*, *Alani*, *Tancredi*, *Laurentii*, *Rogerii et aliorum*. *Bernardo antiquiores a Gullielmo Durante*, *cognomine Speculatore*, *et ab eius interprete Io. Andreae F. fuisse dicuntur Rufinus*, *Syluester*, *Io. Hispanus*, *et alter Io. Falensis*, *siue Fanensis*, *siue Fauentinus*, *vt alii referunt*; *quorum nos scripta non vidimus*. *Hi fortasse aut corpore canonum vsi sunt*, *aut Decretorum collectionibus Burchardi*, *Iuonis*, *Anselmi et Gratiani*, *et aliorum scriptorum*.

Papiensem Bernardum imitatus est Gilbertus, *atque etiam Alanus*, *sed nomen his praeripuit* Io. Gallensis, *siue* Vallensis, *cuius liber* secunda compilatio *dicta est*. *Hic Volterris natus post duodecim annos a prima collectione eorumdem pontificum rescripta collegit*, *itemque Caelestini tertii*, *eisdemque mox addidit scholia quaedam*. *Sed et Hugo Ferrariensis episcopus ab Innocentio tertio saepe relatus*, *et Bernardus maior Compostellanus archidiaconus huius*

c) De editt. quatuor collection. v. *Schott.* ad Douiati praenott. cit. II. p. 218. sq. *Harl.*

d) *Bernh. Circam* primo paullo ante an. 1190. (Boehmer. eius collect. post an. 1191. collocat,) ac postea *Fauentinum*, episcopum, Decretales, suae praesertim aetatis pontificum epistolas, in libros V. sub certis titulis, ordinem fere codicis sequutum, apte digestas, in vnum volumen collegisse, tradidit *Douiat.* quoque in Praenott. canon. tom. II. lib. IV. cap. 16. pag. 211. sqq. ed. Schotti; hic vero in not. primum laudat *Iust. Hen. Boehmeri* diss. de decretalium pontificum rom. variis collect. et fortuna; praem. Corpori iur. can. tom. II. §. XII-XIV. tum ex *Boehmero* l. c. §. XIII. Bernh. Circae opus antecessisse, docet duas collection. Decretalium intra tempus Gratiani Decreti et Gregorianae compilationis; primam in LXV. titulos inordinate congestam, ex cod. bibl. Hasso-Cassellanae vulgatum a Boehmero in Adpend. ad tom. II. Corporis citati, et alteram ab *Harduino*, Concil. tom. VI. part. II. p. 1694. in not. 4. laudat de collect. Circae *I. Chr. Kochii*, prolus. de Breuiario Extrauagantium Bern. Circae, in opusc. iuris canonici, rec. in Rieggeri bibl. iuris canon. part. I. p. 62. *Harl.*

huius collectionis interpretes fuerunt. Nos eorundem scholia vidimus, quorum nomina supra scripsimus, Vincentii, inquam, Tancredi, Alani, Laurentii, et aliorum, non pauca etiam sine nomine, quae eiusdem Ioannis fuisse putamus.

[P] Tertiam *collectionem cooperat idem* Bernardus Compostellanus *ex registris Innocentii tertii, eaque aliquando* Romana compilatio *dicta est. Sed offensi Romani, quod vsu iudiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, vt pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur. Cui rei* Petrus Beneuentanus *notarius praefectus est, anno XII.* e) *eiusdem pontificis. Tum primum publica auctoritate facta collectio iuris pontificii est: nam superiores omnes siue Decretorum, siue Decretalium collectores priuata auctoritate scripserunt: et rescripta ab eis relata negari poterant, nisi ab scriniariis Romanas ecclesias comprobarentur. Fuit huius collectionis interpres, vt Io. Andreae F. refert, Paulus Hungarus: nos eadem nomina in scholiis vidimus, quae in aliis collectionibus.* [Conf. *Io. Christph. Kochii* comment. de Innocentii III. P. R. collectione Decretalium prima, in eius Opuscul. iur. canon. nr. II. vbi etiam de cod. bibl. acad. Giessensi agit. *Harl.*]

Quartae *collectioni caussam praebuit concilium generale Lateranense, in quo idem pontifex capita LXXI. edidit, sed et illo quinquennii spatio post tertiam collectionem aliquot ediderat constitutiones. Ita duplex editio exstat, altera canones eius tantum concilii continet, altera alias quoque constitutiones. Eius interpres Vincentius fuisse dicitur: ego Ioannem, et Iacobum, et Robertum siue Rogerium legi.*

Quinta *collectio Honorii tertii constitutiones habet a* Tancredo, *Bononiensi archidiacono collectas, sub ipsius pont. max. nomine. Eius interpres fuit Iacobus Albanus, Faventinus episcopus, Henrici Ostiensis praeceptor.* Hanc quintam collectionem, quam reperire Anton. Augustinus nusquam potuit, luci deinde dedit *Innocentius Ciron*, cancellarius Tolosanae academiae, Tolosae 1645. fol. *Fabr.* De quinque hisce compilationibus conf. etiam *Douiat.* Praenott. canon. tom. II. p. 212. sqq. ibique notas Schotti. Ille §. 4. p. 213. inquirit in caussam, cur auctor primae collection. eam vocarit *Breuiarium Extrauagantium;* pag. 219. laudat Schottus *Ios. Ant. a Riegger* diss. de V. collectione, in eius Opusc. pag. 221. *Harl.*

Praeter epistolas pontificum in iam memoratis obuias collectionibus, aut a Binio in *Conciliorum* tomis, atque inde ab aliis saepius vulgatas, et in tertia classe sanctionum ecclesiasticarum *Franc. Iouerii*, Valentini, Paris. 1555. fol. exhibitas: memorandae etiam epistolae pontificum quas in Annalibus suis passim referunt *Baronius, Bzouius, Raynaldus:* f) singulorum etiam nonnullae, quae separatis voluminibus prodiere, vt

Leonis

e) Anno Christi 1209.

f) In opere inscripto: Canones apostolorum, veterum conciliorum constitutiones: decreta pontificum antiquiora de primatu romanae ecclesiae: ex tribus vetustiss. exemplaribus transcripta omnia, quorum catalogum proxima pagina indicat, Moguntiae an. 1525. mense Aprili, fol. in aedib. Io. Schoefferi: (editore *Io. Vuendelstino,* cuius praefatio

Leonis magni epiſtolae, qui epiſcopus rom. fuit ab a. C. 440. ad 461. ſaepius editae inter eius opera, atque nouiſſime eruditis Paſchaſii Quesnelli obſeruationibus illuſtratae Pariſ. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol. *Fabr.* De epiſtolis et decretis Leonis I. v. *Douiat.* ibique Schott.

fatio ſcripta eſt Francof. ad Moen. VI. id. Jan. 1525.) inſunt epiſtolae pontific. decretales 1) XV. *Syricii;* 2) LVII. *Innocentii;* 3) IV. *Zoſimi;* 4) IV. *Bonifacii I.* 5) XXII. *Caeleſtini I.* 6) XLIX. *Leonis I.* 7) VI. *Hilarii;* 8) II. *Simplicii;* 9) II. *Felicis;* 10) XXVIII. *Gelaſii I.* 11) VIII. *Anaſtaſii II.* 12) V. item VIII. *Symmachi;* 13) IV. *Hormisdae;* et 14) XVII. *Gregorii II.* — Epiſtolae antiquiſſimae ac ſacris inſtitutionibus plenae, Clementis, Anacleti et Euariſti, rom. pontt. Dionyſii item Areopagitae et Ignatii Antiocheni epiſcopi, martyrum Chriſti: Clementis epiſt. V. Anacleti III. Euariſti II. Dionyſii I. 1526. Coloniae, in 4. editore *Io. Cochlaeo,* cuius epiſt. nuncupatoria ſcripta eſt Mogunt. III. Cal. Iun. eiusd. anni. — Epiſtolae auguſtales antiquae, de rebus fidei generalisque concilii (Chalcedonenſis) Theodoſii Aug. III. Valentiniani Aug. I. Martiani Aug. I. item Gallae Placidiae Aug. II. Aeliae Pulcheriae Aug. II. Liciniae Eudoxiae Aug. I. Valentiniani et Marciani Augg. Epp. VII. Leonis papae epp. ad diuerſos VII. Hilarii diaconi ecc. ro. epiſtola I. ad Pulcheriam. Concluſio concilii Chalcedonenſis per epiſcopos DC. et XXX. edictum imperiale pro eiusdem concilii confirmatione. Colon. 1526. 4. *Io. Cochlaeus* edidit et epiſt. nuncupatoriam ſcripſit Spirae V. Kal. Iul. eiusd anni. — Epiſtolae decretales veterum pontificum romanor. longe ante Nicenum concilium promulgatae, a ſctis martyribus Chriſti, ſaeuiente adhuc imperatorum perſecutione. Fabiani epp. III. Cornelii epp. II. Stephani I. epp. II. Sixti II. epp. II. ſine l. et a. 4. *Ivan.* autem *Vuendelſtinus,* qui illas epp. ex cod. Bern. Geſecken, canonici, vetuſto conciliorum et decretorum exſcripſit, epiſtolam nuncupat. exarauit Francofurt. IV. id. April. a. 1526. — Epiſtola moderni papae, Alexandri VII. ad vener. fratres, patriarchas, epiſcopos, clerum, religioſos viros et omnes Chriſti fideles eccleſiae catholicae, (data d. 20. Sept. MDCLV.) nunc recuſa. In fine: Romae ex typographia reu. Camerae apoſtol. M. DC. LV. 4. 1. plag. — *Ballerin.* fratres libr. IV. de ant. collect. etc. part. IV. cap. 14. in Gallandii ſylloge l. pag. 652. ſqq. ex collectione cardinalis *Deusdedit* in MSt. Vatic. 3833. ediderunt fragmenta epiſtolarum Gelaſii I. Pelagii II. duas epiſtolas Honorii I. ac Gregorii, et adnotaut p. 656. duo fragmn. ex epiſtolis Ioannis VIII. pontificis ad Angelbertam imperatricem et Ludouicum imperatorem, litterasque eiusdem pontificis ad Annonem, epiſc. Friſingenſem, ex MS. Colbertino 2576. vulgatas eſſe a *Baluzio* lib. V. miſcellaneor. p. 489. et 490. — *Aſſemann.* in bibl. iuris etc. I. p. 306. ſqq. 320. quasdam in cauſſa Photiana edidit pontificum epp. atque illuſtrauit. — *Spittler* l. c. p. 241. ſq. epiſtolas duas Gregorii IV. a. 835. (in Manſi concil. tom. XIV. col. 513 ſqq. et 519.) adducit, at ſuppoſititias eſſe iudicat, ac de poſteriore diſſentit ab Horixii ſententia, in Concord. nat. germ. illuſtr. tom. II. p. 156. ſq. lata. — *Venetiis* in bibl. S. Marc. cod lat. CLXIX. conciliorum, epiſtolarum, decretorum pontificalium collectio, a Sixto III. ad Eugenium. Longum praecipuarum rerum catalogum dedit confector catal. MSS. latin. illius bibliothecae, p. 91. ſqq. — ib. p. 95. in codd. CLXXI. ſeq. Epp. 243. diuerſorum pontific. et imperatt. — *Vindobonnae* in bibl. caeſar. codd. Decretalia Gregorii IX. et Bonifacii VIII. cum gloſſis Bernardi Pauienſ. — Decret. Gratiani et collectio canonum Burcardi Wormat. v. *Lambec. I.* p. 772. *B.* — Ibid. in cod. LXXVII. nr. 4. Cyrilli epiſt. ad Coeleſtinum I. et Coeleſtini, pontificis rom. epiſtolae. v. *Lambec. III.* p. 382. ſq. Kollar. et Lambec. citat Concilior. generalium edit. gr. latin. Vaticanam, a. 1608. fol. tom. I. p. 270. et 273-290. — In eodem cod. LXXVII. nr. 56. (nr. autem 57. concilii Chalcedonenſis relatio ad Marcianum imp. de hac Leonis epiſtola;) et in cod. XLV. nr. 34. Leonis I. papae epiſtola dogmatica ad Flauianum archiepiſc. ſ. patriarcham CPolit. contra Eutychem haereſiarcham, et nr. 59. cod. LXXVII. Leonis I. pontif. romani epiſtola ad Leonem I. imp. v. *Lambec. III.* p. 395. ſqq. (vbi citatur a Lambec. Concil. generalium edit. gr. lat. Vatic. tom. II. p. 204.) et vol. VIII. p. 923. ſq. vbi prouocatur ad edit. Concilior. Pariſ. Labbeanae tom. IV. col. 343. ſqq. et 358. *Harl.*

Schott. in Praenott. can. tom. I. p. 464. fqq. 611. etc. (idem ib. p. 399. fq. explicat vim voc. *Decretales*, et *Schott* citat in nota 3. *Phil. Bonamici* Tract. de claris epiftolar. pontificiarum fcriptorr. Romae 1753. 8. et cap. XXII. libri II. p. 401. fqq. vfque ad cap. XLIII. recenfet pontif. rom. eorumque epiftolas et decreta.) Tum de epiftolis CLXXIII. Leonis I. huiusque vita fufius difputauit *Schoenemann* in bibl. hiftor. litterar. patrum latin. tom. II. p. 861. fqq. in primis p. 873. fqq. p. 880. fqq. de epiftolar. edd. (quas omnes commemorare non vacat,) p. 888. fqq. de ed. Quesnelli p. 920. fqq. et p. 927. fq. cui additae funt edd. recentiores: Lutetiae Parif. 1677. 4. *Leonis* papae epiftolae quaedam et aliorum ad eumdem, antehac fere omnes ineditae, e cod. MSt. regio depromtae a *Io. Bapt. Coteleri*o, in Monumentis ecclefiae graecae, tom. I. p. 50-65. — Romae typis Michaelis ad Ripam, *S. Leonis* epiftolae decretales, in Collect. amplifl. Bullarum pontific. rom. ed. *Carolo Coquelines*, tom. I. p. 25-27. — Venetiis ap. Auguftin. Sauioli: *S. Leonis* Opp. omnia, ad MSS. codd. fidem emendata. Acced. opera *Maximi* Taurinenfis, 1741. fol. Eft reuera repetitio ed. Quesnell. — Venet. ap. Andr. Poletti, (hoc eodem curiante,) *S. Leonis* Opp. — acced. codex canonum ecclefiae rom. — et fermones et homiliae S. Maximi, epifcopi Taurenenfis tom. II. 1748. fol. Eft expurgata feu mutilata Quesnelli editio. — Romae ap. Iofeph. Collini, *Leonis* M. opp. omnia, ad MSSt. codd. emendata, nouis monumentis aucta, notis et obferuatt. adornata ftudio *F. Petri Thom. Cacciari*, II. tom. 1753-55. fol. Praeter alia quatuor epp. plane nouas adiecit fuperioribus: in Quesnellum faepe ftringit gladium. — Locupletiffima tamen optimaque editio prodiit Venetiis ap. Simon. Occhi: *S. Leonis* opp. poft Pafchafii Quesnelli recenfionem ad complures et praeftantiffimos MSSt. codd. ab illo non confultos exacta, emendata, et ineditis aucta: praefationibus, adnotationibus et admonitionibus illuftrata. Adduntur etiam quaecunque in Quesnelliana edit. inueniuntur, eaque ad crifin reuocantur: curantibus *Petro* et *Hieronymo fratribus Ballerinis*, presbyteris Veronenfibus. 1755-57. III. tom. fol. tom. I. continet Sermones et Epiftolas cum fuis adpendicibus: tom. II. fubiiciuntur diff. XI. Quesnellii in Leonis opp. eiusque notae in Epiftolas, criticis obff. adpofitis: tom. III. exhibet vetuftiff. codicem canonum ecclefiafticorum et conftitutionum fedis apoftolicae, cum Quesnelli differtatt. in eumdem, ad criticen reuocatis; praemittitur tractatus de antiquis tum editis tum ineditis collectionibus et collectoribus ad Gratianum vfque, (a Gallandio in fyllogen etc. faepius laudatam receptus.) Hanc edit. copiofe recenfuit atque praedicauit et quid ab illis praeftitum fit in Epiftolis, oftendit Schoenemann p. 947. fqq. p. 950. Additae funt huic editioni tres nouae Leonis epp. ex cod. Ratisbonenfi, vna graeca Anatolii CPol. epifcopi; item epp. aliquot graecae interpretationis antiquae ex cod. Vatic. tum ex cod. Veneto S. Marci integra actio concilii Chalcedon. in gratiam epiftolae XCIII. Leonis habita, et alia actio eiusd. concilii in cauffa Domni Antiocheni ex cod. Vatic. et alia. — Idem Schoenem. p. 961. fqq. multus eft de codd. MSS. in quibus Leonis Sermones et epp. aliaque adferuantur. Conf. etiam illius editionis Ballerin. recenfionem in *Io. Aug. Ernefti* bibliotheca theolog. germanice fcripta, tom. IV. fafc. 7. a. 1763. p. 549-614. — *Leonis* vita, epiftolae et decreta in *Io. Dominici Manfi* noua et amplifl. conciliorum collect. tom. V. col. 1203-1430. tom. VI. col. 1-432. (v. *Schoenemann* p. 956. fqq.) — *Leonis* epiftola contra Eutychen de vera incarnatione

Domini ad Flauianum, episc. CPolit. e recensione Ballerinorum, cum V. L. notis et admonitione historica *(Henr. Phil. Conr. Hencke.)* progr. Helmstadii 1780. 4. — *Leonis I.* epistolae XII. ad Galliae episcopos, et epistola ad Flauianum (dogmatica XXVIII.) vna ad Rauennium missa, cum notis, obseruatt. et adnotatt. denuo illustratae a Monachis Congregat. S. Mauri, in collect. conciliorum Galliae, tom. I. p. 442-568. — *Leonis* M. epistolae et aliorum ad Leonem; item *Hilarii II.* papae, III. epistolae, *Venet.* in bibl. D. Marc. cod. lat. CLXX. v. cat. codd. latin. illius bibl. p. 95. *Harl.*

Epistola dogmatica ad Flauianum [g]) CPol. episcopum, et altera [h]) ad Leonem imp. graece et latine vulgatae a Gerh. Vossio ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Mogunt. 1604. 4. [v. etiam in nota antec. de codd. Vindobon. *Harl.*]

Gregorii I. (papae ab a. 590. ad 604.) epistolarum libri XII. saepius inter eius opera editi, et nouissime Paris. 1705. fol. [Conf. *Douiat.* Praenott. can. tom. I. libr. II. c. 32. p. 483. sqq. — *Fabricii* nostri bibl. med. et infimae latinit. tom. III. p. 83. sqq. ed. Mansi, et *Io. Ge. Arn. Oelrichs* commentar. de scriptorr. ecclesiae lat. priorum VI. saeculor. edit. *A. H. L. Heeren.* Lips. 1791. 8. p. 384. sqq. Epistola ad episc. Taurominitan. in cod. bibl. Malatest. Caesenatis. v. *Muccioli* cat. illius bibl. p. 23. *Harl.*]

[P] *Pauli I.* (papae ab a. 757. ad 767.) epistolae XXXI. in Francisci du Chesne tom. 3. scriptorum Francicorum p. 725-760.

Epistolae sedecim *Nicolai I.* qui ab a. C. 858. ad 867. pontificatum gessit, editae Romae an. 1542. fol. longe plures deinde euoluit Baronius, ac Binius in Conciliorum tomis et post eum alii, [nouissime *Coleti* in concil. collect. Veneta, tom. X. et *Mansi* in Supplem. concilior. tom. I. p. 965. et in collect. concil. ampliss. tom. XVI. *Harl.*] Add. *Alexandri III.* epistolas, a Sirmondo editas, in tomo III. huius opp. obuias. [conf. *Fabr.* Bibl. med. et inf. latin. tom. V. p. 100. sq. ed. Mansi. *Harl.*]

Syluestri II. (papae ab a. 999. ad 1003.) epistolae CLIX. cum decreto electionis editae e bibliotheca Papyrii Massoni ICti, Parisiis 1611. 4.

Innocentii III. (papae ab a. C. 1198. ad 1216.) epistolas libris XVI. digestas, insignem rerum ecclesiasticarum et ciuilium illa aetate cognoscendarum thesaurum vulgauit Steph. Baluzius Paris. 1682. fol. duobus voluminibus, post longe imperfectiores collectiones Guil. Sirleti Rom. 1543. Coloniensem 1576. fol. vel Pauli du May [i]) Paris. 1625. 8. et Francisci Bosqueti Tolos. 1635. fol. *Antonii Dandini Altesserrae* commentar. in Innocentii III. Decretales. Paris. 1666. fol. *Fabr.* Add. infra in indice Conciliorum ed. Labbei etc. a. 1198.

g) Graeca versio incipit: *ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς.* [in cod. *Vindob.* caes. LXXVII. nr. 65. v. *Lambec. III.* p. 395. Koll. et in cod. XLV. nr. 34. v. *Lambec. VIII.* p. 923. sq. *Harl.*]

h) Graeca versio incipit: *ὑποσχόμενον ἐμαυτὸν διαμέμνημαι.* [in cod. Vindob. caes. LXXVII. nr. 59. v. *Lambec. III.* p. 397. — ib. in cod. LVI. nr. 5. v. *Lambec. VIII.* p. 1029. vbi adnotat Kollar. exstare illam epist. latine in ed. Leonis opp. Veneta 1748. fol. prelo Andr. Poletti excusa, tom. I. p. 222. omissam vero esse in Mansiana collect. quoniam, scripta a. 458. non pertineat ad concil. Chalcedon. *Harl.*

i) Vide Menagiana tom. 3. p. 326. seq.

a. 1198. Inſcr. edit. Baluz. haec eſt: *Epiſtolarum Innocentii III. romani pontificis libri vndecim; Acced. Geſta eiusdem Innocentii* (ab initio tomi I.) *et prima collectio Decretalium compoſita a Rainerio diacono et monacho Pompoſiano. Steph. Baluz. in vnum collegit, magnam partem nunc primum edidit, reliqua emendauit.* tom. I. II. Pariſ. 1682. fol. In ipſa autem edit. numerantur libri ſedecim. Nam in vol. primo poſt librum II. epiſtolarum ſequitur p. 543. ſqq. loco tertii et quarti libri prima collectio Decretalium Innocentii III. ex tribus primis regeſtorum eius libris compoſita a *Rainerio*, nunc primum in lucem edita ex vetuſt. cod. S. Theodorici Remenſis: tum epiſtolar. liber V. dein p. 687. ſqq. Regiſtrum Innocentii III. ſuper negotio romani imperii, epiſtolae 194. Deſunt inde libri VI-IX. nam vol. II. incipit ſec. inſcriptionem a libro X. epiſtolar. et ſic numerantur libri, vſque ad librum XVI. Conf. *Fabr.* bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 34. ſqq. ed. Manſi, vbi plures epiſtolar. quarumdam editt. memorantur, et *Oelrichs* comm. citt. p. 256. ſq. item *Schroeckh* hiſt. eccl. chriſtian. tom. XXVII. p. 60. ſq. vbi a p. 55. de decretalibus pontific. vberius diſſerit. *Harl.* Plures eius epiſtolae ineditae ſuperſunt. V. Notices et Extraits des Mſſ. de la bibl. du Roi tom. II. p. 279. ſqq. III. p. 617. ſqq. Plures nuper editae ſunt in libro: Diplomata, Chartae, epiſtolae et alia documenta ad res Francicas ſpectantia notis illuſtrarunt et ediderunt *L. G. O. Feudrix de Brequigny* et *F. L. G. La Porte du Theil.* Pars altera tom. I. Innocentii III. epiſtolas et Geſta continens, tom. II. Innocentii epiſtolas anecdotas continens. Par. 1791. f. *Beck.*

Gregorii IX. (Papae ab a. 1227. ad 1241.) Decretales epiſtolae ſaepius editae ſeparatim atque inter opera a Iacobo Pamelio illuſtrata Antwerp. 1572. [Plura dedit *Fabric.* in bibl. med. et inf. lat. tom. III. p. 96. Manſi add. *Schroeckh.* in Hiſt. eccl. chriſt. tom. XXVII. p. 63. ſqq. vbi copioſe perſequitur eius Decretalia. *S. Gregorii* papae (an huius Gregorii IX?) epp. 295. *Venet.* in bibl. Marc. cod. lat. LXXII. v. cat. codd. latin. bibl. Marc. p. 59. *Harl.*]

Pii II. (ante Aeneae Syluii) qui papa fuit ab a. 1458. ad 1464. epiſtolae CCCCXXXI. ante pontificatum et in pontificatu ſcriptae, Norimb. 1481. et Lugd. 1497. fol. et inter opera Baſileae excuſa. [v. *Fabric.* l. c. tom. V. p. 300.]

Hadriani VI. (papae ab a. 1522. ad 1523.) epiſtolae editae Colon. 1535. Vide Ludouici de S. Carolo bibl. pontificiam p. 107. [v. *Fabric.* l. c. tom. III. p. 179. ſq.]

Pii V. (pontificis max. ab a. 1566. ad 1572.) epiſtolarum libros quinque latine edidit Franciſcus Goubau Antw. 1640. 4. poſt editionem Italicam Mantuanam k) 1587. 4. et latinas Colonienſem atque Romanam 1629. Conſtitutiones eccleſiaſticae et litterae apoſtolicae, Lugd. 1582. Florent. 1583. Rom. 1579. [v. *Fabr.* l. c. tom. V. p. 301.]

Ab *Antonio Caraffa* cardinali et *Antonio de Aquino* publicatae epiſtolae a S. Clemente ad Gregorium VII. iuſſu Gregorii XIV. Romae 1591. fol.

Nouam locupletiorem accuratioremque epiſtolarum pontificum editionem a Clemente ad Innocentium III. exſpectare iubemur a *Petro* [?] *Couſtant*, monacho erudito Benedictino, qui et dignas fide ſeiunget a commentitiis, et emendatas diligenter ad codices MSS.

 et

k) Lud. de S. Carolo Bibl. Pontificia p. 194. in qua paſſim de ſingulorum epiſtolis pontificum, vbi exſtent, adnotat, plures earum collectiones MStas in bibl. Vaticana adhuc deliteſcere teſtatus.

et ordine digestas chronologico illustrabit notis. Vide Ephemerides litterarias Parisienses mense Octobr. a. 1719. p. 476. sq. *Fabr.* Huius editionis iam supra ad §. VIII. mentionem fecerat Fabricius, et ego in longa nota et inscriptionem operis posui integram, et nouam *Schoenemanni* editionem indicaui. Ego vero quoniam Fabricius infra in fine huius volum. ed. vet. pag. 760. sqq. copiose recensuit Coustantii editionem, huc commodiore loco reducendam atque inserendam duxi Fabricianam notitiam: „*Epistolae romanorum pontificum, et quae ad eos scriptae sunt: a S. Clemente I. vsque Innocentium III. Studio et labore Domni Petri Coustant, etc. tom. I. ab a. C. 67. ad annum 440.* Paris. 1721. fol. pagg. 1280. et praefatio pagg. 150. Adpendix pagg. 123. — — Quum recens ad nos adlatum sit primum hoc volumen operis eximii, cuius duorum posteriorum etiam tomorum propediem prelis subiiciendorum spes facta est, [sed haec euanuit,] licet auctore, quod dolendum est, iam a. 1721. [?] 18. Oct. extincto, eius breuem notitiam praesenti loco subiungere volui. In amplis prolegomenis prima est de auctoritate pontificum decretaliumque epistolarum disputatio: deinde differitur de collectionibus canonum, in occidente praesertim adornatis, vbi inter alia p. 127. non diffitetur Isidorum Mercatorem fraude sua perniciose de ecclesia meritum esse. *Hinc,* inquit, *debilitati penitus fractique disciplinae nerui, perturbata episcoporum iura, sublatae indiciorum leges, aut miserum saltim in modum afflictae, hinc discordiarum, seditionum ac litium seges immensa, quae tot saeculis ad ecclesiae dedecus, fideliumque offensionem fruticauit.* Denique auctor, quum de prioribus epistolarum pontificiarum editionibus exposuisset, quantum ipse studii in colligendis, accurate emendandis recensendisque et illustrandis genuinis, spuriis vero remouendis ac separandis posuerit, tradit. Post dissertationem breuem praeuiam de proximis post b. Petrum apostolum romanis episcopis *Lino,* [l]) *Cleto,* [m]) et *Clemente,* [n]) sequuntur epistolae ipsae pontificum, singulorumque epistolis praemissae de illorum aetate et scriptis obseruationes. Familiam inde ducunt S. *Clementis* romani epistola [o]) vtraque ad Corinthios graece et latine cum versione Cotelerii paucis mutata locis, nouisque notis Coustantii. Eiusdem Clementis fragmenta ex Cotelerio et Grabio p. 46. aliaque duo Clementi perperam tributa in synod. CPol. a. 891. tom. 9. Labbei p. 1266. et Gratiano de consecr. dist. 2. c. 30.

Anacletum a *Cleto* perperam distingui non dubitat Coustantius p. 50. deinde de huius nec non *Euaristi,* [p]) *Alexandri,* [q]) *Xysti,* [r]) *Telesphori,* [s]) *Hygini,* [t]) *Pii,* [u]) et *Aniceti,* [v]) decretis atque epistolis differit, et nonnulla eorum sicut et posteriorum pontificum decreta ex Burchardo, Gratiano, libro pontificali, aliisque scriptoribus exponit. Epistolas autem decretales ab Isidoro Mercatore iactatas sub illorum pontificum nominibus, reiicit in alterum tomum, in quo integram Isidori collectionem dare constituerat.

Diony-

l) Circa a. C. 67. *m*) 79. *n*) 91. *o*) primam Clementis rom. epistolam quae sola genuina habetur a veteribus, scriptam putat circa a. C. 97. *p*) 100. *q*) 109. *r*) 119. *s*) circa exitum a. 128. *t*) 139. *u*) 142. *v*) 157.

Dionysii Corinthiorum episcopi ad *Soterem*, [w]) papam epistolae fragmenta, graece et latine, ex Eusebio cum notis p. 75. Obseruatio contra auctorem Praedestinati, qui Soterem contra Cataphrygas et Tertullianum contra Soterem scripsisse falso tradidit p. 79.

Epistola Viennensis ac Lugd. ecclesiae ad *Eleutherum*, [x]) graece [?] et latin. ex Eusebio, et de aliis epistolis ad eum pertinentibus et decretis p. 87.

Epistolae ad *Victorem I.* [y]) scriptae super controuersia de paschate, a *Polycrate Ephes.* et *Irenaeo*, graece et lat. p. 95.

Fragmentum antiqui scriptoris aduersus Artemonis haeresin, graece et lat. de Natali poenitente ex haeresi, a papa *Zephyrino* [z]) in communionem admisso. p. 110.

De epistolis ac decretis, quae huic *Zephyrino*, nec non *Callisto I.* [aa]) *Vrbano*, [bb]) *Pontiano*, [cc]) *Antero*, [dd]) *Fabiano*, [ee]) et *Cornelio*, [ff]) adscribuntur.

S. *Cypriani* ad S. *Cornelium* papam epistolae IX. p. 121. et huius ad illum II. nec non Cornelii ad Fabium Antioch. fragmenta, graece et lat. pag. 146. et Cypriani ad Antonianum. pag. 159.

Notitia epistolarum non exstantium vel suppositititiarum, quae ad Cornelium adtinent. p. 195. Dissertatio de poenitentia maiorum clericorum, quae non publica erat tribus primis saeculis. ibid.

S. *Cypriani* ad *Lucium* [gg]) papam epistola p. 207. et binae ad *Stephanum I.* [hh]) papam. p. 211. *Dionysii* Alex. ad eumdem Stephanum epistolae fragmentum graece et lat. ex Eusebio p. 219. Notitia epistolarum non exstantium, quae ad Stephanum papam adtinent, p. 221. et de eius sententia circa rebaptizationem et receptionem haereticorum p. 227.

Epistolarum *Dionysii* Alex. ad *Xystum II.* [ii]) et ad Philemonem et Dionysium, (qui deinde papa,) Xysti presbyteros, fragmenta, graece et lat. ex Eusebio p. 259.

Dionysii papae [kk]) epistolae aduersus Sabellianos fragmentum ex Athanasio, graece et lat. p. 274.

Fragmenta ex Dionysii Alex. ad Dionysium Romanum libris IV. quos elenchum et apologiam inscripserat, graece et lat. p. 279.

De decretis, epistolis et scriptis, quae tribuuntur *Felici I.* [ll]) *Eutychiano*, [mm]) *Caio*, [nn]) *Marcellino*, [oo]) *Marcello*, [pp]) *Eusebio*, [qq]) *Melchiadi*, [rr]) *Siluestro*, [ss]) *Marco*, [tt]) et *Iulio I.* [uu])

Felicis

w) 168. *x*) 177. *y*) A. C. 193. *z*) circa a. 202. *aa*) a. 219. *bb*) 223. *cc*) 230. *dd*) 235. *ee*) 236. *ff*) 251. *gg*) 252. *hh*) 253. *ii*) 257. *kk*) 259. *ll*) 269. *mm*) 275. *nn*) 283. *oo*) 296. *pp*) 308. *qq*) 310. *rr*) 311. *ss*) 314. *tt*) 336. *uu*) 337.

Felicis papae fragmentum epiſtolae ad Maximum epiſc. et clerum Alexandr. graece et lat. pag. 298.

[¶] S. *Damaſi* de Marcello papa carmen p. 311. Epigramma vetus Anonymi de Euſebio papa pag. 319.

Conſtantini imp. epiſtola ad Melchiadem papam et Marcum, graece et lat. p. 326.

Arelatenſis ſynodi ad Silueſtrum I. a. C. 314. datae epiſtolae II. p. 341.

Epiſtola *Iulii II.* ad Euſebianos a. 342. p. 354. et *Marcelli* Ancyrani ad Iulium, graece et lat. p. 390. Synodi Sardicenſis a. 347. ad Iulium ex Hilarii fragmentis p. 395. Iulii ad Alexandrinos, graece et lat. p. 399. Valentis et Vrſaci ad Iulium p. 403. graece et lat.

Liberii papae [vv]) epiſtolae XV. p. 422. in quibus et graece et lat. p. 431. dicta ad Euſebium Spadonem a. 355. et Dialogus Liberii et Conſtantii imp. p. 433. et Legatorum Lampſacenae ſynodi a. 366. ad Liberium p. 454. et Liberii ad orientis epiſcopos orthodoxos p. 458. Epiſtolarum non exſtantium et ſuppoſititiarum, decretorumque notitia ac cenſura, p. 463.

Felicem Liberio fuiſſe ſuperſtitem, adeoque perperam a multis velut eius ſucceſſorem inter pontifices poni notatur p. 470.

Damaſi papae [ww]) et ad eum epiſtolae XVIII. p. 473. cum eruditis notis et obſeruationibus. Quibusdam, vbi extabat, addita graeca vetus verſio. Aquileienſis concilii a. 381 habiti epiſtola pro Damaſo p. 551. Ceterorum ſcriptorum Damaſi vel decretorum citatorum locuples notitia. p. 591.

Siricii [xx]) epiſtolae X. p. 624. et de aliis ſcriptis ac decretis, quae ei tribuuntur p. 699. vel perperam adſcribuntur p. 709.

Anaſtaſii [yy]) epiſtola ad Ioannem Hieroſol. p. 723. cum Rufini presb. ad Anaſtaſium apologia p. 715. Notitia epiſtolarum Anaſtaſii non exſtantium p. 729.

Innocentii I. [zz]) vel ad Innocentium epiſtolae XLII. pag. 739. cum non exſtantium notitia pag. 919.

Zoſimi papae [a]) epiſtolae XV. pag. 935. Paulini diaconi libellus Zoſimo oblatus pag. 963. Tractoriae Zoſimi tria fragmenta p. 994.

Bonifacii I. [b]) et ad eum epiſtolae XV. p. 1007. in quibus et imperatorum quaedam reſcripta aduerſus ſchiſma et pro ſedis romanae iuribus [¶] p. 1027. notitia ſcriptorum non extantium, quae ad Bonifacium adtinent, p. 1045. et decreta illi adſcripta, p. 1050.

Caele-

vv) A. C. 352. *ww*) 366. *xx*) 384. *yy*) 388. *zz*) 401. *a*) 417. *b*) 418.

Caelestini I. [c]) et ad eum epistolae XXV. p. 1052. quarum nonnullis addita graeca versio ex actis synodi Ephesinae, Cyrillo etc. et post epistolam XXI. ad episcopos Galliarum subiunctae superiorum sedis apostolicae episcoporum, *Innocentii I.* maxime et *Zosimi*, auctoritates de Gratia Dei, p. 1188. Notitia epistolarum Caelestini non exstantium p. 1217. et decreta ei adscripta p. 1226.

Xysti III. [d]) et ad eum epistolae X. et tres priores graece et latine, pag. 1231. Notitia reliquorum scriptorum ad Xystum attinentium, pag. 1273.

APPENDIX

ad Coustantii epistolas pontificum, adulterina scripta complectens.

1) Epistola *Clementis* Romani ad Iacobum episc. graece et lat. cum Cotelerii versione. Incipit: Γνώριμον ἔςω σοι.

2. 3) *Pii I.* papae epistolae duae ad Iustum Viennensem. Prior incipit: *Antequam Roma exiisses;* posterior: *Attalus epistolas martyrum portans*, p. 19.

4. 5) *Victoris I.* epistolae duae; vna ad Desiderium Viennensem, incipit: *Sicut sancta fraternitas tua;* altera ad Paracodam episc. incipit: *Collega noster Dionysius dormiens*, pag. 21.

6) *Eleutheri* papae rescriptum ad Lucium Britanniae regem. Incipit: *Petiistis a nobis leges romanas et Caesaris vobis transmitti*, p. 23.

7. et 8) *Cornelii* papae ad Lupicinum archiepisc. Viennensem. Incipit: *Scias, frater beatissime, arcam dominicam vento persequutionis accerrime commoueri;* et altera ad Cyprianum, a Baluzio primum edita in noua Cypriani edit. incipit: *Dilectionis tuae non delectabilia*, p. 26.

9) Vulgatae *synodi Suessanae* seu *Sinuessanae* a. 303. de Marcellino papa gesta. Incipit: *Diocletiano et Maximiano Augustis*, p. 29.

[P] 10) *Siluestri I.* epistola ad episcopos Galliae de formatis ab episcopo Viennensi accipiendis et prouinciis septem ad eius ecclesiam pertinentibus. Incipit: *Placuit apostolicae sedi*, p. 37.

11) Eiusdem constitutum ad Constantinum Aug. cum actis synodi rom. CCLXXXIV. episcoporum, p. 43. Incipit: *eodem tempore quum multi nobiles gauderent.*

12) *Ni-*

c) A. C. 422. d) 432.

12) *Nicaenae* fynodi ad Syluestrum papam, incip. *quoniam omnia corroborata;* et Silvestri ad Nicaenam fynodum, pag. 54. Incipit: *Gaudeo promtam vos benignitatem seruare.*

13) Concilium praefente Conftantino Aug. celebratum Romae cum CCLXXV. epifcopis, canones VI. quorum primo definitiones fynodi Nicaenae confirmantur, p. 55.

14) *Iulii* papae nomine ab *Apollinario* ad Dionyfium Alex. fcripta epiftola graece et lat. incip. θαυμάζω πυνθανόμενος, p. 62. Eiusdem epiftolae vetus interpretatio ex veteris fynodici capite 224. Incipit: *miror audiens quosdam*, p. 69.

15) Epiftola eiusdem Iulii nomine, a Timotheo difcipulo Apollinarii vel ab Apollinario ipfo fcripta ad Profdocium, graece et lat. p. 73. Incipit: τὸ Φρόνημα ἡμῶν κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν παράδοσιν. Fragmentum ex triplici veteri verfione, p. 79.

16) Fragmenta tria, fortaffe ex aliquibus feptem illarum epiftolarum, quas *Iulio* papae ab Apollinarii affeclis adfcriptas Leontius memorat, p. 82. Primum graece et lat. quod apud Photium cod. CCXXIX. adfertur ex Iulii λόγῳ τῷ περὶ ὁμουσίας. [v. fupra ad vol. VIII. p. 592. not. *t.*]

Cenfura *Liturgiae*, quam fub *Iulii* papae nomine habent Iacobitae fiue Monophyfitae, et Cenfura epiftolarum iactatarum fub falfis nominibus *Cyrilli* et *Iuuenalis* Hierofolymitanorum ad Iulium, et *Iulii* ad Cyrillum de die natali domini XXV. Dec. quarum fragmenta a Ioanne Nicaeno *e*) et anonymo ἀναγκαίας διηγήσεως fcriptore *f*) referuntur pag. 83.

17) Gefta *Liberii* papae, quorum initium: *anno regni Conftantini regis nepotis Conftantini magni*, p. 89.

[P] 18) *Liberii* epiftola ad orientales de Athanafio Romam citato. Incipit: *ftudens paci et concordiae*, p. 95.

19. 20) Liberii ad Athanafium, et Athanafii ad Liberium contra haerefin Apollinarii, graece et lat. Prior incipit: ἔστιν ἓν ἡμῖν ἡ ὁμολογία, p. 97. altera: εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, ἀψηλάφητος. p. 99.

21) *Damafi* fymbolum, cuius verum auctorem *Gregorium Paeticum* putat Pafchafius Quesnellus. Incip. *credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, et in vnum dominum noftrum Iefum Chriftum filium Dei, et in fpiritum S. Deum non tres Deos*, p. 102.

22) *Innocentii I.* epiftola ad Arcadium imp. ex Niceph. XIII. 34. et Glyca, graece et lat. p. 105. Incip. Φωνὴ αἵματος.

23. 24)

e) Apud Combefif. tom. 2. auctar. noui patrum pag. 302. *f*) Coteler. ad Conftitut. apoft. lib. 5. c. 13.

23. 24) *Arcadii* ad Innocentium, vna gr. lat. ex Glycae Annal. p. 259. Incipit: *πάντες ἄνθρωποι,* p. 108. altera latine ex Baronio ad a. 407. Incipit: *omnino, o pontifex Dei,* p. 109.

25) *Innocentii* ad Arcadium, qua eum soluit ab excommunicatione, gr. lat. ex Glyca p. 260. Incip. *ἀπεδεξάμην ὑμῶν,* p. 109.

26) *Zosimi* ad Simplicium Viennensem archiep. ex Ioanne a Bosco ad calcem bibliothecae Floriacensis. Incipit: *reuelatum nobis est,* p. 111.

27) *Gesta de Xysti purgatione*, quem Marianus quidam et Petrus seruus accusauerunt, quod consecratam Chrisogonitem stuprasset: et de *accusatione Polychronii* episcopi Hierosol. simoniae et aliorum criminum rei, edita primum a Petro Crabbe; a Coustantio autem, vt cetera omnia diligenter recensita, ad codices MSS. et notis illustrata. Incipiunt: *Valentiniano et Anatolio, consulibus*, p. 117 – 124.

[*Leonis III.* (qui papa fuit ab a. 795. ad 816.) epistolas decem ad Carolum M. primus ex MSS. Academiae Iuliae edidit notisque illustrauit *Hermannus Coringius*, Helmst. 1647. 4.

Epistolarum volumen, quas romani quidam pontifices miserunt ad Francorum reges, Carolum Martellum, Pipinum et Carolum M. editore *Iac. Gretsero*, S. I. Ingolstad 1613. 4. Eidem debemus epistolas variorum pontificum ad Petrum Gnapheum, Eutychianum, graece et latine vulgatas, Ingolstad. 1616. 4.

Leonis IX. (papae ab a. 1049. ad 1054.) epistolae decretales ad calcem operum Leonis Magni excusae Colon. 1561. fol. apud Ioannem Birkmannum iuniorem, editore Laurentio Surio.

Epistolae decretales pontificum romanorum, tribus voluminibus in fol. editae Romae 1591.

Gregorii XIII. constitutiones ecclesiasticae, Lugd. 1582. 8.

Pii IV. et *V.* et *Gregorii III.* Florentiae 1583. 1586. 4.

Collectio bullarum et constitutionum Clementis VIII. separatim editarum ab a. 1592. ad 1603. fol. fuit in bibl. Telleriana.

Gregorii XV. (ab a. 1621. papae ad a. 1623.) constitutiones et decreta, Romae 1623. fol.

[*Ioannis* papae rom. epistola ad Photium: inc. *ἀγνοεῖν συμβαίνει ἡμᾶς.* *Mosquae* in cod. synod. CCCXXIV. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 212. sq. nr. 4. *Harl.*]

[*Alexandri III.* Decretales in concilio Lateranensi III. generali a. 1179. celebrato editae ex cod. bibl. Hasso-Cassellanae a *Iusto Henn. Boehmero* in Adpend. ad tom. II. corp. iur. canon. nr. II. v. *Schotti* not. 2. ad *Douiat.* Praenott. canon. tom. II. p. 211. vbi Schott. continet, inquit, ea collectio p. priores XII. can. concilii Lateran. III. p. epistolas decretales Alexandri III. et paucas aliorum pontificum, desinitque in Vrbano III. vnde intelligitur, eam post a. 1187. quo mortuus est Vrbanus III. compositam esse et conf. *Schroeckh* Hist. eccl. christ. tom. XXVII. p. 58. sqq. *Harl.*]

[*Clementis XI.* epistolae et Breuia selectiora, Romae 1724. fol. II. voll. cum figg. aeneis. In catal. Vrlsperger. p. 13. vocatur opus splendidum ac rarum. — Ibid. laudatur a splendore et raritate liber: *Clementis XI.* vita et res gestae, cum ipsius effigie. Vrbini, 1727. fol. *Harl.*]

Bullae pontificum a Bonifacio VIII. (a. 1294-1303.) ad Paulum IV. (a. 1555-1559.) Romae apud Antonium Bladium 1559. fol.

Collectio Bullarum a Gregorio VII. (a. 1073-1085.) ad Gregorium XIII. (a. 1572-1582.) Rom. 1589. fol.

Bullarium siue collectio constitutionum romanorum pontificum, iussu Sixti V. collectum a Gregorio VII. vsque ad Sixtum V. (qui pontificatum gessit ab a. 1585. ad 1590.) cum rubricis *Laërtii Cherubini*, Rom. 1586. fol.

Sixti V. constitutiones a Laërtio Cherubino editae Rom. 1588. fol.

Summa constitutionum pontificalium et rerum in ecclesia romana gestarum a Gregorio IX. (a. 1227-1241.) ad Sixtum V. curante *Petro Matthaeo* ICto. Lugd. 1589. 4.

Bullarum, Breuium et constitutionum apostolicarum, quae in Archiuo impressoris cameralis existunt, index. Rom. 1627. 12. in bibl. Barberina.

[P] Summa Bullarii per *Stephanum de Quaranta.* Venet. 1607. 4. Lugd. 1622. 4. vsque ad Paulum V.

Iac. Castellani compendium constitutionum summorum pontificum a Gregorio VII. ad Clementem VIII. (papam ab a. 1592. ad a. 1605.) Venet. 1603. 4.

Bullarium magnum *Laërtii Cherubini*, ICti romani [g]) a S. Leone magno (papa ab a. 440. ad 461.) ad Paulum V. (ab a. 1555. ad 1559.) Rom. 1617. fol. tribus voluminibus. Et a D. *Angelo Cherubino*, monacho Cassinensi continuatum vsque ad Vrbanum VIII. (papam ab a. 1623. ad 1644.) Rom. 1638. fol. quatuor voluminibus, et Lugd. 1655. fol. additis Innocentii X. constitutionibus.

Bullarii collectanea per *Augustinum Barbosam.* Lugd. 1634. 4.

Flauii Cherubini compendium Bullarii a Laërtio Cherubino editi, Lugd. 1624. 4. Rom. 1638. fol.

Bullarii magni Cherubiniani continuatio ad Clementem X. (papam ab a. 1670. ad 1676.) per *Angelum a Lantusca* et *Io. Paulum* a Roma, [h]) ord. minor. tomus V. et VI. Rom. 1672. fol.

Vincen-

g) Prosper Mandosius bibl. roman. p. 192. h) id. p. 199.

Vincentii Petrae ICti, commentarius in Bullarium edi coepit Rom. 1705. fol. Tomus quartus iam lucem vidit a. 1714. Iournal des Savans 1714. Aoust. p. 225.

Constitutiones pontificiae et romanarum congregationum decisiones ad vicarios vtriusque cleri spectantes *Io. Baptista Pittono*, i) sacerdote Veneto, collectore. Venet. apud Leonardum Pittonum collectoris patrem 1714. 8.

Io. Baptista Confettius siue *Confettius* in collectione priuilegiorum sacrorum ordinum fratrum mendicantium et non mendicantium. Venet. 1607. 4.

Emanuel Rodericus in noua collectione et compilatione priuilegiorum regularium mendicantium et non mendicantium, Turnoni 1609. fol.

Bullarium Cassinense seu constitutiones pontificum, imperatorum, regum, etc. et decreta sacrae congregationis pro congregatione Cassinensi, per *Cornelium Margarinum*. Venet. 1650. fol.

Bullarium ordinis eremitarum S. Augustini a *Laurentio Empolo* collectum, Rom. 1628. fol.

[P] Bullarii Seraphici indiculus per *Petrum de Alua*. Rom. 1655. 4.

Archiuium bullarum, decretorum, etc. fratrum et sororum tertii ordinis S. Francisci per *Franciscum Bordonum*. Parmae 1658. 4.

Bullarium ordinis Cluniacensis, Lugd. 1680. fol. *Io. Baptistae Pittoni* collectio constitutionum pontificiarum et romanarum congregatt. decisionum cuiuscunque ordinis. Venet. in 8. III. voll. *Fabr.*

[Magnum Bullarium romanum, a b. Leone M. vsque ad S. D. N. Benedictum XIII. opus absolutissimum, *Laertii Cherubini*, praestantissimi Icti romani, a D. *Angelo Maria Cherubino*, monacho Cassinensi, deinde a R. P. *Angelo*, a R. R. P. P. *Angelo a Lantusca* et *Ioanne Paulo a Roma*, ordinis Minorum S. Francisci strictioris obseruantiae, ac tandem eorum cura et studio, qui recentiorum pontificum constitutiones hactenus promulgatas collegerunt, illustratum et auctum. Editio nouissima, octo voll. comprehensa. Acced. prout in edit. romana, vitae omnium pontificum, appendices insuper suis locis restitutae. Cum rubricis, summariis, scholiis et indicibus locupletissimis, tom. I. a b. Leone M. ad Paulum IV. etc. iuxta exemplar Romae ex typogr. reuer. Camerae apostolicae, 1638. Luxemburgi sumtib. Andreae Cheualier bibliop. et typographi 1727. fol. Sequuti sunt deinceps vsque ad a. 1758. cum continuatione vsque ad Benedictum XIV. reliqui tomi XVIII. Totum igitur opus constat nouemdecim tomis. Praestare tamen dicitur Bullarum, priuilegiorum ac diplomatum rom. pontificum amplissima collectio, cui accessere pontif. omnium vitae, notae et indices, opera et studio *Caroli Cosquelines*, Romae 1739-1744. fol. XIV. partt. in XXVIII. voll. Tot enim voll. numerant D. *Chr. Guil.*

Z 3 *Franc.*

i) Giornale de' letterati d'Italia tom. 19. p. 441.

Franc. Walch, in: Grundsätze der zur Kirchenhist. des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren v. Bücher Käntniss, ed. II. p. 127. et *D. G. I. Planck* in: Einleitung in die theologische Wissenschaften, tom. II. p. 292. — In bibl. *Genev.* sunt MSS. plures Eugenii IV. Bullae ad archiep. Cantuarens. item ad episc. Taurin. etc. tum de concilio Basil. (v. bibl. Concil. tom. XII. p. 528.) epistolae ad concilium Basil. et alios. vid. *I. Senebier* catal. raisonné des MSSts-Bibl. de Geneve, à Geneve 1779. 8. p. 83. sqq. nr. 27. de actis quae pertinent ad concil. Basil. 1. 2. 3. 5. 9. 11. 19. 45. 46. 51. 52. 55. 70. et ibid. p. 104. n. 74. sunt variae bullae Nicolai V. papae. — Ibid. p. 190. nr. 59. sunt Decretales, cum notis variorum, et nr. 60. Concordantia discordantium canonum, cum glossis Laurentii Domini omnium dominorum doctorum Io. Teutonici, Hugonis Vercellensis; Bartholom. Brixiensis reformauit, suppleuit, correxit, quod opus etiam vocatur: Corpus decretorum a. Domini MCL. a Gratiano, Sti Feliciani Bononiensi monacho editum. In fine legitur: *Frater Ardigherius scripsit hoc decretum in Textu et in Glossis.* Est elegantissimum et valde inauratum MStum. — In bibl. Malatestiana Caesenate exstant in cod. I. plut. 26. Bullae indulgentiarum Bonifacii VIII. a. 1298. de quibus multus est *Ios. Maria Mucciolus* in catal. codd. MSS. illius biblioth. tom. I. p. 90. — *Venetiis* in bibl. D. Marc. codd. CXC. CXCI. et CXCII. sunt collectiones Bullarum ad regularium coetuum et ecclesiarum priuilegia vt plurimum spectantium, ex quibus paucas reperies in Bullario, vt ait confector cat. MSS. latin. illius bibl. p. 99. isque pontificum, sub quibus Bullae prodierunt, nomina recenset, ipsisque Bullarum numerum adiungit. *Harl.*]

IX. Inter Graecos, qui canones et decreta ecclesiastica collegerunt, Petrus Pithoeus [k]) primum locum dat SABINO, [l]) Heracleae in Thracia Macedonianorum episcopo, a. C. 425. quem Socrates lib. 1. cap. 8. p. 12. testatur composuisse συναγωγὴν ὧν διάφοροι ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν, quod Epiphanius Scholasticus in Historia tripartita II. 8. vocat *congestionem eorum, quae per diuersa concilia sacerdotum ex scripto prolata sunt.* Eodem loco Socrates atque iterum c. 9. p. 31. Patres Nicaenos tamquam idiotas et γνώσεως destitutos a Sabino traductos memorat, atque ipsum etiam propemodum Eusebium: et lib. 2. c. 15. p. 92. S. Athanasii calumniatoribus hunc Sabinum adscribit. Idem lib. 2. cap. 17. opus eius συναγωγὴν συνόδων adpellat. Σαβῖνος μέντοι ὁ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως (ex p. 31. subintellige προεστὼς) τὰς παρὰ Ἰουλίου ἐπιστολὰς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Συνόδων οὐκ ἔθηκεν, καίτοι τὴν παρὰ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρὸς Ἰούλιον οὐ παρέλειπε. *Sabinus Macedonianae sectae episcopus in collectione Synodorum* (Valesi. non male *gestorum Synodalium*, nam legendum συνοδικῶν, quemadmodum exstat lib. 3. c. 10. p. 182. et c. 25. p. 204. et lib. 4. c. 12. p. 224.) *epistolas Iulii* (episcopi rom. cuius epistola occurrit apud S. Athanasium apologia I. pro fuga tom. I. p. 739.) *neutiquam intexuit: tametsi eam minime praetermiserit, quam episcopi Antiochiae collecti ad Iulium scripsere:* τοῦτο δὲ σύνηθες αὐτῷ ποιεῖν. *Verum Sabinus ita semper facere consueuit. Nam si quae forte synodales epistolae vocem consubstantialis aut reticent, aut omnino reiiciunt, eas studiose operi suo inserit: contrarias vero sciens ac prudens silentio*

k) In synopsi historica, iuri canonico praefixa. l) De aliis Sabinis infra, cap. V. vbi de Sabino medico.

filentio tranfilit. Similiter lib. 2. c. 39. p. 146. refert de Seleucienfi fynodo (a. C. 359. celebrata) vberius ab illo traditum fuiffe, et lib. 3. c. 10. p. 182. de fynodis per Macedonianos habitis Macedonium ipfum, Eleufiumque, Euftathium et Sophronium: (vnde miretur aliquis, quod lib. 2. c. 15. p. 92. ne nomen quidem Macedonii vsquam ab eo commemoratum fuiffe notat.) Nec non de fynodo Antiochena a. C. 363. habita per Acacianos lib. 3. c. 25. p. 204. et de Macedonianis cum Liberio epifcopo rom. communicantibus a. C. 366. Confer *Tillemontium* tom. VI. Memoriar. ecclef. p. 537. Ex iam dictis facile patet, falli *Chriftophorum Sandium*, qui p. 166. Nuclei [?] hift. ecclef. **) hanc Sabini συναγωγὴν putat adhuc hodie exftare, atque effe illam συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων, quam ex oriente Chriftianus Rauius fecum adtulit, et ex qua loca proferunt Vfferius de Symbolo vetere p. 2. Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 68. feq. 89. et Stephanus le Moyne notis ad Varia Sacra p. 783. tribuuntque Photio, Tyrio metropolitae, qui a. C. 449. fynodo Ephefinae interfuit. Certe longe aliud fcriptum iftud eft, quam a Socrate defcribitur, neque in illo habentur, quas ex eo citat Socrates epiftolae aut conftitutiones. Deinde fcriptor hic patres Nicaenos Θεοφόρους πατέρας laudibus effert, quum Sabinus, vtpote Macedonianus, iisdem detraxerit, atque eos tamquam rudes et illiteratos traduxerit. Vnde a Sandii fententia merito recedunt *Steph. le Moyne* loco laudato, et b. *D. Ittigius* in Hiftoria Concilii Nicaeni §. XXXVII. *Fabr.* Conf. fupra, vol. VII. p. 424. not. *n.* *Walchii* hift. haerefium, (german. fcriptam,) tom. II. p. 672. *Io. Fr. Buddei* Ifagog. — ad theolog. vniuerfam, tom. pofterior. p. 754. — *Affemann.* in Bibl. iuris orient. canonici etc. lib. III. cap. 11. tom. III. p. 344. fqq. — *Baller. Fr.* de antiquis collection. canon. part. I. cap. I. §. 5. in *Gallandii* fylloge etc. tom. I. p. 242. et *Spittler.* in: Gefchichte des kanon. Rechts, p. 80. *Harl.*

X. In bibl. caefarea aliquot reperiuntur canonum collectiones adhuc ineditae, vt, quam *Lambecius III.* p. 66. *) memorat κανονικὴν σύνοψιν *Stephani* Ephefii, quae fuit quoque

**) Sandii verba funt: *Mihi videtur auctor, licet fcriptum non viderim; effe* Sabinus *Macedonianus, cuius meminit Socrates I. 9. II. 15. 20. IV. 22. tum quia hic etiam librum eiusdem tituli confcripfit; tefte Socrate I. 9. II. 15. 20. IV. 22. VI. 12. tum quia circa tempora concilii Chalcedonenfis, vel paullo ante Sabinus etiam floruit et epifcopus Heracleae Thraciae fuit, Socr. I. 8. Quod vero eius fcriptum ad noftra vsque tempora durauerit, liquet ex catalogo bibl. patr. Conftantinop. edito Argentorati a. 1578. vbi extat MS. Graecum, cui titulus:* Sabini monachi (*vt dicitur*) epitome omnium Synodorum vniuerfalium et prouincialium.

*) Siue p. 183. ed. Kollar. inc. Ἀποστόλων κανόνες εἰσιν ὀγδοήκοντα πέντε. V. quoque fupra ad §. IV. Kollar. in not. *A.* primum animaduertit, ope huius codic. XLVIII. nr. 2. in quo clare fcriptum habeatur Στεφάνου Ἐφέσου, (haudquaquam Ἐφεσίου, vt mendofe exfcripfit Lambecius,) confirmari coniecturam *Cauei* (in differt. I. tom. II. hiftor. litter. SS. eccl. p. 8. vbi tantummodo Stephan. dicitur interfuiffe a. 551. concilio Chalced.) a Fabricio, corrigente a. 451. h. l. memoratam. Dein fatetur Kollar. fe defiderio Fabricii noftri, num fynopfis huius cod. eadem fit cum collectione canonum Ephefina, a Grotio et Salmafio memorata, nec ne? fatisfacere non poffe. At, poftquam principium fynopfeos in illo caef. cod. gr. adpofuerat, ex eo abunde, inquit, elucet, hancce fynopfin αὐτολεξεὶ fere conuenire cum illis canonum fynopfibus, quas fub Alexii Arifteni et Symeonis Logothetae nominibus ediderunt Guil. Voël-

que in Palatina cod. XXXIII. ad calcem panopliae Euthymii, in codicibus CC. CCLXXIV. et CCCLXXV. etiam obuiae, canonesque apostolorum, concilii Nicaeni et Ancyrani complectitur. Vide *Frid. Sylburgii* catalogum MSS. bibl. Palatinae, (translatae postea in Vaticanam,) p. 14. vbi Stephanus ille Ephesinus adpellatur episcopus, idem fortasse, vt suspicatur praestantissimus Caueus, qui concilio secundo Ephesino a. C. 449. et Chalcedonensi a. C. 451. interfuit atque in huius actione XI. (tom. 2. Harduin. p. 551.) rogauit, vt ex codice ecclesiae vniuersae canon. XCV. et XCVI. de translatione episcoporum praelegeretur. Fuit etiam Stephanus Ephesinus, (iunior, vt existimo,) in concilio rom. a. C. 503. Videndum porro ab iis, quibus vtrumque scriptum datur inspicere, eademne cum illa Stephani synopsi sit collectio canonum Ephesina MS. memorata *Hugoni Grotio* epist. 265. et *Salmasio* epist. 22. qui Hamburgo eam obtinere peroptabat.

[P] Libro

Voellus, Henr. Iustellus et Guil. Beuerigius in notis iuris canonici collectionibus, etc. *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. tom. III. p. 347. sqq. de memorata synopsi canon. Stephano Ephes. adtributa, plura disputans primum repetit, quae Lambecius et Caueus locis citt. scripserant; tum obseruat, in catalogo episcoporum Ephesi, a *Quieno* orient. christian. tom. I. edito, duo *Stephanos* occurrere, qui sedem Ephesinam olim tenuere; primum p. 678. qui de illa sede cum Bassiano contendit, et tam synodo Ephesinae secundae latrocinali, quam Chalcedonensi concilio interfuit; alter p. 683. qui Trullanae synodi canonibus post Cyriacum Caesareae subscriptus legitur. Huic secundo Stephano, (inquit ibid. Quienus,) tribuenda venit *Canonica synopsis*, canonum scil. Nicaenorum, Ancyranorum, et aliorum, quae habetur in cod. caesareo XLVIII. (de quo antea ego et Fabricius vberius disputauimus.) Verum Assemann. secus sentit. Primum ait, cod. illum caesar. non esse adeo antiquum, et epitomen illam solos continere apostolicos canones 85. instar eius, quae ab Aristeno aliisque recentioribus Graecis edita est; tum animaduertit, (vti obseruant *Ballerinii* fratres in adpend. ad Leonis opp. de antiquis canon. collection. p. X. f. in *Gallandii* sylloge tom. I. p. 245. sq.) Sylburgium, a Fabricio iam citatum, aliam in his collectionem non protulisse, Stephani Ephesini nomine inscriptam, nisi quae non integros conciliorum canones, sed canonum synopsin, posterioris autem aetatis, multo post Chalcedon. concilium factam, continebat; praeterea, si Stephanus Ephesinus huius synopseos auctor credatur, concludit cum Ballerinii, non fuisse illum Stephanum episcopum, qui Chalcedonensis concilii aeuo memoratur, sed alium posteriorem, qui in cod. caesar. episcopi titulo caret. Addit, se, quum codd. Palatinos, nunc Vaticanos, nimirum cod. XXXIII. CC. CCLXXIV. et CCCXXXXV. diligentissime consuluisset, *canonicam* illam *collectionem*, Stephano Ephesino a Sylburgio aliisque tributam non inuenisse; contra se reperisse eius loco, ad calcem *Panopliae Euthymii* in codd. Palatinis signatis num. 200. et 345. *Photii* ad Michaelem, Bulgarorum regem, epistolam de septem synodis oecumenicis; eamdem haberi, Panopliae Euthymii similiter subiunctam, in cod. gr. Vatic. DCLXVIII. f. CCLXXXXVI. p. 2. nullibi autem repertam esse in codd. Palat. aut Vatic. sub Stephani nomine, *canonicam collectionem*, quae *canones apostolorum*, *concilii Nicaeni* et *Ancyrani* dumtaxat complecteretur. Insuper *Ballerinii Fr.* l. c. castigant errores Iustellorum et Voellii de Stephani collectione. — *Venet.* in cod. CCXXXII. est nr. 1. synopsis canonum SS. patrum; nr. 2. συνοδικοὶ κανόνες apostolorum et Basilii; nr. 3. canones apostolici, ac deinceps aliorum collectiones canonum: plura de iis vide in cat. codd. Nanian. gr. pag. 425. sqq. *Harl.*

[P] Libro VI. p. 51. et lib. VIII. p. 431. °) *Lambecius* memorat *Photii* patriarchae CPolit. *σύνταγμα κανόνων*, constans canonibus apostolicis et conciliorum decem, atque anno 6391. (Christi 883.) compositum, adiunctumque Nomocanoni saepius edito, de quo dixi vol. XI. p. 21. sqq. §. XII. De syntagmate hoc ita Photius in praef. Προθύμως ἐνεχείρησα τοὺς ὑπὸ τῶν ἐν χρόνοις διαφόροις γεγενημένων ἁγίων ΔΕΚΑ ΣΥΝΟΔΩΝ ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ σωτηρίου δόγματος, καὶ χρηστῇ διδασκαλίᾳ πάντων ἀνθρώπων ἐκτεθέντας θεοπρεπεῖς ΚΑΝΟΝΑΣ ΕΙΣ ΤΑΥΤΟΝ ΣΥΝΑΓΑΓΕΙΝ, ἑκάστης συνόδου τῇ προσηγορίᾳ τοὺς αὐτῆς ἐχομένους ὑποτιθείς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ εἴ τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους etc. Hoc est: *Quotquot a sanctis DECEM SYNODIS, diuersis temporibus ad salutaris doctrinae confirmationem, bonamque omnium hominum institutionem habitis, editi sunt CANONES, eos omnes IN VNVM CORPVS COLLIGENDOS magna animi alacritate suscepi, ita vt uniuscuiusque synodi appellationi ac titulo sui canones proxime subiecti sint: nec non etiam eos canones, qui sanctorum apostolorum esse dicuntur, eodem opere complexus sum; quamuis nonnulli quibusdam causis moti pro dubiis eos habuerint.*

Occurrunt in illo syntagmate [vol. VIII. cod. XLV.] post canones LXXXV. apostolicos, 1) canones concilii *Nicaeni*, 2) *Ancyrani*, 3) *Neocaesariensis*, 4) *Sardicensis*, 5) *Gangrensis*, 6) *Antiocheni*, 7) *Laodiceni*, 8) *CPolitani* primi, 9) *Ephesini*, 10) *Chalcedonensis*. Deinde epistolae canonicae Dionysii Alexandrini, Gregorii Neocaesariensis, Athanasii et Basilii magni, Gregorii Nysseni, Amphilochii Iconiensis, Cyrilli Alexand. Gennadii CPol. Epistola ad Martyrium episcopum Antiochenum de recipiendis haereticis, p) Timothei Alex. responsa canonica. Concilii CPpol. a. C. 553. canones XV. contra Origenem, quos infra inte-

o) Siue sec. ed. Kollar. libr. ac vol. VI. part. 1. p. 111. sqq. nr. 1. cod. XV. (adde ibid. p. 118. nr. 1. cod. XVI.) et in vol. VIII. p. 908-911. nr. 10. et 11. De his et aliis codd. plura adnotaui supra, ad vol. XI. p. 21. §. XII. vbi Fabric. de Photii Nomocanone plura scripsit. Similis fere collectio exstat *Florent.* in codd. Laurent. I. et X. plut. 10. Quae in illis continentur, ea latius exposuit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 467. sqq. et 477. sqq. nec non *Vettet.* in cod. *Naniano* CCXXVI. v. catal. codd. gr. Nan. pag. 414. sqq. *Mosquae* in cod. syn. CCCLXXXIV. ex *Photii* epistola ad Michael. princip. Bulgariae de VII. synodis oecumen. inc. ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενική. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 245. nr. 6. — ib. pag. 319. collectio canonum, etc. Conf. *Spittler* Geschichte des kanon. Rechts §. 50. pag. 183. sqq. *Assemann.* in bibl. iur. orientalis canonici, libr. I. cap. 2. §. XV. p. 55. sqq. idemque praeter codd. Vindobon. Paris. Taurin. et Venet. a me ad cit. vol. XI. iam memoratos, laudat etiam codd. in quibus idem Photii syntagma manu exaratum exstat, Vatic. MCLXXXV. et Palat. CCCCVIII. denique mentionem synodi, quam ipse Photius coëgisse dicitur in templo S. Sophiae, et Photius etiam in suo Nomocanone commemorat, aut a Balsamone, aut a Photiano librario recentiore in scholiis illius intrusam fuisse contendit, vt reliqua, quae de Photio, de iis canonum collectoribus graecis, qui Photium antecesserant, et quorum Theodor. Balsamon, suppresso nomine, mentionem iniicit ad canonem secundum Trullanum, ac Balsamonis iudicium de iis et Photii Nomocanone adlatum, h. l. praetermittam. Idem ibid. p. 339. sqq. praecipue p. 348. sqq. cap. IX. multus est de codice canonum, a Photio post octavam synodum edito. *Harl.*

p) Confer Euchologium Goari p. 883. Lambecium V. p. 119. VIII. p. 424.

integros graece et latine Lectori exhibebo. Leonis I. papae epistola dogmatica ad Flauianum CPol. concilii Carthag. (a. C. 418.) canones CXXXVII. et actiones VI. concilii Carthaginiensis tertii a. C. 256. a S. Cypriano celebrati acta et canones LXXXIV. Excerpta ex actis concilii CPol. an. 394. Canones concilii CPol. in Trullo, canones XXII. concilii Nicaeni II. a. C. 787. habiti. Tarasii patriarchae CPol. epistola ad Hadrianum I. papam: canones XVII. concilii CPol. pro Photio a. 861. Canones III. concilii CPol. pro Photio a. 879. S. Athanasii epistola ad Rufinianum, quae incipit: Σὺ μὲν τὰ υἱῷ ἠγαπημένῳ πρέποντα. Anonymi εἴδησις συντεθεῖσα ἐκ διαφόρων [l?] συγγραμμάτων περὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, τὸ πότε καὶ διὰ τί, καὶ ἐν ποίοις τόποις συνηθροίσθησαν, καὶ τίνας ἀναθεμάτισαν. Incipit: ἀπὸ τῆς Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ἕως τῆς πρώτης συνόδου ἔτη τιη, καὶ κόσμου εωιη. Πρώτη Σύνοδος. Ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία Σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ etc. Anastasii Sinaitae narratio compendiaria de haeresibus et synodis aduersus eas celebratis. Incipit: ἤδη μὲν οὐ βραχεῖς. [nr. 45. cod.] q) Anonymi recensio compendiaria conciliorum ab orthodoxis et ab haereticis celebratorum definens circa a. C. 652. quam et ipsam graece et latine infra adscribam. Alia Anonymi Notitia conciliorum generalium et prouincialium vsque ad generale quintum. Incipit: ἐν τοῖς χρόνοις Αὐρηλιανοῦ. Epitome doctrinae Nestorii. Incipit: ἡ Νεστορίου πίστις, μᾶλλον δὲ κακοδοξία. S. Cyrilli anathematismi duodecim contra Nestorium. r) S. Maximini confessoris de duabus Christi naturis capita decem. S. Damasi professio fidei et anathematismi XII. ad Paulinum Antiochenum contra haereses Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii et Photini. Expositio concilii CPol. a. 6428. (Christi 920.) contra quartas nuptias. Metrophanis CPol. sanctio de trigamis et aliis causis matrimonialibus. Ioannis Sinaitae quaestiones XX. ad Nicolaum CPol. (ab a. C. 1084.) Nicolai huius de oblationibus liturgicis. Nicetae Pectorati epistolae III. canonicae. S. Nili epistola ad Characletum presb. peccantes nimis seuere tractantem. Cosmae sermo ad peccatorem pertinacem. Et post alia quaedam Photii Symbolum fidei. *πρὸς τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους, pro iis qui ordinandi sunt episcopi.*

Lib. VIII. p. 400. [p. 846. sqq. Kollar. in cod. XLIV.] ab eodem Lambecio memoratur MStum *σύνταγμα κανόνων*, s) in quo Anonymi graecis scholiis illustrati exstant: 1) Canones LXXXV. Apostolici. 2) Canones XX. *Nicaeni* in Bithynia a. C. 325. 3) Canones XXV. *Ancyrani* in Galatia a. C. 314. 4) Canones XIV. *Neocaesarienses* in Cappadocia a. C. 314. 5) Canones XX. concilii *Gangrensis* in Paphlagonia a. C. 326. 6) Canones XXV. *Antiocheni* in Syria a. C. 341. 7) Canones LIX. *Laodiceni* in Phrygia a. C. 367. 8) Canones VII. concilii *CPolitani* a. C. 381. 9) Canones IX. concilii *Ephesini* a. C. 431. 10) Canones XXX concilii *Chalcedonensis* a. C. 451. 11) Canones XXI. concilii *Sardicensis* in Thracia a. C. 347. 12) Canones X. concilii *Carthaginiensis* a. C. 418. ad 423. subiunctis post Symbolum Nicaenum capitulis variis CXXXVIII. quorum vltimum est epistola concilii Afri-

q) V. supra vol. VIII. p. 350. ibique not. *x.* et vol. X. p. 594. et ibi not. *z.* *Harl.*

r) Iidem in vol. VIII. p. 896. nr. 40. cod. XLIV. *Harl.*

s) Simile fere est, quod destitutum scholiis Tilius edidit, de quo infra §. XII.

Africani ad Caelestinum I. papam. [P] 13) Ex actis concilii *CPol.* a. C. 394. in caussa Agapii et Bagadii de episcopatu Bostrensi inter se contendentium excerpta. 14) Canones CII. concilii *CPol. in Trullo* a. C. 680. t) 15) Canones XXII. concilii *Nicaeni* secundi a. C. 787. 16) Canones XVII. concilii *CPolitani pro Photio* a. C. 861. habiti. 17) Canones III. concilii *CPolitani pro Photio* a. C. 879. 18) Epistolae et responsa canonica SS. *Dionysii* Alex. *Petri* Alex. *Gregorii* Neocaesariensis, *Athanasii* Alex. *Basilii* magni, *Theophili* Alex. *Timothei* Alex. *Cyrilli* Alex. *Gennadii* CPol. *Gregorii* Nysseni, *Gregorii* Nazianzeni, *Amphilochii* Iconiensis, *Cyrilli* Alex. Volumen claudunt Anastasii, patriarchae Antiocheni, demonstratio de dignitate sacerdotis et de Gregorio magno Narratio, Io. Damasceni liber de haeresibus, Timothei presb. CPol. liber de differentia haereticorum ad fidem catholicam accedentium, et Gregorii Nysseni fragmentum contra Manichaeos. Canones concilii quinti aduersus Origenem, graece primum a *Lambecio* VIII. p. 435. u) editos hoc loco repraesentare ex Photii collectione iuuat cum versione, quam *Baluzius* in sua conciliorum collectione p. 1548. ab amico, quem non nominat, communicatam, et *Io. Harduinus* tom. III. concil. p. 282. exhibent. v)

Sanctorum centum sexaginta quinque patrum Constantinopolitanae sanctae quintae synodi canones XV.

I. Si quis fabulosam animarum praeexsistentiam, et, quae ex illa consequitur, monstruosam restitutionem adseruerit; anathema sit.

Τῶν ἁγίων ρξέ πατέρων τῆς ἐν Κωνςαντινουπόλει ἁγίας πέμπτης συνόδου κανόνες δεκαπέντε.

α. Εἴ τις τὴν μυθώδη προΰπαρξιν τῶν ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάςασιν πρεσβεύει, ἀνάθεμα ἔςω.

t) Vbi Lambec. p. 863. sqq. fragment. edidit subscriptionum quarumdam synodd. quae vero pertineant ad synodum CPol. tertiam, id quod ostendit Kollar. in not. et citat *Mansii* collect. ampliss. concil. tom. XI. pag. 671. et 694. vbi excusae leguntur. Ibid. Lambec. p. 890. sqq. dedit 81. subscriptiones, a Leunclau. iam in Iure gr. rom. tom. I. lib. 2. p. 189. dein a Baluzio, et a *Mansio* libr. cit. tom. VII. p. 915. in lucem editas, monente Kollario. *Harl.*

u) S. p. 917. sqq. ed. Kollar. cuius not. conf. in cod. XLV. in quo sunt SS. Apostolorum constitutiones et variorum conciliorum canonum argumenta epistolaeque quorumdam patrum canonicae; nr. 10. autem Photii praefat. in syntagma canonum ab ipso compositum, (de quo multus est Lambec.) ac nr. 11. principium syntagmatis canonum, a Photio, patriarcha CPol. compositi, siue index materiarum, quae continentur 85. canonibus illis, qui dicuntur SS. apostolorum. Add. de his supra in vol. XI. p. 134. ibique not. — *Venet.* in cod. Naniano CCXXVI. nr. 17. *Photii* constit. apost.: init. πάντα τὰ τῆς ἀρχιερατικῆς ὑμῶν τελειότητος· v. cat. codd. gr. Nan. p. 417. *Harl.* Ap. Mansium hi can. leguntur. tom. IX. p. 395. sq. add. *Walch* Hist. haer. tom. VII. p. 640. sq. *Beck.*

v) In cod. caesareo *Vindob.* XLIV. est *Synodici* pars prior, siue sylloges canonum synodalium, ab ecclesia graeca receptorum; nec non SS. patrum epistolarum, cum amplissimis *Io. Zonarae* et *Theodori Balsamonis* commentariis: et primo quidem *Photii* patriarchae CPolit. *Nomocanon*, harmoniam legum imperialium et canonum ecclesiasticorum exponens, et in titulos XIV. digestus: in cod. XLV. exstat *synodici* pars altera. In his duobus codd. quae continentur, copiose recenset *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. I. p. 299-329. *Harl.*

II. Si quis dixerit, omnium rationalium productionem fuisse mentes corporis et materiae expertes, absque vllo numero et nomine; adeo vt eorum omnium fuerit vnitas identitate substantiae, potentiae et virtutis, atque vnione et cognitione erga Deum Verbum; satietatem autem illas cepisse diuinae contemplationis, et in deterius conuersas esse, pro eo ac vnaquaeque propensa fuerit in illud; et assumsisse corpora subtiliora vel crassiora, nec non accepisse [P] nomen; eo, quod sicut nominum, ita et corporum differentiae sunt apud supernas virtutes: atque hinc factum esse, vt alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus et Potestates, vel Dominationes, vel Throni, et Angeli, et quotquot sunt ordines coelestes, effecti fuerint ac vocati; anathema sit.

III. Si quis dixerit, solem, et lunam, et astra, ipsa quoque, quum ex eadem rationalium vnitate essent, ex conuersione in peius facta esse id, quod sunt; anathema esto.

IV. Si quis dixerit, rationalia refrigerata a diuina caritate, crassis corporibus, qualia sunt nostra, illigata fuisse et homines vocata, alia vero, quum ad summum malitiae pertigissent, frigidis tenebrosisque illigata esse corporibus; atque tum esse, tum adpellari daemones, siue spiritalia nequitiae; anathema sit.

V. Si quis dixerit, ex angelico et archangelico statu animalem statum fieri, ex animali autem daemoniacum et humanum; ex humano vero angelos iterum daemonesque fieri, et singulos ordines coelestium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex superioribus: vel ex superioribus et inferioribus constitisse; anathema sit.

β'. Εἴ τις λέγει, πάντων τῶν λογικῶν τὴν παραγωγὴν νόας ἀσωμάτους καὶ ἀΰλους γεγονέναι δίχα παντὸς ἀριθμοῦ καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων τούτων γενέσθαι τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἑνώσει τε καὶ γνώσει, κόρον δὲ αὐτὴν w) λαβεῖν τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπῆναι κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν τῆς ἐπὶ τοῦτο ῥοπῆς, καὶ εἰληφέναι σώματα λεπτομερέστερα ἢ παχύτερα, καὶ ὄνομα κληρώσασθαι, διὰ τό, ὡς ὀνομάτων, οὕτω καὶ σωμάτων διαφορὰς εἶναι τῶν ἄνω δυνάμεων. καὶ ἐντεῦθεν, τοὺς μὲν Χερουβίμ, τοὺς δὲ Σεραφίμ, τοὺς δὲ Ἀρχὰς, καὶ Ἐξουσίας, ἢ Κυριότητας, ἢ Θρόνους, καὶ Ἀγγέλους, καὶ ὅσα ἐστὶν οὐράνια τάγματα, γεγονέναι τε καὶ ὀνομασθῆναι, ἀνάθεμα ἔστω.

γ'. Εἴ τις λέγει, τὴν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ παρατροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον γεγονέναι τοῦτο, ὅπερ ἐστίν, ἀνάθεμα ἔστω.

δ'. Εἴ τις λέγει, τὰ λογικὰ τὰ τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα, σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεθῆναι, καὶ ἀνθρώπους ὀνομασθῆναι, τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα, ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι, καὶ δαίμονας ἢ πνευματικὰ τῆς πονηρίας εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις λέγει, ἐξ ἀγγελικῆς καταστάσεως καὶ ἀρχαγγελικῆς ψυχικὴν κατάστασιν γίνεσθαι, ἐκ τῆς ψυχῆς δὲ δαιμονιώδη καὶ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης ἀγγέλους πάλιν καὶ δαίμονας γένεσθαι, καὶ ἕκαστον τάγμα τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω συνεστηκέναι, ἀνάθεμα ἔστω.

ϛ'. Εἴ

w) fortasse αὐτοῖς. Harduin.

VI. Si quis dixerit, duplex exstitisse daemonum genus, constans ex animabus hominum, et ex praestantioribus spiritibus ad hoc delapsis; vnum autem animum ex omni vtique [¶] rationalium vnitate immotum mansisse in Dei charitate et contemplatione: qui Christus, quum fuerit et rex omnium rationalium, vniuersam praetergressus sit corpoream naturam, coelum et terram, quaeque sunt intermedia; et quod mundus antiquiora ipsius exsistentia elementa habens in se subsistentia, siccitatem, humorem, calorem, frigus; et ideam, ad quam efformatus est, ita est factus: quodque sanctissima et consubstantialis Trinitas mundum non creauerit, et ideo sit genitus: sed mens, quam creatricem vocant, exsistens ante mundum, ipsique mundo exsistentiam largiens, genitum exhibuerit; anathema sit.

ϛʹ. Εἴ τις λέγει, διττὸν πεφηνέναι τὸ γένος τῶν δαιμόνων, συγκροτούμενον ἔκ τε ψυχῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἐκ κρειττόνων καταπιπτόντων εἰς τοῦτο πνευμάτων, ἕνα δὲ νοῦν ἐκ πάσης τῆς δῆθεν ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκίνητον μεῖναι τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας, ὃν Χριστὸν καὶ Βασιλέα γεγονότα πάντων τῶν λογικῶν παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ, καὶ ὅτι ὁ κόσμος πρεσβύτερα τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ στοιχεῖα ἔχων ἐνυπόστατα, ξηρὸν, ὑγρὸν, θερμὸν, ψυχρόν, καὶ τὴν ἰδέαν πρὸς ἣν ἀνετυπώθη, οὕτως γέγονε, καὶ ὅτι οὐχ ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι γενητός, ἀλλ᾽ ὁ νοῦς, ὃν φασι δημιουργικὸν, προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ τῷ κόσμῳ παρέχων γενητὸν ἀνέδειξεν, ἀνάθεμα ἔστω.

VII. Si quis dixerit, Christum, qui dicitur in forma Dei exsistere, et ante omnia saecula Deo Verbo vnitum, nouissimis diebus exinaniuisse semetipsum ad naturam humanam, misertum illius, quae facta est, vt aiunt, multiplex prolapsio eorum, qui erant in eadem vnitate: et quum vellet ipsos restituere, per omnes exstitisse, et diuersa corpora induisse, et nomina sumsisse, omnia omnibus factum: in Angelis Angelum, sed et in Virtutibus Virtutem, et in aliis ordinibus vel speciebus rationalium, congruenter singulis transformatum fuisse: postea similiter nobis communicasse carni et sanguini, et factum esse hominibus hominem: et non confitetur, Deum Verbum exinanitum fuisse et [¶] hominem factum fuisse; anathema sit.

ζʹ. Εἴ τις λέγει, Χριστὸν λεγόμενον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κενῶσαι ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἐλεήσαντα τὴν, ὥς φασι, γενομένην πολυσχεδῆ κατάπτωσιν τῶν τῆς αὐτῆς ἑνάδος, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς βουλόμενον διὰ πάντων γενέσθαι, καὶ σώματα διάφορα μεταμφιέσασθαι, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι, πάντα πᾶσι γεγενημένον. ἐν Ἀγγέλοις Ἄγγελον, ἀλλὰ καὶ ἐν Δυνάμεσι Δύναμιν, καὶ ἐν ἄλλοις τάγμασιν ἢ εἴδεσι τῶν λογικῶν ἁρμονίως ἑκάστοις μεταμορφῶσθαι, εἶτα παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ γεγονέναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁμολογεῖ, τὸν Θεὸν Λόγον κενωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, ἀνάθεμα ἔστω.

VIII. Si quis non dixerit, Deum Verbum, consubstantialem Deo et patri ac sancto Spiritui, incarnatum et hominem factum, vnum

ηʹ. Εἴ τις μὴ λέγει, τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα,

ex ſancta Trinitate, proprie Chriſtum eſſe, ſed abuſiue; propter mentem, quae, vt aiunt, exinaniuit ſemetipſam, tamquam coniunctam ipſi Deo Verbo, et quae proprie Chriſtus dicitur; ſed illum propter hunc Chriſtum eſſe, et hunc propter illum eſſe Deum; anathema ſit.

IX. Si quis dixerit, quod non verbum Dei incarnatum carne, animata anima rationali et intelligente, deſcendit ad inferos, et rurſum in coelum idem aſcendit: ſed eum, qui ab ipſis dicitur mens, quem impie loquentes dicunt eſſe proprie Chriſtum, factum cognitione monadis; anathema ſit.

X. Si quis dixerit, Domini corpus poſt reſurrectionem fuiſſe aethereum et figura ſphaerica; et quod talia etiam reliquorum poſt reſurrectionem futura ſunt corpora: et quod ipſo Domino primum deponente proprium ſuum corpus, et omnibus ſimiliter, abibit in nihilum natura corporum; anathema ſit.

XI. Si quis dixerit, quod futurum iudicium ſignificat omnimodam corporum abolitionem: et quod finis confictae fabulae eſt natura expers materiae: et quod in futuro [P] nihil eorum erit, quae conſtant materia, ſed nuda et ſola mens; anathema ſit.

XII. Si quis dixerit, quod vniuntur Deo Verbo per omnia ſimiliter coeleſtes virtutes, et omnes homines, et diabolus, et ſpiritalia nequitiae, vt ipſa mens, quae dicitur ab ipſis Chriſtus, et quae in forma Dei eſt, et exinaniuit, vt aiunt, ſemetipſam: et quod finis erit regni Chriſti; anathema ſit.

XIII. Si quis dixerit, quod nulla re omnino Chriſtus diſcrepabit ab vlla rationabilium creaturarum, neque eſſentia, neque cogni-

τα, τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, κυρίως Χριςὸν, ἀλλὰ καταχρηςικῶς, διὰ τὸν, ὥς φασι, κενώσαντα ἑαυτὸν νῦν, ὡς συνημμένον αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ κυρίως λεγόμενον Χριςὸν, ἀλλ' ἐκεῖνον διὰ τῦτον Χριςὸν, καὶ τῦτον δι' ἐκεῖνον Θεὸν, ἀνάθεμα ἔςω.

θ'. Εἴ τις λέγει, ὅτι ὐχ ὁ Λόγος τῦ Θεῦ σαρκωθεὶς σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ, ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, κατελήλυθεν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ πάλιν εἰς τὸν ὐρανὸν ὁ αὐτὸς ἀναβέβηκεν, ἀλλ' ὁ παρ' αὐτοῖς λεγόμενος νῦς, ὃν ἀσεβῦντες λέγυσι κυρίως Χριςὸν, τῇ τῆς μονάδος γνώσει πεποιημένον, ἀνάθεμα ἔςω.

De *Constantini Harmenopuli*, qui circa a. C. 1380. vel 1383. obiit, Prochiro iuris canon., siue ἐπιτομῇ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, quae in *Freheri* iure graeco romano cum Io. Leunclauii versione prodiit, vide vol. XI. p. 261. sqq. Adde, quod *Dosithei* chartophylacis synopsin graecam canonum citat *Nic. Comnenus Papadopulus* p. 142. praenot. mystagog. *Fabr.* Add. *Pertsch.* l. c. p. 105. sq. *Doniat.* Praenott. cit. I. p. 728. sqq. de Leunclauii opere. — *Ballerini Fr.* de antiq. collect. can. part. IV. cap. 4. p. 582. sqq. in Gallandii sylloge etc. copiose agunt de perantiqua, ex codd. et collectionibus canonum multo vetustioribus sumta, abbreuiatione canonum, quae continetur in MS. LIX. capituli Veronensis, et alio LXXXVIII. capituli eccles. Lucanae; adnotantque, *Io. Dominic. Mansium* cod. eccles. Lucan. notitiam dedisse in commentario de celebri cod. saeculo Caroli M. scripto, in tomo 45. opusc. P. Angeli Mariae Calogera p. 114. Iidem, postquam singularum, quae comprehendit codex, partium argumenta recensuerunt, p. 593. sq. de vetustate codicum et collectionum, ex quibus illam abbreuiationem auctor deriuauit, nonnulla dixerunt p. 594. sqq. vberrime descripserunt abbreuiationem collectionis Hispanicae; quod documentum in MS. Lucensi Hispanico inuenit Io. Baptista Perezius, Romamque misit ad Gregorium XIII. vna cum aliis documentis curate descriptum in libro inter codd. Vat. n. MMMMDCCCLXXXVII. Aliud huius libri exemplum peruenit in manus de *Aguirre*, qui idem Romae 1693. euulgauit initio tomi III. conciliorum Hispaniae, et ex hoc recudi fecit et illustrauit *Caietanus Cennius* cum inscriptione: *Codex veterum canonum ecclesiae Hispanae.* Praeterea Perezius duo alia eiusd. documenti exemplaria, Vigilanum et Ouerense, commemorat, et P. Coustantius duo alia recenset, in bibl. Colbertina et Coislin., qui quidem codd. spectant ad auctiorem collectionem Hispanicam, quam descripserunt *Ballerini* ibid. part. II. c. 4. §. 3. p. 514. sqq. ac §. 6. p. 520. sqq. egerunt de Perezio eiusque laboribus. Post haec *Ballerini Fr.* tabulam primae partis p. 596. sqq. dederunt, et p. 598. sqq. ex eod. cod. Vatic. quaedam carmina euulgarunt. De vita et aetate Harmenopuli v. *Zepernick* ad Beck. de nouellis Leonis etc. p. 22. sqq. *Harl.*

XVI. Inter eos, qui scholiis et expositione illustrandos canones ecclesiasticos in se susceperunt, primus locus debetur *Theodoro Prodromo*, non illum intellige, qui circa

saeculi duodecimi initia libros de Rhodantis et Dosiclis amoribus, variaque alia scripsit, recensita a me vol. VIII. p. 137. seq. sed adhuc ineditum antiquiorem, quem τὸν τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτον σαφηνιστὴν adpellat Nicephorus Blemmida orat. I. de processione Spiritus S. et *Nic. Comnenus* p. 409. notat, scripsisse ante annos nongentos, antiquissimum canonum interpretem, Balsamone antiquiorem p. 23. 28. iuris Graecorum sacri *primum et sapientia* [P] *et aetate interpretem p. 395. Eius libros bis*, inquit, *terue percucurri, sunt enim perbreues p. 272. et p. 265. Exemplar Prodromi, quod penes eminentissimum Card. Brancacium legimus, mancum erat atque asteriscis vbique miserrime detruncatum.* Plura in eius laudem p. 173. *Docet hoc inprimis Prodromus ille Theodorus, quem saepe laudat Margunius*, (not. 3. ad can. Apost. not. 31. ad can. Neocaesar. not. 5. ad can. Nicaen. et alibi,) *quem* ὑπέρμαχον ἔρεισμα τῶν κανονικῶν παραδόσεων *adpellat Georgius Coressius*, (ad synopsin Nili Rhodii ad can. 3. Apost.) *quem Leo Xanthopulus* (in can. 70. Apost.) *a quo omnia Gabriel Seuerus corrasit*, εὐσεβῆ τῶν κανόνων διδάσκαλον καὶ πολυμαθέστατον ἱερέα, *primum canonum magistrum, et eruditissimum nuncupat sacerdotem.* Idem p. 345. *Huic testimonio Viri iurisconsultissimi, sapientissimi, quo magistro Nicetas Paphlago*, (in explicatione Psalmi IV. in fine,) *gloriatur, cuius dicta summis laudibus effert Nicephorus Blemmydes*, (in explicat. Psalmi II.) *cuius sententias omnium probatissimas palam adfirmat cum Balsamone*, (in epist. ad episc. Cypri,) *Aristenus*, (in prooemio nomocan. ad Manuelem imp.) *Blastarius*, (in compendio syntagm. elem. γ'.) *Harmenopulus*, (in ecthesi canonum XX. h. e. Nicaenor.) *ceterique omnes, qui canones interpretati sunt nostros: quem theologum maximum et simpliciter* κατ' ἐξοχὴν *magistrum ipse adpellat Margunius*, (in prooemio notarum et alibi saepe,) *huic inquam testimonio, quid obiicient Photiani?* Idem Comnenus p. 364. notat, Theodorum hunc Sardicenses canones sub Nicaenis recensere: at Harmenopulum, licet paene in omnibus aliis Prodromum sequatur, Sardicensem synodum a Nicaena distinxisse, et ad topicas reiecisse. Laudat iterum p. 12. 20. 31. 33. 37. 48. 57. 75. 182. 190. 212. 233. 239. 283. 291. 387. 394. etc. atque eruditum eiusdem de sacris ecclesiae synaxibus librum citat p. 73. 74. *Fabr.* Conf. supra vol. X. p. 429. vbi codd. quoque memoraui, et *Spittler.* in Meuselii Geschichtforscher, part. IV. p. 79. sq. — *Theod. Prodromi* expositiones canonum sunt praeterea *Mosquae* in codd. synod. CXLIII. et CCXI. inscriptae, ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν ποιητῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου· πρὸ δ' αὐτῆς προοίμιον εἰς τὸν ὀρφανοτρόφον, ἀξιώσαντα τούτους ἐξηγήσασθαι. Prooemium inc. ἔοικας, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ. V. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 77. et p. 141. vbi addit, canonem primum incipere: σταυρὸν χαράξας μωϋσῆς· atque interpretationis initium esse: γενναῖον καὶ ἡρωϊκόν. Ibid. in codd. CLX. nr. 16. et CLXIII. nr. 3. (et in cod. *Escor.* v. *Plüer* l. c. p. 188.) est *Prochori* alius vita S. Ioannis, cuius discipulus et vnus septem diaconorum atque ἀνέψιος Stephani, primi martyris, fuisse dicitur. v. *Matthaei* l. c. p. 90. ac 94. pag. autem 159. in cod. CCXLVI. nr. 15. *Theod. Prodromi* θεολογία διὰ στίχων· sed octo tantum priores versus leguntur. — In cod. *Escorial.* Theod. Prodromi tetrasticha iambica et heroica in ea, quae summatim dicta sunt in veteri enarratione super Hexaemeron: et alia similia in sacra dominica festa et in miracula, a Christo facta. v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 192. *Harl.*

Io.

Io. Zonarae ſcholia in canones, qui circa a. C. 1130. ſcripſit, ſaepius vulgata ſunt graece et latine, **) de quorum editionibus non repetam, quae dixi vol. XI. p. 223. ſq. [et ibid. de codd. egi] vbi etiam de aliis illius ſcriptis editis atque ineditis. Eius ἐξήγησις in Cantica et Pſalmos graduum, MS. in bibl. Bauarica cod. CXII. in qua etiam ſcholia in canones adſeruantur; vide catalogum MSS. pag. 17. 18. *Fabr.* ſec. nouum ordinem in cod. CCLXXXVI. etiam in cod. LVIII. v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 1. pag. 35. ſq. et a. 1805. part. 10. pag. 365. ſq. - Conf. *Aſſemanni* bibl. iuris orient. canon. etc. libr. I. cap. 2. §. 42. p. 44. cap. 10. p. 352. ſqq. et cel. *Glück* in Praecogn. vniuerſae iurispr. eccleſ. p. 273. ſqq. qui erroris arguit *Douiatium*, libr. III. cap. X. §. 8. p. 716. (vbi Schott. quoque in not. 7. refutat Douiat.) quod Zonaram inter interpretes Photii retulit; nam Zonaras potius eos expoſuit canones, qui in ſyntagmate canonum eiusd. Photii conſcripti exſtant, (de quo v. Douiat. p. 699. ſq.) Nomocanonem vero non adtigit. *Harl.*

[P] *Alexii Ariſteni*, Nomophylacis et oeconomi eccleſiae CPol. qui a. C. 1166. in ſynodo CPol. Nicephoro patriarchae Hieroſol. reſtitit et a Balſamone ad can. 6. Apoſtol. et Trullan. 37. cum laude citatur, ſynopſin canonum, de qua ſupra p. 43. ed. vet. et ed. nou. p. 201. dictum eſt, ſcholiis illuſtrauit, quae Genebrardum praeter et Allatium euoluit pridem Antonius Auguſtinus et non vno loco allegat in notis ad veteres collectiones Decretalium. Primus ex quatuor codd. MSS. graece edidit verſionemque latinam adiunxit *Guil. Beueregius* in ſplendido ſuo ſynodico ſiue pandectis canonum, Oxon. 1672. fol.

Theodorus Balſamon, ſcholiorum in canones auctor, a Gabr. Seuero apud *Nic. Comnenum* p. 178. praenotionum myſtagogicarum male refertur ad a. C. 1430. nam, qui illo tempore vixit, alius eſt Mich. Balſamon, magnae eccleſiae ſceuophylax, cuius anaphoras quasdam atque epiſtolas laudat idem Comnenus p. 143. et 181. Sed Theod. Balſamonem circa a. C. 1190. claruiſſe conſtat, de cuius ſcholiis in canones, eorumque editionibus vide, ſi placet, quae notaui vol. X. p. 375. ſeqq. [vbi multa de eo eiusque ſcholior. codd. etc. adſcripſi.] Prae nimio in aulam romanam ſtudio factum eſt, vt ab eodem Comneno p. 75. et p. 349. Balſamo iſte mendaciſſimus canonum corruptor adpelletur, et p. 190. ſeq. grauiſſimorum arguatur mendaciorum. *Fabr.* Superioribus adde: *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VIII. nr. 56. plut. 9. eſt op. de rebus eccleſiaſticis, 87. capp. comprehenſum, et ex Iuſtiniani conſtitutt. per compendium et in modum ſylloges excerptum: quam collectionem habere Theodorum Balſamonem, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 402. oſtendit ex cod. Taurin. XXVI. in catal. codd. Taurin. p. 96. vbi ſingulorum capitum tituli ideo proferuntur, quia in Voëlli et Iuſtelli bibl. id opus fuit praetermiſſum: Bandin. quoque breue prooemium ex cod. exſcripſit. — *Aſſemann.* in bibl. iuris orient. canon. libr. II. p. 585. et p. 607. ſqq. *Spittler.* in krit. Vnterſuchung des 60ten Laodicen. Canons p. 21. ſqq. cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 275. ſqq. etc. *Harl.*

Cele-

**) V. *Beuerig.* in praef. ad Pand. can. §. 22-25. *Harl.*

Celebrioribus illis canonum scholiastis atque illustratoribus addi poterunt hi minus noti et paucis fortasse inspecti: vv)

Antonius Cuboclesius, cuius explicationem canonum poenitentialium laudat *Nic. Comnenus* p. 411.

Christophorus Campanas Chius, saeculo decimo sexto clarus, cuius sylloge synodica et commentarii de canonum vi, nec non examen synodicorum frequenter ab eodem Comneno citantur, qui, ob singulare in canonibus illustrandis studium *Canonarchae* nomine insignem eum fuisse adnotat.

Gerasimus, monachus, cuius ecthesin canonum citat idem Comnenus p. 249. et explanatorem accuratissimum Balsamonis adpellat p. 145. Haud diuersus, vt opinor, a Gerasimo, Nicaeno archiepiscopo, cuius obseruationes ad septem concilia atque ecthesin canonum citat p. 398. et 192.

Ioannes, abbas S. Anastasiae, cuius scholia ad canones Nicaenos, id. p. 158.

Ioannes Ianopulus, chartularius, circa a. C. 1370. cuius explicationem canonum Gregorii Thaumaturgi p. 400.

[P] *Io. Lascaris Rhyndacenus*, regis Gallorum Ludouici XII. ad senatum Venetum legatus, de quo dixi vol. XI. p. 646. sqq. [vbi et ea, quae Fabric. olim h. l. suppleuerat, iam reduxi, et plura adieci. *Harl.*] Huius Io. Lascaris plura huc spectantia a Nic. Comneno laudantur, vt scholia in Nili Rhodii synopsin canonum p. 138. Explanatio canonum apostolicorum p. 253. Notae ad synodales sententias p. 251. Explanatio regularum Nicephori CPol. p. 139. 210. 273. De Nicephori istius synodicis sanctionibus dictum vol. VII. huius bibl. p. 631.

Ioannis monachi considerationem canonum citat idem *Comnenus* p. 410. et ecthesin canonum Trullanorum p. 210.

Ioannis Peganii notas ad Theodorum Prodromum, canonum interpretem, p. 398.

Ioannis Stauracii scholia ad canones synodorum p. 398.

Leonis Magentini, qui circa a. C. 1300. claruit, explicationem canonum poenitentialium Petri Alexandrini id. p. 200. et Gregorii Thaumaturgi p. 233. nec non libellum de neglectis canonum praeceptis, quem hortatu Vassionensis episcopi Soarii latinum fecisse et innumeris locis, vt licuit, emendasse se testatur p. 8.

Leonis

vv) *Conf. Assemann.* bibl. cit. lib. I. p. 44. sq. et in cap. VIII. (in quo a pag. 243. de synodo octaua oecumen. sub Hadriano papa habita, vberrime agit,) p. 322. sqq. inquirit, quisnam fuerit, et qua aetate vixerit scholiastes graecus, qui et acta illius synodi in compendium graece redegit, et adpendicem graecis actis subiunxit, eumque, ostendere studuit, fuisse *Nicetam Paphlagonem*, sub finem saeculi noni et initium saeculi decimi, atque latius exponit illustratque canones XXVII. synodi. *Harl.*

Leonis Numodotae ecthesin canonum id. pag. 220. 310. et scholia ad Balsamonem pag. 325.

Leonis Sebasteni monachi ecthesin canonum p. 143. 216. 219. 249. 278. Idem hic Leo, cuius compendium legum laudat Comnenus p. 250.

Leonis Xanthopuli explicationem canonum Nicaenorum p. 195.

Manuelis Malaxi scholia ad canones poenitentiales S. Basilii p. 206.

Maximi Margunii scholia in canones apostolorum, conciliorum et patrum, graecobarbaro redditos sermone, id. p. 10. 16. et passim.

Nili Rhodii explanationem canonum synodicorum, (diuersam a synoptica ww) eius enarratione de IX. synodis,) et *Georgii Coressii* ad eum notas p. 12. 17. 188. 227. 237. 411. nec non *Ioannis Lascaris* p. 138.

Thomae Selybriae episcopi scholia in canones poenitentiales S. Basilii, p. 243.

[Memorabo adhuc *Simonis Cananaei* canones ecclesiasticos, qui seruantur in cod. caes. XLV. nr. 4. inscr. et init. *περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν Σίμωνος τȣ̃ Καναναίȣ· Κανὼν α᾽. ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, ȣ̓κ εὐλογεῖται.* v. *Lambec.* VIII. p. 906. Kollar. *Harl.*]

XVII. *Nomocanon*, Νομοκανὼν siue Νομοκανόνιον, Harmonia legum et canonum, liber ex sanctionibus ecclesiastic. seu concilior. decretis et ex legibus ciuilibus contextus, hasque cum illis componens. *Primus*, [P] vt in glossario obseruat Cangius, *Iustinianus imp. quicquid insigne est in ecclesiasticis sanctionibus, quarum vindicem atque custodem non semel ipse se adpellat, sua voluit auctoritate stabilitum, declaratum ac poenis vindicatum. Inde factum est, vt ecclesiarum orientis episcopi eas sibi regularum collectiones concinnare coeperint, quas* Νομοκανόνια *siue* Νομοκανόνας vocant, *quorum primus auctor fuit* Ioannes Scholasticus, *qui Eutychio CPol. patriarcha in exsilium pulso* (a. C. 565.) *suffectus est, a Iustiniano.* De huius *Ioannis* Nomocanone in 50. titulos distributo, et graece ac latine edito, dixi vol. XI. p. 100. sq. vbi etiam responsum Allatio et Nic. Comneno, qui principum constitutiones de rebus ecclesiasticis ferunt impatienter, et totum illud Nomocanonum institutum velut auctoritati ecclesiae iniurium improbant. Idem hic Ioannes, de cuius collectione canonum, quam nonnulli male tribuerunt Theodorito, tradidi supra p. 35. seq. et 43. ed. vet. et ed. nou. p. 199. et 201. *Fabr.* De *Nomocanonibus*, de vi et origine nominis, et cumprimis de *Photii* Nomocanone v. cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 269. sqq. et quos ille p. 272. laudat VV. DD. De *Ioanne Scholastico* v. infra ad §. XVIII. nr. 15. et 16. ac *Spittler.* in: Geschichte des kanon. Rechts p. 102. sqq. p. 112. sqq. p. 183. *Harl.*

Longe

ww) De hac Allatius p. 80. diatribae de Nilis, vol. V. huius bibl. ed. vet.

Longe plura huius generis ſcripta, quibus canones et leges inter ſe conferebantur, olim exſtitiſſe teſtatur Theodorus Balſamo ad canonem ſecundum Trullanum, *εἶδον γὰρ μυρία τοιαῦτα βιβλία παρὰ πολλοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι*, *innumerabiles tales libros vidi apud multos non adſpernandos homines.* Omnibus autem iubet praeferre, quem *Photius*, patriarcha CPol. [xx]) deinde ſcripſit titulis XIV., quem habemus ſaepius editum, vt dixi vol. XI. p. 21. ſqq. [conf. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 395. ſqq.] et de *Balſamonis*, qui Manuelis Comneni iuſſu ſcripſit, in eumdem commentariis, vol. X. p. 375. ſq. Hic Photii Nomocanon dictus etiam *πρόκανων*, quod praemiſſus eſſet a Photio collectioni canonum, de qua ſupra p. 27. ed. vet. et ed. nou. p. 184.

Paullo ante Balſamonem, eumdem Nomocanonem Photii in compendium verſibus politicis reduxerat *Michaël Pſellus* in gratiam Michaëlis Ducae imp. [yy]) Illud eius *περὶ τῶν ἐν τῷ νομοκανόνῳ* opuſculum in codice regio MDCCCXXXVII. [in cod. bibl. publ. ſec. cat. MSS. regg. II. p. 272. ac 535. MCCLXXVII. nr. 5. et cod. MMDCLXI. *Harl.*] euoluit Cangius, qui hos illi praefixos adfert verſiculos, quibus Ducam adfatur:

Ἔχε μοι γνῶσιν, Δέσποτα, καὶ τοῦ Νομοκανόνος
Συνθετὸς βίβλος πέφυκε νόμων τε καὶ κανόνων
Κανόνων μὲν συνοδικῶν, κανόνων διαφόρων,
Τῶν Νεαρῶν δὲ μάλιστα πανσόφων θεσπισμάτων
Συνηγορεῦνται κάλλιστα τοῖς γραφεῖσιν κανόσιν.

Edidit graece *Franciſcus Boſquetus* Pariſ. 1632. 8. cum Mich. Pſelli ſynopſi legum et opuſculo de ſeptem ſynodis, quae ambo verſibus politicis ſcripta ſunt, [zz]) perinde, vt illa de Nomocanone carmina, quae Allatius Conſtantino Pſello in quibusdam codicibus tribui obſeruat [P] cap. 50. libri de Pſellis. [a]) Sed illum Conſtantinum Pſellum neutiquam diuerſum

xx) V. *Glück.* modo laudatum. De *Photio*, eius cod. canonum poſt octauam ſynodum, cuius canones, Nomocanonem editurus, expunxiſſe, eorumque loco conditos a ſe ſub titulo ſynodi CPolit. primae et ſecundae ſubrogaſſe arguitur, aliisque rebus huc pertinentibus multus eſt, et grauiter inuehitur in illum *Aſſemann.* in bibl. iuris orient. canon. lib. I. cap. II. p. 35. ſqq. (vbi quoque p. 43. ſq. de *Balſamone* agit.) et capp. IX. et X. p. 339. ſqq. nec non *Mulzer.* in Hiſt. cit. p. 23. ſq. *Spittler.* Geſchichte etc. p. 183. ſqq. *Harl.*

yy) *Pariſ.* in cod. bibl. publ. MCLXXXII. in quo permulti *Mich. Pſelli* libelli varii argumenti reperiuntur, nr. 20. idem eſt de iis, quae continentur in nomocanone. *Harl.*

zz) In *Meermanni* Theſ. iur. ciu. et canon. tom. I. p. 37. ſqq. exſtat, *Mich. Pſelli* ſynopſis legum, verſibus iambic. et politic. gr. edita, lat. interpr. et notis illuſtrata opera Fr. Boſqueti, adiectae ſunt obſeruatt. *Corn. Siebenii*, ICti. *Harl.* Repeti iuſſit cum notis Boſqueti ſelectis *Siebenii* atque emendatius ed. *L. H. Teucherus*, L. 1789. 8.

a) Supra in vol. X. p. 57. ſq. ibique not. *hh.* et *ii.* *Vindob.* in cod. caeſ. XIII. nr. 1. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 100. ſq. Kollar. Conf. *Suares* Notit. Baſilic. §. VII. ibique p. 25. ſq. Pohlii not. *Douiat.* Praenott. citatt. libr. III. cap. XI. §. 3. p. 721. ſq. *Zepernick* longam doctamque notam ad Caſp. Achatii Beck libri de Nouellis Leonis Auguſti etc. pag. 49. ſq. vbi quoque de *Pſelli* ſynopſi legum, verſibus iambicis, diſſerit; et *Chriſt. Godofr. Hofmann* in Hiſtoria iuris romano Iuſtinianei vol. I. p. 714. ſqq. vbi etiam de aliis Nomocanonum auctoribus, Photio, Io. Scholaſtico, Matthaeo Blaſtare, aliisque et anonymi cuiusdam Nomocanone abbreuiato, illorumque collectionum codd. atque editionibus agit. Item *Ignat. Mulzer* in Hiſt. legg. eccleſiaſt. poſitiu. p. 24. *Harl.*

ſum eſſe a Michaële Pſello, Michaëlis Ducae praeceptore, recte videtur monere *Cangius* Gloſſario graeco p. 1637. voce Ὕπατος φιλοσόφων.

Anonymi Nomocanon citatur ab *Allatio* p. 39. libri de purgatorio. Anonymi Nomocanon abbreuiatus MS. *Lambec.* VI. pag. 56. *Fabr.* ſ. pag. 102. ed. Kollar. in cod. XIII. nr. 3. *Harl.*

Manuelis Malaxi Nomocanonem citant idem Allatius diatriba de Georgiis et Nic. Comnenus praenot. myſtagogicarum p. 61. 188. 192. 220. etc. *Fabr.* Plura v. ſupra, ad vol. XI. p. 668. ſq. *Venet.* in cod. Naniano CCXXXII. nr. 9. *Manuelis Notarii Malaxi* collectio canonum, et in cod. CCXXXIV. eiusd. Nomocanon. Vterque eſt lingua gr. vulgari ſcriptus: v. cat. codd. gr. Nanian. pag. 427. et 429. vbi Mingarellius ex vtriusque initio plura exſcripſit. *Harl.*

Matthaei Blaſtaris etiam ſyntagma, quia leges confert, Nomocanonibus adſcribi merito poteſt, vt dixi vol. XI. p. 588. ſq. [ibique v. not. *e*. *Pariſ.* in bibl. publ. duodecim codd. v. cat. MSS. Par. regg. II. p. XXVII. *Harl.*]

Maximi Planudae Nomocanon ab eodem Comneno laudatur p. 363.

[*Ioannis Trulini*, Cretenſis, Νόμιμον ſiue Nomocanon, collectus ex teſtimoniis S. ſcripturae, SS. patrum, conciliorum, legum ciuilium, nouellarum Iuſtiniani, Leonis Sapientis, Conſtantini et Alexii, Nomocanonis Photii, Balſamonis, Zonarae, Siſinnii, Xiphilini, Conſtantini Harmenopuli, iuris graeco-romani, (quod hic vocatur ἀνατολικὸς νόμος,) et aliorum. Inc. ὁ θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν· v. *Mingarellii* cat. codd. gr. Nan. p. 428. qui, continentur, ait, fortaſſe hic duo Nomocanones, etſi videri poſſit vnus. At ſiue vnus ſit, ſiue duo Nomocanones; illud certum eſt, prius hic occurrere Nomocanonem, in quo non ſeruatur litterarum ordo, ſiue alphabeticus; tum alium ſequi, in quo omnia digeſta ſunt ordine alphabetico, ab Alpha vſque ad ω.

Ibidem in cod. CCXXXV. canonum collectio, in capitula diuiſa: — in cod. CCXXXVI. nr. 1. index omnium ſynodorum; deinde tabula operis cuiusd. canonicum ius complectentis, et in titulos XIV. diſtributi; nr. 2. canones apoſtolici, et Nicaeni concilii aliarumque ſynodorum, tum Baſilii, Timothei Alexandrini, Io. Ieiunatoris, Nicetae metropolitae Heracleenſis, Nicolai, patriarchae CPolitani, Theodori Studitae, Petri, chartophylacis magnae eccleſiae, ac demum Cabaſilae, epiſcopi Dyrrachii, canones. — In cod. CCXXXVII. in capitula canonica mixto-barbaro ſermone. — In cod. CCXXXVIII. et cod. CCXXXII. nr. 8. *Simeonis Scholarii* hieromonachi collectio canonum e ſynodis; ex Baſilio, Nyſſeno, Theodoro Studita, Methodio, patriarcha CPolit. Niceta Heracleenſi et aliis: in cod. CCXXXIX. aliquot capitula canonica. Pariter in cod. CCXXVI. ſunt varia ſcripta, quae huc referri poſſint. v. catal. codd. gr. Nan. p. 414-431.

Acacii monachi commentarius perpetuus in magnum canonem Andreae, qui Hieroſolymitanus adpellatur, *Pariſ.* in bibl. publ. cod. CCCLXXI.

Elias, cognomento *Geueri*, a d. 15. Iulii a. Graecorum 1204. a. Christi 893. Damascenus Nestorianorum sectae metropolita, scripsit Nomocanonem *arabicum*, in duas partes distributum, quem recenset *Assemannus* in bibl. oriental. tom. III. part. 1. p. 513. coll. p. 367. sq. Idem ibid. p. 277. sq. ex catal. librorum syror. Ebediesu de synodis occident. s. de earum canonibus agit; occidentales autem, adnotante Assemanno, vocat Sobensis Syros, Graecos, Latinos, aliosque, quos orientalibus Chaldaeis Chaldaeorumque Nestoriano patriarchae subiectis Persis atque Indis opponit. — Idem *Ebediesu* ibid. p. 279. sq. synodos orientalium et collectores canonum enumerat: p. 332. idem suam ipsius breuem collectionem canonum synodicorum memorat, et Assemannus in longa nota et codd. illius Vaticanos Syriac. citat, et vberrime illustrat recensetque. Conf. eumd. *Assemann.* p. 366. sqq. et add. *Spittler* Geschichte des kanon. Rechts §. 48. p. 180. sq. *Harl.*]

Non omittendum etiam, Nomocanonis nomine venire interdum collectiones et synopses canonum nudas, in quibus nulla ciuilium legum mentio, quod et illi legum instar esse debeant, vt notauit Guil. Beueregius prolegomm. ad synodicon §. 29. et in codice canonum illustrato lib. 1. cap. 15. Talis est synopsis canonum, quam graece et latine edidit Cotelerius tom. 1. monument. p. 68-158. capitibus CXLVII. Inscribitur: *ἀρχὴ σὺν Θεῷ νομοκανόνος. Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων, περὶ ἀρχιερέων, ἱερέων, μοναχῶν μεγαλοσχήμων καὶ ἄλλων μοναχῶν καὶ λαϊκῶν.* Deinde Nomocanones etiam adpellant canonaria siue libros canonum poenitentialium, vt illum *Io. Nesteutae*, de quo dixi vol. X. p. 108. sqq. vel *Matthaei Blastaris*, de quo ibid. p. 590. vel *Manuelis Malaxi*, de quo p. 668. sq.

XVIII. Iuuat his, quae de collectionibus canonum veteris ecclesiae hactenus dixi, subiungere notitiam operis duplicis praestantissimi, quibus nemo huic studio deditus libenter carebit, et quorum alterum [b]) Iustellis et Voëllo, [c]) alterum Beueregio [d]) debemus. Prioris [P] titulus hic est: *bibliotheca iuris canonici veteris, in duos tomos distributa, quorum vnus canonum ecclesiasticorum codices antiquos tum graecos tum latinos complectitur, subiunctis vetustissimis eorumdem canonum collectoribus latinis: alter vero insigniores iuris canonici veteris collectores graecos exhibet. Ex antiquis codicibus MSS. bibliothecae CHRISTOPHORI IVSTELLI. Horum maior pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus latinis, praefationibus, notis et indicibus huic editioni necessariis. Opera et studio GVILIELMI VOELLI, theologi ac socii Sorbonici, et HENRICI IVSTELLI, Christophori F. Lutetiae Paris.*

b) *Christophorus Iustellus*, pater, christianissimi regis a secretis, diem obiit Parisiis mense Iulio a. 1649. aetat. 70. vt disces ex Sarrauii epistolis p. 256. edit. primae. *Henricus Iustellus*, filius, patri primum in munere Secretarii successit, deinde aliquot ante reuocatum edictum Nannetense annis, religionis causa, (erat enim reformatis sacris addictus,) contulit se in Angliam et bibliothecarius regis magnae Britanniae obiit Londini a. 1693. Vide *Caroli Ancillonii* vitas eruditorum quorundam editas gallice, Amst. 1709. 8. p. 220. seq.

c) *Guil. Voëllus*, theologus Sorbonicus, cum Ioanne Voëllo Iesuita non confundendus.

d) *Guil. Beueregius*, episcopus Asaphensis, cleri Anglicani ingens gloria, diem obiit supremum 5. Martii 1708. aet. 71.

Parif. apud Ludouicum Billaine in maiori aula palatii, ad infigne magni Caefaris, et Sancti Auguftini, 1661. fol. Fabr. Conf. *Affemann.* bibl. iuris oriental. canon. lib. I. c. 2. §. 12. pag. 30. fqq. — Vtriusque operis et Iuftellorum et Beuerigii partes fingulas late defignat *Spittler.* in: Gefchichte des kanon. Rechts p. 285-296. idem p. 95. fqq indicat, quomodo Iuftellus in condendo codice canonum ecclefiae verfatus fit, et de eo iudicat §. 23. p. 97. fqq. Idem in: Kritifche Vnterfuchung des 60ten Laodicen. Canons, §. 5. p. 20. fqq. de Iuftellorum et Beuerigii opp. ac labore curate agit iudicatque, et p. 25. fqq. hiftoriam illorum locaque notatu digna ex *Ballerinor.* diff. de antiquis canonum collectionibus, part. I. cap. 1. p. 8. fq. (plura de Iuftell. opera leges ap. eosd. in *Gallandii* fylloge etc. tom. I. p. 240. fqq.) atque ex *Baluzii* praefat. ad opufc. P. de Marca, Parif. 1681. a nr. 10-13. in nota fubiicit. — *I. G. Walchii* bibl. theolog. felect. tom. III. p. 875. fqq. qui iam quoque de opere Beverig. laudat *Schmidium* in Sagittarianae introductionis in hiftor. eccleſ. tom. II. p. 763. et 765. *Io. Fabricii* Hiftor. bibl. Fabric. part. II. p. 135. *Clement* Bibliotheque curieufe hiftor. et critique, tom. III. p. 267. et *Baumgarten* Nachrichten von merkwürd. Büchern part. III. p. 354. fqq. *Harl.*

In primo tomo.

1) Codex canonum ecclefiae vniuerfae, e) a concilio Chalcedonenfi et Iuftiniano imp. confirmatus, graece et latine, (emendatior, quam in prima editione Parifienfi a. 1610.) p. 29.

2) *Chriftophori Iuftelli* Notae in codicem ecclefiae vniuerfae, emendatae et auctae p. 69.

3) Codex canonum ecclefiafticorum *Dionyfii Exigui* fiue codex canonum vetus ecclefiae romanae, ex antiquiffimo DCC. amplius annorum codice MS. bibliothecae Chriftophori Iuftelli feorfim antea editus Parif. 1628. 8. p. 101.

4) Epiftola fynodica S. Cyrilli et concilii Alexandr. contra Neftorium, a Dionyfio Exiguo in latinum fermonem translata; incipit: *Quum Saluator nofter aperte pronunciet, dicens, qui diligit patrem aut matrem fuper me,* p. 176.

5) Collectio decretorum pontificum romanorum, f) auctore Dionyfio Exiguo, p. 183.

6) Altera collectio decretorum pontificum rom. collectioni Dionyfianae addita, g) p. 249.

*7) Prifca canonum editio latina p. 277. complectens canones conciliorum Ancyrani, Neocaefarienfis, Nicaeni, Sardicenfis, Gangrenfis, Antiocheni, Laodicenfis, Conftantinopolitani et Chalcedonenfis; nunc primum edita ex vetuftiffimo MS. Chriftophori Iuftelli codice DCCC. annorum, cui fimilis exftat in bibl. Vaticana laudatus a Sir-

e) de hoc fupra pag. 41. ed. vet. et ed. nou. p. 199.
f) p. 12. feq. ed. vet. et ed. nou. p. 157
g) p. 13. ed. vet. et ed. nou. p. 159. [conf. *Spittler* Gefchichte des kanon. Rechts, §. 33. p. 129. fqq. *Harl.*]

a Sirmondo in diatriba de regionibus suburbicariis. [¶] In hoc Sardicensium canonum fragmenta p. 289. statim [h]) Nicaeno concilio subiiciuntur.

8) Codex canonum ecclesiae Africanae, [i]) graece et latine, ex editione Christoph. Iustelli a. 1615. 8. in multis emendata p. 321.

9) *Christoph. Iustelli* Notae et obseruationes in codicem ecclesiae Africanae p. 418.

10) *Fulgentii Ferrandi*, ecclesiae Carthaginensis diaconi, breuiatio canonum p. 448. *Fabr. Fulg. Ferrandi* breuiatio can. primum prodiit cum *Crisconio* s. *Cresconio*, opera *Franc. Pithoei*, Paris. 1588. 8. etc. v. infra, §. XX. nr. 6. et *Fabricii* nostri bibl. med. et inf. latin. tom. II. p. 219. ed. Mans. Add. *Petri de Marca* diss. de veteribus canonum collect. cap. 4. §. 21. in *Gallandii* sylloge etc. I. p. 186. inprimis ibid. p. 571. sqq. et 582. sqq. *Ballerin. Fr.* de ant. collect. canonum, part. IV. cap. 1. de *Ferrandi* breuiatione, et cap. 3. de breuiario et collect. *Cresconii*, atque de codd. — *Spittler.* in: Gesch. des kanon. Rechts, §. 54. p. 196. sqq. de *Ferrandi* breuiat. qui quoque futuro eius editori salubria dat praecepta. — De eodem *D. Henr. Phil. Conr. Henke* in: Allgem. Geschichte der christl. Kirche, part. I. ed. IV. p. 339. sq. — et *Schroeckh.* christl. Kirchengesch. part. XVII. p. 391. sq. qui a p. 361-395. collectiones legum eccles. persequitur. — *Douiatius* in Praecognitis etc. lib. III. cap. 16. p. 28. sqq. de *Ferrando*, et cap. 18. p. 33. sqq. de *Cresconio*, eorum aetate, libris, et p. 37. in nota Schotti, de editt. — De vtroque cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 267. sqq. qui quoque ex adlatis excerptis docet, *Breuiationes* siue *Breuiaria canonum* non nisi fuisse indiculos, secundum materiarum seriem digestos, et talem canonum componendorum rationem a vera iurisprudentiae ecclesiasticae cultura longe admodum distare. *Harl.*

11) *Crisconii*, episcopi Africani, breuiarium canonum p. 456. *Fabr.* Conf. paullo ante ad *Ferrandum* adnotata; et infra, §. XX. nr. 6. et 8. *Fabricii* nostri bibl. med. et inf. lat. tom. I. p. 433. sq. — *Petri Coustant* diss. de antiquis canonum collect. §. VII. p. 115. sqq. in Gallandii sylloge etc. tom. I. qui animaduertit, Cresconium saeculo VII. floruisse, atque vltra a. Ch. 690. vitam produxisse; tum vberius commonstrat, vtramque Cresconiani operis inscriptionem, *breuiarium canonicum*, et *concordia canonum* ap. Chifletium in collectionem eius quadrare; ideoque Baronium, Voellium ac Iustellum, et Chifflet. (not. in Ferrand. et Crescon. p. 259.) atque Anton. Pagium (in critica historico-chronol. ad a. C. 527. nr. 14.) errasse, arbitratos, a Cresconio praeter canonicum breuiarium adornatam fuisse ampliorem quamdam collectionem, quae integras pontificum rom. litteras complecteretur, ideoque Cresconii opus duas in partes secuisse, et primae parti, siue breuiario titulum

h) Conf. *Steph. Baluzii* praef. ad opera postuma Petri de Marca, et D. *Tho. Ittigium* de bibliothecis patrum p. 767. sq. [*Ballerin.* in Gallandii sylloge I. pag. 248. sqq. part. I. cap. 2. *Harl.*]

i) de hoc supra p. 42. ed. vet. et ed. nou. p. 200.

lum *concordiae canonum* abiudicasse. Tum p. 117. illi haud omnino indubitatam esse videtur, *concordiam*, siue vltimam collectionis partem, esse Cresconii foetum, sed ab alio posthaec conceptum, vti ipsi codd. adsentiuntur: nec tamen id de tripode quasi pronuntiare audet. Sed rem felicius expediuerunt *Ballerinii* de antiq. collect. part. IV. cap. 3. in Gallandii sylloge etc. I. p. 582. sqq. plures codd. nacti. In quatuor codd. quos Coustantii sodales inspexerant, praemittitur collectioni Dionysio-Hadrianae tantum Breuiarium Cresconianum, quod ex illa excerptum fuit. In sex aliis exemplaribus, VeronensiLX. quod aetati Cresconii proximum est, Vatic. palat. DLXXIX. Vatican. reginae DCCCXXXXIX. Vatican. MCCCXXXXVII. et MMMMMDCCXXXXVIII. atque Vallicellano XVIII. *breuiarium* cum *libro canonum* ita coniungitur, vt vtrumque eiusdem Cresconii opus esse liqueat, atque breviarium, quod in codd. rectius inscribitur *capitula*, esse perspiciatur velut index seu tabula capitulorum amplioris operis, seu libri canonum. Tum plura addit de canonum libro, *concordia*, a *breuiario* diuerso, etc. — *Mastricht* hist. iuris eccles. nr. 181. sqq. p. 189. sqq. — *Schroeckh.* christl. Kirchengeschichte part. XX. p. 96. sq. *Harl.* inprimis cfr. *H. P. C. Henke* diss. de Cresconii concordia canonum eiusque cod. MS. Helmstad. 1788. et in Henkii opuscc. acadd. p. 165. sq.

*12) Indiculi duo in Ferrandum et Crisconium, quorum vnus materiam canonum, alter vero consonantiam et discrepantiam inter vtrumque declarat, e MS. exemplari Guilielmi Blueti, in Senatu Paris. aduocati, nunc primum editi, p. 467.

In Appendice tomi I.

13) *Martini Braccarensis* episcopi collectio orientalium canonum, adscriptis ad margines tum variis lectionibus tum fontibus, ex quibus canones illi depromti sunt, cura et studio *Io. Douiatii*, sacrorum canonum professoris regii, cuius notae primum editae, illustrata, pag. 7. *Fabr.* Conf. *Douiat.* Praenott. canon. lib. III. cap. 17. tom. II. p. 30. sqq. et *Schroeckh.* libr. cit. part. XVII. p. 392. sqq. qui copiose de eo agit. Plura v. infra §. XX. nr. 9. vbi alia addentur. *Harl.*

*14) *Crisconii*, episcopi Africani, alterum opus, quod liber canonum, seu concordia canonum inscribitur, in quo integri conciliorum canones et pontificum decreta referuntur. Ex codice MS. bibliothecae Claromontanae S. I. nunc primum editum p. 33 [v. ad nr. 11.]

In Secundo tomo.

*15) *Ioannis*, Scholastici dicti, ex presb. Antiocheno patriarchae CPol. collectio canonum [k]) in quinquaginta titulos distributa, graece et latine, primum edita e codice MS. bibl. Claromontanae S. I. collato cum altero Petri Seguierii, p. 499. *Fabr.* De

k) vide supra p. 35. ed. vet. et ed. nou. p. 193. sq.

De *Ioannis Antiocheni* collectione canonum et Nomocanone huiusque codd. Vindobon. caesar. et Vaticanis, vide etiam *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. etc. libro III. cap. XI. p. 349. sqq. qui p. 354-414. copiose persequitur singulos titulos, atque codd. Vatic. DCCCXXXX. et DCXXXX. confert cum Iustelli et Voëllii collectione; denique p. 414-421. recenset titulos, qui supersunt in vetustissimo cod. Vatic. DCCCXXXXIII. qui cod. ob suam vetustatem geminum Ioannis Antiocheni opus, plus, quam reliqui codices, repraesentare videtur Assemanno. Conf. quoque *Kollar.* not. *B.* ad Lambec. VI. part. 1. p. 121. sqq. de cod. caes. XVII. nr. 1. *Harl.*

*16) Eiusdem Ioannis Scholastici Nomocanon, l) graece et latine e codice MS. bibliothecae regiae nunc primum in lucem editus, collato codice Oxoniensi, p. 603. *Fabr.* De *Nomocanone* Io. Antiocheni multus est *Assemann.* libr. cit. cap. XII. p. 422. sqq. pariterque edit. Voëlli ac Iustelli per singulos titulos comparat cum codd. Vatic. praecipue cum codd. DCCCXXXX. et DCXXXX. tum ibid. in cap. XIII. p. 450-474. eiusd. Ioannis capita nouellarum constitutionum fine, vt rectius legitur in cod. Vatic. DCCCXXXXIII. (quem diligenter contendit cum edit. Voëlli ac Iustelli,) *capita ex nouellis constitutionibus de ecclesiastica dispositione*, vberius percenset aliaque adiungit explicatque: denique p. 474-478. refert *SS. patrum epistolas* canonicas, subiunctas in cod. Vatic. DCCCXXXXIII. *Harl.*

[P] *17) *Alexii Aristeni* m) vel antiquioris potius scriptoris synopsis canonum, graece et latine e codice MS. biblioth. regiae primum edita p. 673.

*18) *Simeonis* n) magistri et logothetae epitome canonum, graece et latine e codice MS. eiusdem bibl. regiae primum edita, p. 710.

*19) *Arsenii* o) monachi, patriarchae CPol. diuinorum canonum synopsis siue Nomocanon, graece et latine primum editus ex codice MS. eiusdem bibl. regiae, p. 749.

20) *Photii*, patriarchae CPolitani, Nomocanon p) cum *Theod. Balsamonis*, patriarchae Antiocheni, commentariis, graece et latine e codice MS. bibl. Palatinae a. 1615. 4. editus a Christoph. Iustello, in hac vero editione ad codicem MS. eminentiss. cardinalis Mazarini collatus, cum prolegomenis eiusdem Photii e codice bibl. Oxoniensis graece et latine nunc primum editis, p. 789.

21) Eiusdem *Photii* opusculum de septem synodis oecumenicis, ex epistola ad Michaëlem Bulgariae principem, graece et latine p. 1141. incipit: *ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος.*

22) *Nili*,

l) p. 49. ed. vet. et ed. nou. p. 210.

m) de hac supra pag. 43. ed. vet. et ed. nou. pag. 202.

n) ibid.

o) p. 44. ed. vet. et ed. nou. p. 203.

p) p. 49. ed. vet. et ed. nou. p. 210. [et supra ad §. X. *Assemann.* l. c. tom. I. pag. 40. sq. *Harl.*]

22) *Nili*, metropolitae Rhodii, de sanctis et oecumenicis synodis enarratio synoptica graece et latine p. 1155. incipit: ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὁ γινώσκων τοὺς ἰδίους.

23) Auctoris *anonymi* de sex oecumenicis synodis opusculum, graece et latine, p. 1161. incipit: χρὴ γινώσκειν ὅτι ς' εἰσὶν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. Haec tria opuscula de synodis etiam cum Photii Nomocanone Christoph. Iustellus vulgauerat Paris. 1615. 4.

24) Συνοδικὸν siue *libellus synodicus anonymi* auctoris, omnes synodos tam orthodoxas, quam haereticas a tempore apostolorum ad octauam oecumenicam complectens graece et latine, ex editione *D. Ioannis Pappi* et cum eius versione p. 1166.

*25) *Theod. Balsamonis*, collectio constitutionum ecclesiasticarum e Codice, Digestis et Nouellis Iustiniani congesta, olim a *Io. Leunclauio* latine sub Paratitlorum nomine primum edita Frf. 1593. 8. nunc vero e duobus antiquissimis codicibus MSS. inter se collatis, graece primum vulgata cum eiusdem Io. Leunclauii versione in multis emendata, p. 1217. subiunctis imp. Heraclii Nouellis, p. 1361.

[P] 26) *Carolis Annibalis Fabrotti* notae perpetuae in eandem collectionem Theodori Balsamonis, primum editae, p. 1377.

27) *Io. Leunclauii* in paratitla, notatorum libri duo, p. 1421-1478.

Sunt quidam, non adeo multi tamen, in hac bibliotheca errores admissi, vnde paullo acerbior censura Cotelerii tom. 3. monum. p. 628. *Stupenda plane sese passim exerit editorum bibliothecae iuris canonici veteris negligentia. Ii* Saccophoros *in* Sarcophoros *mutauerunt* p. 708. 740. *quemadmodum et* ῥύπη *in* ξέπη *ibidem,* ἄρκτους *vel* ἄρχους *in* ἄρτους *vel* ὅρκους p. 702. 746. Ἀγαπη̃ς *in* ἀγάπης p. 771. *Basilidem Dionysii Alexandrini in* βασιλίδα reginam, *et magni Basilii* chorepiscopos *in* archiepiscopos p. 794. *denique* τέκνα *in* τινὰ p. 768. *Ad haec verterunt* p. 704. 748. μέλη, mel; *ac saepe* τετράδα, quatuor tempora, *vt alia consimilis farinae bene multa praeteream, in quibus quis risum teneat?*

XIX. *Guil. Beueregii*, ecclesiae anglicanae tunc presbyteri, (postea episcopi Asaphensis,) synodicum siue pandectae canonum SS. apostolorum et conciliorum ab ecclesia graeca receptorum, nec non canonicarum SS. patrum epistolarum, vna cum scholiis antiquorum singulis eorum adnexis, et scriptis aliis huc spectantibus, graece et latine, quamplurima e bibliothecae Bodleianae aliorumque MSS. codicibus nunc primum edita, reliqua cum iisdem MSS. non mediocri fide et diligentia collata, totum opus in duos tomos diuisum cum prolegomenis eruditis et locupletibus adnotationibus lucem vidit Oxonii e Theatro Sheldoniano sumptibus Guil. Wells et Roberti Scott, bibliopolarum Londinensium 1672. fol. *Fabr.* V. ad init. antecedentis paragraphi, item, *Buddeum* in Isagoge historico-theolog. ad theologiam vniuers. tom. II. p. 744. sq. 756. sq. — *Io. Fabric.* in Hist. biblioth. Fabric. tom. II. p. 335. sqq. — *Assemann.* in bibl. iuris orient. can. tom. I. p. 46. sqq. —

Pertsch Historie des Kanon. vnd Kirchenrechts p. 107. sqq. qui etiam laudat *Io. Petr. Gibert* corpus iuris canonici tom. I. prolegomm. part. I. tit. XXIV. cap. 5. — *Io. Christph. Wolf* in Anecdotis graecis sacris et profanis, tom. IV. (Hamburg. 1724. 8.) p. 113. sqq. edidit collationem synodici Beueregiani cum tribus MSS. codd. ac p. 165. sqq. subiecit obseruatt. et emendationes, quas *Cl. Salmasius* ad codicem ecclesiae Africanae, a Christph. Iustello Par. 1615. 8. editum, manu sua consignauit. *Harl.*

Tomo primo.

Prolegomenta editoris p. XXIV.

Canones LXXXV. SS. apostolorum, cum scholiis *Theodori Balsamonis* et *Io. Zonarae* plurimis in locis auctis et emendatis, addita veteri cuiusque canonis epitome et *Alexii Aristeni* in eandem scholiis. p. 1.

Canones XX. concilii *Nicaeni*, primi oecumenici a. C. 325. cum scholiis, vt supra p. 58.

Canones VII. concilii *CPolitani primi*, siue secundi oecumenici a. C. 381. cum scholiis etc. pag. 85.

Canones VIII. concilii *Ephesini*, oecumenici tertii, a. C. 431. cum scholiis etc. p. 99. subiuncta epistola Ephesinae synodi ad synodum in Pamphylia de Eustathio, qui fuerat eorum metropolitanus, cum scholiis etc. p. 106.

[P] Canones XXX. concilii *Chalcedonensis*, a. C. 451. oecumenici quarti, cum scholiis etc. p. 111.

De quinta et sexta synodo, Balsamonis et Zonarae adnotationes, p. 150.

Canones CII. concilii sexti *in Trullo*, a. C. 680. cum scholiis etc. p. 152.

Canones XXII. concilii *Nicaeni secundi*, septimi oecumenici dicti, a. C. 787. cum scholiis etc. p. 284.

Canones XVII. concilii *CPolitani primi et secundi* dicti, a. C. 861. quod in templo SS. apostolorum habitum est, cum scholiis etc. p. 331.

Canones III. q) concilii *CPolitani*, a. C. 879. in templo S. Sophiae habiti, cum scholiis etc. p. 360.

Canon et acta concilii *Carthaginiensis*, a. C. 255. sub S. Cypriano habiti de haereticorum rebaptizatione, cum scholiis etc. p. 365.

Cano-

q) Confer *Lambecium* VIII. p. 413. [p. 874. sqq. Koll. de cod. XLIV. nr. 18. In pluribus autem codd. caes. in illo vol. VIII. a Lambecio recensitis, variorum concilior. CPolitan. canones adseruati sunt. *Harl.*]

Canones XXV. concilii *Ancyrani*, a. C. 314. cum ſcholiis etc. p. 375.

Canones XV. concilii *Neocaeſarienſis*, a. C. 314. cum ſcholiis etc. p. 402.

Canones XXI. concilii *Gangreni*, a. C. 326. cum ſcholiis etc. p. 415.

Canones XXV. concilii *Antiocheni*, a. C. 341. cum ſcholiis etc. p. 429.

Canones LX. concilii *Laodiceni*, a. C. 367. cum ſcholiis etc. p. 453.

Canones XXI. concilii *Sardicenſis*, a. C. 347. cum ſcholiis etc. p. 482.

Codex canonum eccleſiae Africanae, (de quo ſupra p. 39. et 42. ed. vet. et ed. nou. p. 197. et 200.) cum ſcholiis Balſamonis, Zonarae et Ariſteni, pag. 509. [v. ad init. huius §. *Harl.*]

Ex actis concilii CPol. de cauſſa Agapii et Bagadii, a. C. 394. cum ſcholiis Balſamonis et Zonarae. p. 678.

Ioſephi Aegyptii prooemia et paraphraſis in quatuor priorum generalium conciliorum canones, Nicaeni, CPolitani, Epheſini et Chalcedonenſis, arabice cum latina verſione Guil. Beueregii, p. 681-727. [v. ad §. XV. init. not. et not. ad §. XVII. ſub fin. de *Elia.*]

Tomo ſecundo.

Cum ſcholiis Balſamonis et Zonarae exhibentur graece et latine:

1. *Dionyſii* Alex. epiſtola ad Baſilidem, diuiſa in canones IV. p. 1.

2. *Petri* Alexandrini archiep. et martyris canones XV. ex eius ſermone de poenitentia p. 8. *Fabr.* v. paullo poſt in nr. 17. de Blaſtaris ſyntagmate. — M. Baſilii, Taraſii, Dionyſii Alexandrini, *Petri Alexandrini* martyris, Gregorii thaumaturgi, Athanaſii M., Gregorii Nyſſeni, Timothei Alexandrini et Cyrilli Alexandrini Canones, Gregorii theologi et Amphilochii de libris initiatis, nec non SS. apoſtolorum et ſedecim conciliorum canones aliaque ſcripta, ad ius pertinentia canonicum *Monac.* in cod. Bauar. CXXII. quem late recenſet *Hardt* in: Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 8. pag. 30. ſqq. *Harl.*

3. *S. Gregorii* Neocaeſarienſis, thaumaturgi, epiſtola canonica, diuiſa in canones XI. de iis, qui in barbarorum incurſione idolothyta comederant, et alia quaedam peccata commiſerant, p. 24.

4. *St. Athanaſii* r) epiſtola ad Amunem monachum, p. 36. et ex epiſtola [P] vndequadrageſima ἑορταστικῇ ſiue feſtali p. 42. Eiusdem epiſtola ad Rufinianum p. 44.

r) Conf. infra in recenſione conciliorum editorum an. 372. In codd. caeſ. *Vindobon.* XLIV. nr. 22. 32. 33. atque XLV. nr. 25. et 43. ſunt *Athanaſii* epp. ad Ammum monach. et Rufinianum, et ad poſteriorem epiſtola in cod. LIII. nr. 26. v. *Lambec.* VIII. p. 875. 886. ſq. 914. 930. et 1012. ſq. Ibid. p. 147. in cod. XLV. nr. 63. eſt alius eiusd. canon. *Harl.*

Cum scholiis Balsamonis, Zonarae atque Aristeni:

5. *S. Basilii* ad Amphilochium Iconii episcopum epistola prima, diuisa in canones XVI. p. 47. secunda can. XVII-L. p. 73. et tertia can. LI-LXXXV. p. 109.

Cum scholiis Balsamonis:

6. Eiusdem S. Basilii ex alio sermone ad b. Amphilochii epistolam de ciborum differentia, p. 318. Ad Diodorum Tarsensem episcopum de eo, qui duas sorores in matrimonium duxit, p. 319. Ad Gregorium presb. vt separetur a muliercula, cum qua habitabat, p. 322. Ad chorepiscopos, ne sine ipso fiant ministri praeter canones, p. 375. Ad episcopos sibi subiectos, ne propter pecunias ordinent, *μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασιν*, p. 375. Ex capite XXVII. et XXIX. libri ad Amphilochium de Spiritu S. p. 376. 379.

7. *S. Gregorii* Nysseni ad S. Letoium Melitenes episcopum canones VIII. p. 381.

8. *Timothei* Alex. qui patribus 150. in concilio CPol. a. C. 381. interfuit, responsa canonica ad interrogationes ei propositas de episcopis et clericis, p. 65. *Fabr.* Legendum esse non, *de episcopis et clericis*, sed *quum interrogaretur a quibusdam episc. et clericis, παρά τινων ἐπισκόπων* etc. idque patere ex cod. *Vindob.* caesar. XII, nr. 16. (in quo adseruantur Timothei Alex. responsa canonica,) contra Beuerigium et Fabric. nostrum monet *Kollar.* in Supplement. ad Lambecii comment. I. p. 114. sq. Conf. etiam supra in vol. XI. pag. 720. sq. In eod. cod. caesareo a num. 12. sunt quoque, quae h. l. a Fabric. memorantur nr. 11. 12. 5. 4. et quaedam Nicephori ac Nicetae epistolae canonicae. *Harl.*

9. *Theophili* archiepiscopi Alex. quum sancta Theophania in die dominico instarent, pag. 170. Eiusdem Commonitorium, quod accepit Ammon propter Lyco, *διὰ τὴν Λυκώ*, diuisum in canones X. ibid. Eiusdem narratio de iis qui dicuntur Cathari, p. 174. Ad Agathonem episc. ibid. ad Mennam episcopum p. 175.

10. *S. Cyrilli*, archiepiscopi Alex. epistola canonica *ἐν τοῖς Ὕμνοις* ad Domnum, diuisa in canones III. p. 175. Eiusdem ad episcopos in Libya et Pentapoli, p. 178.

11. *S. Gregorii* Naz. versus, quinam libri Vet. et Noui Test. legendi sint, p. 178.

12. *S. Amphilochii* ex iambis ad Seleucum de eodem argumento, p. 179.

13. *Gennadii* patriarchae CPol. et sanctae cum eo congregatae synodi ad metropolitanos et papam vrbis Romae, epistola encyclica. Incipit: *ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς καὶ σωτήρ.* Concilium illud celebratum est [P] circa a. C. 459. [s]) Notandum autem est ea, quae pro Balsamonis scholio subiiciuntur, non esse Balsamonis, sed partem epistolae Gennadii, vt post Baronium a. C. 459. multi iam notarunt. Confer *Labbei* con-

s) Ita Baronius, non plane certa coniectura. Vide *Tillemontium* tom. XVI. memor. p. 71.

concilia tom. 4. p. 1028. et *Harduini* tom. 2. p. 782. [ac *Mansii* tom. VII. p. 915. et v. supra ad vol. XI. p. 369. sqq. *Harl.*]

14. Ex epistola magni *Basilii* ad Nicopolitanos, p. 183.

15. *Tarasii*, patriarchae CPol. a. C. 806. defuncti, epistola ad Hadrianum papam veteris Romae περὶ τȣ̃ μὴ ἐπὶ χρήμασι γίνεσθαι τὰς χειροτονίας, de non faciendis pecunia ordinationibus, p. 184. Incipit: πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς διδασκόμεθα. In hac epistola praeter sacrae scripturae libros citantur canon 29. apostol. S. Basilii in Esaiam et epistola ad episcopos ipsi subiectos ne ob pecunias ordinarent, vita S. Ioannis Chrysostomi, canones patrum 630. Chalcedonensium, tum Gennadii CPol. epistola encyclica et canon sextae synodi. Confer Blastaris syntagma p. 267. *Fabr.* et supra, vol. XI. p. 184. ibique not. *g*. *Harl.*

Sine scholiis:

16. *Alexii Aristeni* synopsis epistolarum SS. patrum, quas hactenus recensui canonicarum, post p. 188.

Cum scholiis Balsamonis:

17. XI. Interrogationes quorumdam monachorum, qui extra vrbem CPol. vitam monasticam ducebant, et responsiones, quae ad eas factae sunt a S. CPolitana synodo tempore S. patriarchae *Nicolai*, (qui ab an. 1084. ad 1111. fuit,) imperante Alexio Comneno.

Post haec scripta canonica, scholiis illustrata, sequitur insigne et copiosum *Matth. Blastaris* hieromonachi, qui circa a. C. 1335. vixit, opus alphabeticum ex duobus MSS. codicibus primum in lucem datum a Beueregio, de quo iam dixi vol. XI. pag. 588. [ibiq. v. not. *e*.] Titulus est: σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριειλημμένων ἁπασῶν ὑποθέσεων τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι, πονηθὲν τε ἅμα καὶ συντεθὲν τῷ ἐν ἱερομονάχοις ἐλαχίστῳ Ματθαίῳ τῷ Βλαστάρῃ. *Syntagma alphabeticum, quo sub titulis, litterarum ordine digestis, res omnes, quae in sacris diuinisque canonibus comprehenduntur, collatis etiam legibus ciuilibus,* (vt Alexii Comneni p. 125. Constantini Porphyrogenetae p. 232. 258. nouella p. 98. et tomo vnionis p. 64. Leonis Sap. p. 34. 52. 61. 62. 64. 66 73. 104. Heraclii p. 98. Manuelis Comneni p. 49. 101. Andronici p. 258. Alexii p. 76. 98. Isaaci Angeli p. 81. et Iustiniani passim,) *expositae sunt*, p. 1-272. In praefatione pluribus disserit Blastares de scriptis ipsis et scriptoribus, [¶] ex quibus syntagma suum concinnauit: de canonibus apostolorum, de synodo Carthaginiensi sub S. Cypriano, de Dionysio Alex. cuius epistolam ad Nouatum presb. romanum adfert p. 234. De synodo Antiochena, de Petri Alex. canonibus, de synodis, Ancyrana, Neocaesariensi, Nicaena, Antiochena secunda, Sardicensi, Laodicena: de canonibus SS. Athanasii, Basilii magni, Gregorii Nysseni: de synodo Gangrensi et CPolitana siue secunda oecumenica. De canonibus SS. Timothei et Cyrilli Alexandrinorum,

 de

de synodo Ephesina siue oecumenica tertia, nec non Carthaginiensi, et Chalcedonensi siue oecumenica quarta: de S. Gennadio CPol., de synodo oecumenica quinta, sextaque, nec non quinisexta in Trullo, de synodo septima oecumenica siue Nicaena secunda, de S. Tarasio CPol. de synodo primosecunda CPol. De synodo sub Photio, et de ciuilibus legibus eorumque origine et constitutione. In opere ipso inter alia de haereticis p. 7-17. differitur. Praeterea citantur quandoque etiam scriptores alii praeter iam nominatos, vt Homerus p. 47. Iosephus et Philo p. 201. Isidorus Pelus. p. 233. Photius patriarcha et Theodorus Studita p. 109. Theodorus Tiro de miraculo κολλύβων p. 240. Zonaras p. 114. 254. Balsamon p. 36. 76. 77. Ecclesf. hist. p. 138. Chrysostomus p. 232. II. ad Theodorum epist. p. 193. in Matthaeum p. 152. 218. homilia XXI. περὶ ἀνδριάντων, et VI. contra Iudaeos p. 173. II. de Sacerdotio p. 179. in acta p. 93. in epist. ad Thessal. p. 111. Gregorius Naz. p. 63. 71. 106. Cyrillus Alex. in Esaiam p. 112. Paphnutius in concilio Nic. p. 60. Poëtae dictum γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, p. 85. Chumnus Thessalonicensis p. 48. 51. Io. Nesteutes p. 33. 164. Patriarchae CPol. Lucas p. 46. 99. 166. 178. Nicolaus p. 49. 269. Chliarenus p. 172. Leo Stypa p. 50. 51. Alexius p. 232. Athanasius p. 258. Michaël p. 264. 269. Theodotus p. 72. Non sine laude etiam p. 57. meminit Simeonis Metaphrastae his verbis: πόσου τοίνυν ἄξιον ἂν εἴη μακαρισμοῦ ὁ θαυμάσιος Συμεὼν ὁ τὸ καλεῖσθαι μεταφραστὴς διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀπενεγκάμενος, ὁ τῇ ἐπινοίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων ὑπὲρ ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις συγγραψάμενος, καὶ δυνάμει λόγου καὶ σοφίᾳ καλλύνας εἰς ὕμνον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόξαν διαιωνίζουσαν τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἠγωνισμένων ἁγίων μαρτύρων, καὶ πᾶν δυσσεβὲς ἀποῤῥάψας στόμα, καὶ μηδ' ἡντιναοῦν πρόφασιν ἀμφιβολίας τοῖς εὐσεβέσι καταλιπών. *Quantae igitur beatitatis praedicatione dignus est admirandus ille Simeon, qui Metaphrastes dici egregie prae aliis meruit, qui S. Spiritus inspiratione, sanctorum martyrum pro veritate certamina non sine multis sudoribus et laboribus conscripsit, et neruose, eloquenter,* [P] *sapienterque exornauit, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, et sanctorum martyrum, qui pro eo certamina obierunt, perennem gloriam: quique omne os impium obturauit, et piis nullum omnino dubitandi praetextum reliquit.* Sequutus est Blastares Balsamonem, cuius haec sunt ad can. 63. Trullan. χάρις τῷ μακαρίτῃ Μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι κατακαλλύναντι εἰς ὕμνον Θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων. Addenda haec aliis aliorum de Metaphraste testimoniis, quae adtuli vol. VIII. p. 29. et vol. X. p. 180. sq.

18. Post Blastaris Syntagma Beueregius dat *acta* quaedam *synodi CPol. octauae* pro Photio a. C. 879. habitae, petita ex Ioh. Becci siue Vecci patriarchae CPol. λόγῳ de pace ecclesiae ex codice Bodlei. graece et lat. p. 273. 293-307. Integriora deinde vulgauit *Io. Harduinus* tom. VI. Concil. p. 214-343. vt iam notaui vol. X. p. 673. sq. [vbi alia adieci.] Eadem acta MS. in bibl. Bauarica, cod. CXV. t) Et Stephanus de Altimura, siue, qui

t) Siue, sec. nouum codd. ordinem in cod. Bauar. XXVII. v. quae de illo notaui supra ad vol. X. p. 674. et compara *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. lib. I. p. 247. sqq. ac p. 349. de hac synodo octaua, et p. 339. sqq. c. IX. de cod. canon., a Photio post octauam synod. edito. *Harl.*

qui ſub illo nomine latet, *Michael le Quien* in praefat. ad Panopliam contra ſchiſma Graecorum, teſtatur, horum actorum legendorum copiam ſibi factam a celeberr. Baluzio, qui codicem graecum e bibl. Columnenſi deſcriptum accuratiſſime et cum aliis duobus romanis collatum, et verſionem latinam, a Federico Metio ante centum annos adornatam, cum eo communicauit.

Denique poſt indices totum opus Beueregii claudunt perquam eruditae et locupletes eiusdem in canones eorumque ſcholiaſtas notae, p. 1-230. *Fabr.* Add. *Edmundii Bonefidii* iuris orientalis libr. III. gr. cum eius verſione, ex offic. Stephani, 1573. 8. et *Ioan. Leunclauii* Ius graeco-rom. edit. et locupletatum a *Marquardo Frehero*, gr. ac lat. Francof. 1596. fol. conf. infra, vol. XII. p. 487. ſqq. vet. ed. et *Aſſemann.* bibl. iuris orient. can. etc. I. cap. II. §. 45. et 48. ſq. et lib. II. cap. I. p. 2-21. *Harl.*

XX. Supereſt, vt notitiam collectionum latinarum, quam promiſi, ſubiungam, atque ita capiti huic de canonibus eccleſiaſticis finem imponam. *Fabr.* De collection. latinis conf. *Douiat.* Praenotion. etc. lib. III. cap. 22. ſqq. p. 67. ſqq. In *Gallandii* ſylloge etc. tom. I. *Couſtant* diſſ. de antiq. concilior. collect. part. II. §. III-XI. p. 75. ſqq. — *Ballerin. Fr.* de iisd. part. II. capp. I-XIII. p. 303-468. et de aliis collectionibus, et MSStis part. IV. capp. VII-XVIII. p. 609-676. — *Caroli Sebaſt. Berardi* diſſ. de variis ſacr. can. collect. ante Gratianum, obſ. IV. de collect. vetuſtis lat. quae peculiaribus eccleſiis adſcribuntur, p. 702. ſqq. — obſ. V. de ceteris lat. collect. antegratianeis, priuato quorumdam ſtudio elucubratis, p. 714. ſqq. — *Fuchs* Biblioth. der Kirchenverſamml. part. I. p. 297. ſqq. vbi etiam MSSta recenſet; — *Spittler* Krit. Vnterſuchung des 60ten Laodic. Canons, §. 10-18. p. 41. ſqq. — cel. *Glück* Praecognita etc. cap. III. ſect. 2. §. 172-175. p. 426. ſqq. *Harl.*

1) Pro antiquiſſima omnium habendus *codex canonum eccleſiae romanae*, quem ex codice duplici Oxonienſi per Eduardum *u*) Bernhardum tranſmiſſo, ac Thuano primus vulgauit *Paſchaſius Queſnellus* cum Leonis magni operibus Pariſ. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol. Hic nempe ipſi videtur codex, cuius, vt antiquioris, *Dionyſius Exiguus* meminit, et cuius confuſione teſtatur ſe impulſum, vt nouam ipſe canonum editionem adornaret. In hoc canon viceſimus Nicaenus praetermiſſus, et canones Sardicenſes cum Nicaenis ita permixti exſtant, vt canones Nicaenos numeret XLVI. vel XLVII. vt in codice Atrebatenſi, (quem laudant Iac. Pamelius notis ad Cyprian. de vnitate eccleſiae, et Alanus Copus dialogo I. [P] aduerſus nouatores Antw. 1573. 4. p. 57.) vel, vt in MS. Oxonienſi, XLVIII. Hinc Sardicenſes pro Nicaenis laudat Innocentius I. (an. 416. defunctus,) qui ſolos etiam Nicaenos canones a romana eccleſia receptos,

u) Male Edmundum vocat Queſnellus. *Fabr.* conf. *Berard.* l. c. in Gallandii ſylloge I. p. 708. ſqq. — et p. 725 ſqq. *Queſnell.* de cod. canonum eccl. rom. ſed conferenda ſunt quae *Ballerin.* ibid. in ed Gall. Mogunt. in ſubiectis adnotatt. et p. 783. ſqq. ac ib. p. 401. ſqq. contra Queſnell. diſputant, et ibid. p. 75. ſqq. *Couſtant* in diſſ. §. III. *Harl.*

ceptos, alibi testatur: pro Sardicensi vicissim Nicaenum canonem adduxit Ferrandus diaconus: qua de re, et quomodo codex ille nouis subinde incrementis sub Innocentio, Zosimo, Caelestino et Leone magno fuerit auctus, et excreuerit in illam capp. XCVIII. magnitudinem, consulere iuuabit laudatum Quesnellum dissertatione ad Leonem duodecima et decima quarta. Eamdem plane collectionem memorat Petrus Pithoeus, qui Dionysio Exiguo iuniorem ratus, tres eius euoluit MStos codices, et post Dionysium illius facit mentionem his verbis: *Incertus, cuius exemplaria duo sunt in bibliotheca ecclesiae Bellouacensis. Tertium habet frater Franciscus Pithoeus, hoc titulo:* continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta Sedis Apostolicae. *Incipit autem a canonibus Nicaeni concilii, quibus admista sunt quaedam Sardicensis synodi capitula, cum praefatione et expositione fidei. Sequuntur canones Carthaginiensis synodi, Anquiritanae, Caesariensis, Gangrensis et aliarum plurium,* (Carthaginiensis plenariae contra Pelagium et Caelestium, Mileuitanae, Chalcedonensis, Antiochenae, Laodicenae, CPolitanae, Theleptensis in Africa,) *insertis* (constitutionum imperatorum et) *pontificum romanorum epistolis a temporibus Innocentii I.* (qui episcopus rom. fuit ab a. C. 402. ad 416.) *ad S. Leonem,* (qui fuit ab a. 440. ad 461.) *cuius epistola 98. ad Porum,* (Dorum,) *Beneuentanum episcopum, eam collectionem claudit.* Inserta etiam Faustini presb. fides, libellus fidei Augustini, Cyrilli ad Nestorium et variorum ed Leonem etc.

2) De Gallicana ante Dionysium Exiguum collectione canonum haec Sirmondus praef. ad concilia Gallicana: *Graecos quidem canones et Africanos omnes, quos Dionysius in sua postea collectione posuit, atque epistolas pontificum, quarum decreta Dionysius excerpsit, et in ordinem redegit, habuisse in codicibus suis Gallos, iisque etiam ante Dionysii aetatem in conciliis suis vti solitos, docent inprimis synodi aliquot Dionysio ipso vel eius collectione antiquiores, vt Valentina, Regensis, Arelatensis II. Agathensis, et Epaonensis, in quibus citatos videmus graecos canones; Nicaenos, Laodicenos et Ancyranos, non ex Dionysiana translatione, quae nondum erat, sed ex altera vetustiore apud Gallos tum recepta: illa ipsa nimirum, quae apud* Isidorum Mercatorem *legitur, et quam Laur. Surius in editione conciliorum cum Dionysiana* [?] *interpretatione coniunxit. Vidimus et ipsi antiquae huius versionis exemplaria non pauca, tum in his optimae prae caeteris notae quatuor, in Aniciensi, Corbeiensi, Remensi ac Fossatensi. Fabr.* Conf. *Pasch. Quesnelli* diss. III. de primo vsu cod. canonum Dionysii Exigui in Gallicanis regionibus, in Gallandii sylloge etc. I. p. 851. sqq. at conf. Ballerin. adnotatt. et subnexas et adiectas. Iidem *Ballerinii* l. c. p. 409. sqq. part. II. cap. 10. copiose agunt de collectionibus *Gallicanis:* hinc in §. 1. docent, vetustos codd. canonum apud Gallicanos plures priuato studio esse conditos, nullum publica auctoritate digestum et editum, iidemque agunt de celebrioribus huiusmodi codicibus, ac praesertim de Vatic. Palat. DLXXIV. in quo quae continentur, in §. 2. p. 412. sqq. singulatim lateque explicant: in §. 3. p. 419. sq. recensent eiusd. cod. additamenta: in §. 4. p. 420. sqq. de collectione *Gallicana* in cod. Vatic. MMMDCCCXXVII. et in §. 5. p. 423. sq. recensent aliam *gallicanam* collectionem, quae exstat in MS. Colbertino MMMCCCLXV. —

Iid.

Iid. ibid. p. 500. sqq. cap. IV. de collectione *Hispanica* eiusque codd. et quae in illa continebantur, quomodo differat ab iis, quae Constantius edidit, de tempore, loco, et auctore illius etc. copiose disputant. *Harl.*

3) *Dionysius Exiguus*, natione Scytha, monachus et abbas Romanus, rogatus a Stephano Salonitano episcopo circa a. C. 500. canones ecclesiasticos ex graecis exemplaribus vertit,[t] *quos hodie*, inquit Cassiodorus c. 23. diuin. lect., *vsu celeberrimo ecclesia romana complectitur*. Scripsit haec Cassiodorus circa a. C. 556. Et Gallis etiam ignotam non fuisse Dionysianam hanc canonum versionem, priusquam eius exemplar ab episcopo romano Hadriano sub Carolo magno acciperent, atque hac interdum vsos esse, Sirmondus probat ex antiqua collatione canonum e bibl. S. Benigni Diuionensis, atque ex aliis eiusmodi monumentis, Caroli aeuo longe anterioribus, in quibus canones graeci promiscue nunc ex Dionysiana, nunc ex vetere illa proferuntur. *Attamen certum est*, inquit, *illos priscam illam libentius semper vsurpasse, eiusque vsum ad eadem vsque Caroli magni tempora frequentasse, idque declarat inter cetera Capitulare Aquisgranense Caroli eiusdem, quod totum graecis antiquae versionis auctoritatibus refertum est, praeterquam in canonibus apostolicis, qui necessario ex Dionysiana citantur, quia alia tunc illorum versio nulla erat. Post haec vero sensim ab ea deflexere, codicemque canonum Dionysianae collectionis per Hadrianum papam Carolo regi commendatum amplexi etc.* Confer *Paschas. Quesnelli* diss. 16. ad Leonem magnum et *Carolum le Cointe* tom. 6. Annal. Francor. p. 44. seq. Habet haec Dionysii collectio

Canones	50.	*Apostolicos,*	Canones	59.	*Concilii Laodiceni,*
	20.	*Concilii Nicaeni,*		3.	*Concilii CPol.*
	24.	*Ancyrani,*		27.	*Chalcedonensis,*
	14.	*Neocaesariensis,*		21.	*Sardicensis,*
	20.	*Gangrensis,*		138.	*Carthag. et diuersor. conciliorum Africanae prouinciae.*
	25.	*Antiocheni,*			

Editionem huius codicis Dionysiani, sed ex interpolato, vt videtur, v) codice debemus Christoph. Iustello Paris. 1628. 8. vnde in tomo primo bibliothecae canonicae recusus est,

v) Vide *Paschas. Quesnellum* p. 774. seq. ad Leon. *Fabr.* Conf. *Ballerinios* in Gallandii sylloge etc. I. parte III. p. 471. sqq. de collectionibus Dionysii Exigui, et ceteris, quae a Dionysio profecerunt: et quidem §. 1. post Cassiodorii testimonium de Dionysio adlatum duas collectionis Dionysianae partes cum continuata numerorum serie in canonibus gr. describunt, docentque, Iustellum duo additamenta, a Dionysio aliena, in secunda parte recepisse, purosque Dionysii codd. esse raros, nec cum Hadrianeis confundendos. In §. 2. de eius collectionis praestantia; num Dionysius primus collegerit decretales romanorum pontificum, (ignorauit duas antecedentes versiones, alteram Marii Mercatoris, alteram, insertam interpretationi antiquae synodi Ephesinae;) atque ostendunt contra Quesnellum, ab eo priorem saltem partem, ad canones pertinentem, sub Symmacho et forte etiam sub Anastasio II., alteram autem sub Symmacho circ. a. 499. esse vulgatam. In §. 3. describunt cod. Vatic. Palat. DLXXVII. qui solam primam collectionis continet

est, vna cum eiusdem Dionysii Exigui collectione decretorum siue epistolarum pontificum romanorum, de qua supra §. VIII. Tituli canonum cum epistola Dionysii ad Stephanum Salonitanum prodierunt Paris. 1609. 8. [P] e Nic. Fabri codice ad calcem codicis canonum veteris ecclesiae romanae, de quo statim sum dicturus.

4) Dionysium in plerisque omnibus sequitur codex canonum Carolo M. missus circa a. C. 787. ab *Hadriano* papa, [w]) et adiuncta recentius habens decreta pontificum vsque ad Gregorium II. (de quibus supra pag. 159.) quae saeculo nono labente Gallis Nicolaus papa commendauit. Haec est collectio, quae apud Burchardum *Nucleus canonum*, et *Corpus canonum* adpellatur a Nicolao I. et Leone IV. can. si Romanorum dist. 19. et can. de libellis dist. 20. et cap. 2 de praebend. extr. Continet et haec conciliorum canones eosdem, quos Dionysiana συναγωγὴ, versos e codice graeco orientali, quem a Io. Tilio editum, dixi p. 37. ed. vet. et ed. nou. p. 195. praeterquam quod Graeci collectioni suae inseruerunt synodum Carthaginiensem, cui S. Cyprianus interfuit, quam Latinorum corpus non admisit, perinde vt nec canones postremos XXXV. apostolicos, vel quaecumque post Africanos canones apud Tilium sequuntur. Primum editus est, (satis emendate, iudice Petro Pithoeo, nisi quod in Africano concilio quaedam transposita sunt,) Moguntiae 1525. fol. in aedibus Ioh. Schoeffer cum praefatione *Io. Wendelstini*, data Francofurti ad Moenum, qui ex tribus codicibus MStis illum vulgare se testatus, scribit *canones Ephesinos* XII. qui apud Dionysium etiam desiderantur, ex vno tantum codice se addidisse. Titulus collectionis in editione Moguntina est: *Canones apostolorum, veterum conciliorum constitutiones, decreta pontificum antiquiora.* Sed a Franc. Pithoeo, qui, nomine suo praeterito, curauit editionem Parisiensem a. 1609. 8. *Codex canonum vetus ecclesiae romanae:* cum eiusdem Francisci Pithoei eruditis notis splendide recusus est Paris. 1687. fol. additis Fulgentii et Cresconii breuiationibus canonum, quae in priore edit. Parisiensi etiam subiiciebantur, et Petri Pithoei fratris miscel-

tinet partem, valde diuersam a secunda, quam Dionysius secundis curis digessit. In cap. tertio de collectione additionum Dionysii, potissimum ex codd. Vatic. MMMMMDCCCLIV. et Vallicellano vberius declarata. Sed omnium, quae Ballerin. de collectione Dionysiana docte lateque disputarunt, commemoratio aliena videtur a nostro instituto. Add. *Buddei* Isagogen ad theolog. vniuers. tom. poster. p. 758. sqq. et p. 760. de cod. ab Hadriano P. R. Carolo M. dato. — *Espen.* disp. de collect. Dionysii Exigui, in eius opp. — *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. lib. I. cap. 3. p. 57. sqq. vbi quaedam Balleriniorum iudicia reprehendit. — *Spittler* in: Geschichte des kanon. Rechts p. 134. sqq. 149. sqq. 151. sqq. vbi in nota quaedam contra Ballerin. ex Ernesti bibl. theol. tom. IV. p. 880. sq. adducuntur; — *Schroeckh* in christl. Kirchengesch. part. XVII. p. 382.-591. copiose disputat iudicatque de eius collect. et contra Spittlerum cum *Hennigio* in comment. de collectione canonum et decretorum Dionysiana, dominationis pontificiae fautrice, Lips. 1769. 4. studii partium, ad auctoritatem pontificis rom. stabiliendam, Dionysium facit reum, et in quibusdam aliis discedit a Spittlero ac Ballerinis, etc. — Cel. *Glück* in Praecognitis etc. cap. III. sect. 2. §. 172. p. 427. sqq. *C. G. F. Walch.* Grundsätze der Kirchengesch. des N. T. part. II. p. 906. sqq. *Ge. Sigism. Lakics* in Praecognitis iuris eccles. vniversi Viennae 1775. 8. cap. II. §. 26. de Dionysii cod. §. 27. de eius auctoritate, p. 39. sqq. *Harl.*

w) Vide Iustelli bibl. canonicam tom. I. ante pag. 97.

miſcellaneis eccleſiaſticis, in quibus 1.) opuſculum de graecis latinisque antiquis bibliorum interpretibus, auctius quam anno 1609. 4. Carolus Labbeus inter Petri Pithoei opera ediderat p. 342. 2.) Nicephori CPol. ſtichometria, ſiue canon librorum ſcripturae S. graece et lat. p. 367. 3.) Hiſtoria controuerſiae veteris de proceſſione Spiritus S. p. 355. 4.) Fides Iſatis ſiue Iſaaci ex Iudaeo, cuius meminit Gennadius cap. 26. de ſcript. eccleſ. Incipit: *Quinque ſunt* [?] *omnia quae ſunt* p. 362. 5.) Polycrates de martyrio S. Timothei, diſcipuli S. Pauli, apoſtoli, primi patriarchae Epheſiorum metropolis Aſiae, ex actis ſynodi Epheſinae; latine, incipit: *multi multas hiſtorias et vitas* p. 366. 6.) Ordo Cameracenſis et Atrebatenſis eccleſiae, qualiter diebus dominicis vel feſtiuitatibus ſanctorum agendum eſt p. 368. 7.) Sortes apoſtolorum ex collectione ſynodorum P. Pithoei p. 370. 8.) Catalogus ſynodorum eccleſiaſticarum et epiſtolarum decretalium ex collectione adhuc inedita Petri Pithoei p. 374-386. 9.) Diſſertatio de anno romano, tam priſco quam Iuliano et Gregoriano, ſeu potius Liliano p. 386-389. 10.) Abbonis, abbatis Floriacenſis, (circa a. C. 970.) Apologeticus aduerſus Arnulphum epiſc. Aurelianenſem ad Hugonem et Robertum reges Francorum, ex bibliotheca D. Claudii le Pelétier p. 395-402. Eiusdem Abbonis et aliorum quorundam epiſtolae XIII. p. 402-429. Formulae antiquae Alſaticae XXVII. p. 434-448. *Fabr.* *Harzheim* tribus codd. vſus, in concil. German. tom. I. qui p. 131. memorat cod. vet. aeuo Caroli M. ſcriptum, ſed alteram cod. ſui partem omiſit. — Conf. *Ballerin. Fr.* l. c. part. III. cap. 2. tom. I. Gallandii ſyllog. p. 485. ſqq. vbi ſingillatim et diſtincte agunt de diſcrimine Hadrianae collectionis a Dionyſiana, ex additamentis potiſſimum orto, atque de codd. Vatican. praeſertim de cod. MCCCXXXVII. qui quaedam peculiaria in prima canonum parte continet. — In ead. Gallandii ſylloge I. p. 119. ſqq. *Conſtant* de eadem collectione. — Diſcrimen Hadrian. ac Dionyſianae collect. et additamenta in vtraque Hadrian. collect. parte aliaque et p. 178. in nota *b.* editiones indicat *Spittler* in: Geſch. etc. §. 45. p. 170. ſqq. — *Io. Chriſt. Rudolph* de codice can. quem Hadrianus P. Carolo M. obtulit, Erlangae 1754. 4. — Eiusd. noua commentatio de cod. canonum, quem Hadrianus I. P. R. Carolo M. dono dedit. Erlangae 1777. 8. (conf. Erlang. gelehrte Anmerk. a. 1777. nr. XIV. p. 113. ſqq.) — *Douiat.* Praenott. etc. I. p. 495. ſq. tom. II. p. 65. ſq. ibique Schotti not. — *Lakics* in Praecognitis iur. eccleſ. vniuerſi, cap. II. §. 32. p. 52. ſq. de hac collect. et altera, cuius auctorem Agilramnum eſſe putat, ad aliorumque teſtimonia prouocat. — cel. *Glück* Praecognita etc. p. 428. ſqq. qui obſeruat, in Voëlli et H. Iuſtelli bibl. iuris can. I. p. 97. ſqq. et in Harzhemii tom. I. concil. Germ. eſſe collectionem Dionyſio-Hadrianeam, non, puram Dionyſianam. *Harl.*

5) Epitome ſiue *compendioſa traditio canonum*, quam *Hadrianus* pontifex Carolo magno traditur Romae obtuliſſe a. C. 774. edita primum ab Henrico Caniſio tom. VI. lect. antiqu. Ingolſtad. 1604. 4. [p. 413. at in ed. Baſnag. ſ. Theſauro monimentor. eccl. tom. II. p. 266. ſqq.] deinde in tomis conciliorum Labbei tom. 6. p. 1800. et Harduini tom. 3. p. 2033. recuſa, in qua canones apoſtolici XLV. Ancyrani XXIV. Neocaeſarienſes XV. Gangrenſes XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. Sardicenſes XXI.

 Cartha-

Carthaginienses XXXIII. et diuersorum Africanae prouinciae CV. x) Ab his diuersa sunt *capitula LXXX.* de episcoporum iuribus, quae ex graecis et latinis canonibus et synodis romanis atque decretis praesulum ac principum romanorum sparsim collecta, Ingilramo Mediomatricae vrbis episcopo idem Hadrianus y) papa Romae tradidit a. C. 785. quae cum *Antonii Augustini* notis leguntur in tomo tertio conciliorum Binii a. 1618. p. 436. et tom. VI. Labbei p. 1828. et sine illis notis tom. III. Harduini p. 2061. z) Illorum auctoritatem, quibus obtemperandum libenter subscripserat *Hincmarus Lauduunensis*, adspernatur *Hincmarus Rhemensis* c. 24. tom. 2. opp. p. 475. et c. 36. p. 526.

6) *Fulgentii* Ferrandi diaconi Carthag. qui circa a. C. 540. claruit, et cuius praeter Cresconium meminit Gratianus dist. 63. breuiatio [P] canonum ecclesiasticorum, capitu-

x) At integram collectionem, non epitomen obtulit Hadrianus, vti, notantibus Ballerinils l. c. p. 491. *Sirmondus* tom. VIII. col. 565. tom. II. concil. Gall. pag. 127. iam obseruauit, qui, „atqui constat, inquit, oblatam fuisse non epitomen, sed integram collectionem tum canonum, ex quibus epitome illa deinceps conflata est, tum decretorum etiam pontificum a Siricio ad Gregorium iuniorem.“ *Harl.*

y) Vel potius Hadriano obtulit Ingilramus. Vide *Baluz.* §. 4. praef. ac Anton. Augustin. de emendatione Gratiani: eumdem in notis ad Anton. Augustin. p. 491. 492. et *Carolum le Cointe* tom. VI. Annal. Francorum p. 263. sq. *Fabric.* De auctore huius collectionis variae sunt variorum doct. sententiae. Alii, iique plures, in his Douiatius, Hadrianum ipsum fuisse auctorem, perperam arbitrantur; alii, vt *Baluzius* in praefat. ad Augustinum, loco a Fabric. citato, (etiam *Lakics* loco paullo ante ad nr. 4. citato, *Espen* in diss. de capitul. vulgo Hadriani, aliique,) Angelramnum potius auctorem faciunt, decepti nonnullorum codicum inscriptione; alii eam collectionem ignoto compilatori adserunt, in quam opinionem iam inclinauit *Blondellus* in Pseudo-Isidoro Prolegg. cap. V. p. 20. eam vero data opera adstruxit *Car. Blascus* in peculiari diatr. de Capitulis, Hadriano I. papae vulgo tributis, adiecta eius Commentario de collect. Isidori p. 221. (rec. in Gallandii sylloge, tom. II. p. 151. sqq.) statuitque, et probat argumentis, illa capitula non multo ante a. 875. ex Pseudo-Isidori decretalibus, et ex capitularibus Benedicti Leuitae fuisse depromta, atque Hadriano supposita, ad fidem iisdem pseudo-decretalibus conciliandam: cui sententiae subscripsisse videtur Schottus in longa nota, in qua superius scripta paullo latius explicat, ad *Douiat* Praenott. lib. III. cap. 21. tom. II. p. 62. sq. Douiat. autem de iis capitulis et Angilramno pag. 64. sqq. plura subiicit. *Spittler* in: Meuselii Geschichtforscher, part. IV. p. 92. sqq. in comm. peculiari, inscripta: *Entdeckung des wahren Verfassers der Angilramnischen Kapitel*, plura in hanc rem disputat. Primum vulgarem de Angilramno et ortu capitulorum sententiam breuiter repetit, ablegatque ad *Horrix.* commentat. de adpellationibus: vid. Concordata nationis germ. integra, variis additamentis illustrata, tom. II. p. 147-149. Tum docet, sub Carolo M. Angilramnum illa capitula conficere haud potuisse, adeoque nec illum, nec Hadrianum ipsum, sed probabiliter episcopum quemdam in dioecesi Moguntina, neque tamen Riculphum, antequam episcopatum Moguntinum esset adeptus, (vti *Douiat.* l. c. p. 65. opinabatur,) fuisse eorum parentem aut compilatorem, et, quod illius impostoris fuerit consilium, curatius inquirit. Add. *Ballerinios* de antiq. collect. etc part. III. cap. 6. p. 533. sqq. tom. I. Galland. syllog. *Harl.*

z) Augustinus numerat non nisi 72. capitula; octoginta vero in Harduini conciliis. Exstant quoque in *Harzhemii* concil. germ. tom. I. pag. 249-258. *Harl.*

pitulis CCXXXII. aa) contrahens praecipua, quae continentur canonibus conciliorum *Ancyrani, Anquiritani, Antiocheni, Carthaginiensium, Cellensis* siue *Zellensis, Constantinopolitani, Gangrensis, Hipponensium, Iucensis, Laodicensis, Macrianensis, Maranianensis, Mazaranensis, Mileuitani, Nicaeni, Nouaecaesariensis, Sardicensis, Septimunicensis, Saffetulensis, Tenitani* et *Tusduritani,* et denique *Zellensis* ex epistola Siricii papae. Variis naeuis scatere hanc breuiationem docet *Quesnellus* differt. XV. ad Leonem Magnum p. 738. et pluribus ostensurus erat Franc. Florens in noua Ferrandi editione. Primus edidit cum Cresconio, (de quo mox) *Franc. Pithoeus* ex codice MS. ecclesiae Trecensis siue Tricassinae Paris. 1588. 8. deinde ad calcem codicis canonum ecclesiae romanae Paris. 1609. 8. Inde cum Dionysii Exigui collectione canonum *Christoph. Iustellus* Paris. 1628. 8. Hinc post *Antonii Dandini Altesserrae* editionem, Augustoriti Pictonum 1630. 8. in qua indiculus breuiationi antiquus cum notis adnectitur, et post editionem *Petri Franc. Chifletii* S. I. Diuione 1649. 4. recusa est haec breviatio in tom. I. bibliothecae canonicae Voëlli et Iustelli tom. I. p. 418. Paris. 1661. fol. et in bibliotheca patrum Lugd. 1677. tom. IX. ex Chifletii editione: et cum codice canonum ecclesiae romanae et P. Pithoei miscellaneis ecclesiasticis Paris. 1687. fol. *Fabr.* Conf. de *Fulgentio* et *Cresconio* supra ad §. XVIII. nr. 10. 11. et 14. *Flau. Franc. de Hautesere a Salvaison* notae et animaduerss. ad indiculos ecclesiasticor. canonum *Fulgentii Ferrandi* et *Cresconii Afri:* quibus in hac repetita edit. subnexae sunt *Petri Fr. Chifletii* notae in eadem Fulgentii Ferr. et Cresconii opusc. praemissus est contextus Fulg. Ferrandi breuiationis canonum et Cresconii breuiarii canonum, in *Meermanni* thesauro iuris ciu. et canon. tom. I. p. 133-238. *Harl.*

7) *Compendium sacrorum canonum,* quibus ecclesia praesertim Hispanica regebatur ab ineunte sexto saeculo vsque ad octaui initium. Hoc primus edidit illustriss. cardinalis *Iosephus Saenz de Aguirre* tomo tertio collectionis maximae conciliorum Hispaniae, Rom. 1694. fol. putatque, esse ipsam, de qua iam dixi, Ferrandi breuiationem, sed auctam atque interpolatam, additis conciliis et decretis post Ferrandi obitum sancitis.

8) *Cresconii* siue *Crisconii,* episcopi Africani, qui circa annum Christi 690. vixit, *Concordia libri canonum,* siue *breuiarium canonicum* ad Liberinum episc. per titulos CCC. bb) ex canonibus apostolorum et Nicaenis, Ancyranis, Neocaesariensibus, Gangrensibus, Antiochenis, Laodicensibus, Chalcedonensibus, Sardicensibus, Carthaginiensibus, nec non ex decretis praesulum Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis [?] et Gelasii. Editum primum a Francisco Pithoeo a. 1588. cum Ferrandi breuiatione canonum, et cum eadem in editionibus supra memoratis toties recusum, etiam in tomo primo bibl. canonicae Voëlli et Iustelli, vbi etiam duplices indices harmonici in Ferrandum et Cresconium exstant, et in adpendice praeterea p. 33-112. eiusdem Cresconii liber

aa) Non XXXII. vt errore typographi legas, in B. Gebh. Theod. Meieri historica relatione de collectionibus canonum §. 17.

bb) In codice Helmst. capita CCCIII. Vide eiusd. Meieri §. 26.

liber canonum, canones ipsos et decreta eodem ordine per titulos trecentos descripta exhibens, ex codice MS. bibl. Claromontanae S. I. In codice MS. patrum oratorii romani Mabillonins pag. 69. itineris italici reperit hanc notam: *concordia canonum a Cresconio Africano episcopo digesta sub capitulis trecentis. Iste nimirum Cresconius bella et victorias, quas Iohannes Des. Patricius apud Africam de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit sub libris. Fabr.* Conf. paullo ante ad nr. 6. inprimis Coustant et Ballerinos, supra ad §. XVIII. nr. 11. citatos: item *Spittler*. Gesch. des kan. Rechts p. 156. praecipue p. 164. sqq. — H. P. C. *Henke* disp. de Cresconii concordia can. eiusque cod. MS. Helmst. 1788. 4. et in Opusc. Acadd. p. 165-198. cuius argument. expositum est in Erlang. gelehrt. Anmerk. 1789. p. 79. Compara *Ballerin.* l. c. p. 586, §. VII. vbi, quomodo noua editio operis integra ad fidem codd. qui illud breuiarium integrum continent, exigenda sit, scite docent, de numero capitulorum bene monent, et, „retinenda, aiunt, est vulgata diuisio in capitula tercenta, quae plerisque et vetustioribus codicibus comprobatur. Quod si duo codd. Vatic. MCCCXXXXVII. et Vatic. palat. DLXXIX. diuidunt in capitula CCCI, alius autem cod. Helmstadiensis, laudatus a Fabricio, diuidit in capitula CCCIII. id ex eo accidit, quia vnum aut alterum capitulum partiuntur in duo, sicut e contrario in MS. Vatic. reginae DCCCXXXXIX. praeferuntur capitula CCXCVII. quippe nonnulla in vnum coeunt." *Harl.*

9) *Martinus*, natione Pannonicus, ex Dumiensi abbate *Braccarensis* in Gallicia Hispaniae episcopus, capitula LXXXIV. ex orientalibus synodis collegit et ad concilium Lucense a. C. 572. misit, quae in synodo etiam Braccarensi II. a. C. 572. probata sunt. [v. infra, in recensione concilior. editt. a. 572. *Harl.*] Citantur a Gratiano his titulis: *ex synodo Martini papae, ex concilio Martini papae, ex synodico;* non confundenda cum concilio Martini II. papae romani, habiti Romae contra Monothelitas a. C. 662, cuius meminit *Beda* lib. 4. histor. Angl. cap. 17. Citantur, vt notat *Petrus Pithoeus*, in ordine celebrandi concilii apud *Iuonem Carnotensem* part. 4. cap. 246. et apud *Burchardum* in fine ex synodo Salegonstandiensi aut potius ex concilio Toletano IV. • Vide *Ambrosium Moralem* lib. XI. histor. Hispan. cap. 4. fol. 6. verso et lib. XII. cap. 24. fol. 127. *Gregorium Turonensem* lib. V. histor. Francor. cap. 387. et de virtutibus sancti Martini cap. 11. Item vide Toletanum concilium X. tom. 6. Labbei p. 467. In Martini capitulis nihil adfertur ex canonibus apostolicis, cc) sed ex Nicaenis, Ancyranis, Antiochenis, Laodicenis, Neocaesariensibus, Gangrensibus, nec non Carthaginiensibus, Arelatensis denique et Toletani concilii, ac Braccarensis atque Agathensis. Etiam ex capitularibus cap. 68. Prodierunt haec Martini capitula in conciliis Hispaniae, Garsiae a Loaysa an. 1593. et in Card. Aguirre tom. 2. pag. 327. In conciliis Labbei tom. 6. p. 902. [T] et *Harduin.* tom. 3. p. 391. [ac *Mansii* tom. IX. col. 846. sqq.] Exstant etiam cum Io. Douiatii notis in adpendice ad tomum I. bibliothecae canonicae Voelli et Iustelli, vt supra p. 214. annotaui. Vide sis quoque *Petrum de Marca* VII. 18. 10. de

cc) In editione Harduini tom. 3. pag. 394. ad canonem Martini XXVI. citatur canon *Apost.* XVIII. sed vitiose, nam legendum *Antiochen.* XX. vt recte habet Labbei editio.

de Concordia Sacerdotii et Imperii, et *Quesnellum* diss. 12. ad Leonem magnum pag. 657. [it. in Gallandii sylloge I. p. 752. sq. vbi vero et p. 799. X. v. Ballerin. obss.] et de Martino ipso acta sanctorum 20. Martii, et de ceteris eius scriptis *Nicolaum Antonium* in bibliotheca veteri Hispana lib. IV. cap. 3. *Fabr.* *Ballerin.* part. IV. cap. 2. in sylloge Gallandii, tom. I. p. 578. sqq. vbi etiam contra Quesnell. aliosque quaedam adnotantur. — *Spittler* in: Geschichte des kan. Rechts, §. 55. p. 199. sqq. de illo Martino, huiusque collect. canon. vel capitulorum, in duas sect. diuisa, perite agit, et ostendit, Martinum capitula in vsum priuatum non solum ex graecis synodis, sed etiam ex latinis excerpsisse, interdum canones mutasse, ac nullius synodi omnes canones integros compilasse; quod autem in nonnullis codd. inscribebatur, *capitula Martini papae*, vltimum voc. per ignorantiam librariorum additum fuerit. Negat autem Spittler contra *Lopez. de Barrera* in exercitatione historica de antiquo codice canonum ecclesiae Hispanae, Romae 1758. 4. (qui capitula Martini paullo correctiora, quam Iustellus, edidisse dicitur,) istam compilationem fuisse antiquum genuinum ecclesiae Hispanae codicem canonum, atque in synodo Braccarensi II. probatum: verba enim in Mansi tom. VIII. col. 837. *recitatis ergo capitulis, quae ne prolixitatem facerent, his gestis non sunt inserta*, docet, non respicere Martini capitula, sed, vti ex connexione perspiciatur, capitula primae Braccarensis synodi, ab capitulis Martini valde diuersa in Mansi tom. VIII. col. 777. sqq. Add. eumdem Spittler §. 56. p. 207. nr. 42. in recensione collectionis Hispanicae; cel. *Glück* in Praecognitis etc. cap. III. sect. II. §. 173. p. 432. sqq. qui alios quoque VV. DD. laudat, et *Schroeckh.* in: christliche Kirchengeschichte, part. XVII. p. 392. sqq. qui de illo Martino, eiusque scriptis, praesertim de capitulis etc. multus est. *Harl.*

10) *Isidorus* Hispalensis, a. C. 633. defunctus, de quo fuse idem *Nic. Antonius* lib. V. c. 4. et *Henschenius* in actis sanctor. ad 3. April. et *Io. Mabillonius* in saeculo secundo Benedictino, [et ipse Fabr. noster in bibl. med. et inf. latin. tom. IV. pag. 183. sqq. ed. Mansi,] post Dionysium Exiguum conciliorum et decretalium collectionem et ipse contexuit, quam *decretum canonum* Trithemius adpellat, cap. 232. de scriptoribus eccles. et Vincentius Bellouacensis XXIII. 31. speculi hist. librum epistolarum decretalium romanorum pontificum, canonumque conciliorum, ex quo Iuonis et Gratiani decreta fuerint excerpta. Huius videtur meminisse ipse Isidorus lib. VI. Originum cap. 16. vbi post commemoratos quatuor synodorum canones: *sed et si qua,* inquit, *sunt concilia, quae sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur.* Diuersa est haec collectio ab illa Isidori Mercatoris, de qua mox, et supra p. 14. ed. vet. et ed. nou. p. 159. Sed de ista adhuc inedita Isidori Hispalensis ita Steph. Baluzius praefat. ad Reginonem Prumiensem: *Dionysii studium imitatus postea est* Isidorus, *episcopus Hispalensis, qui praeter ea, quae in collectione Dionysii continentur, etiam diuersa Africae concilia, tum Gallicanas et Hispanicas synodos in suam transtulit, epistolas quoque inserens eorum pontificum, qui post Damasum romanam cathedram tenuerunt, quam collectionem posterorum diligentia auxit his conciliis, quae habita in Hispania sunt post tem-*

pora

pora Isidori. Viderat vnum collectionis illius exemplar vir illustrissimus et excellentissimus in omni genere laudis Antonius Augustinus, archiepiscopus Tarraconensis, illud ipsum fortassis, quod etiamnum exstat in bibliotheca ecclesiae Vrgellensis in prouincia Tarraconensi, in quo epistolae romanorum pontificum nullae exstant ante Damasi ac Siricii tempora.

11) *Isidori Mercatoris*, siue *Peccatoris*, vel quicumque demum auctor fuerit, praeualentis romanorum episcoporum potentiae, iure [?] iniuria amplificandae studiosissimus, Moguntinis praesulibus Ricolfo et Otgario, (non perinde Rabano,) probata collectio facta post a. C. 800. praeter epistolas decretales maximam partem commentitias pontificum, (de quibus supra pag. 14. seq. [dd]) ed. vet. et ed. nou. pag. 161.) complectitur sanctionum ecclesiasticarum farraginem ab canonibus apostolicis ad concilium Hispalense secundum a. C. 617. habitum, saepiusque prodiit ab a. 1524. in conciliorum tomis, licet parum distincta parumque sincera, vt pag. 17. ed. vet. et ed. nou. pag. 165. monere me memini. Auctor ipse in praefatione, inprimis conqueritur de codicum et interpretationum varietate, *sed hoc oppido conturbat, quod diuersae interpretationes varias sententias faciunt, et licet vnus sit sensus, diuersae tamen sunt sententiae, aliae longiores et aliae breuiores. Ea vero concilia, quae graeco sunt edita stilo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta reperimus.* Deinde ordinem et rationem operis sui exponit his verbis: *In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebratur, posuimus. — — Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis praeposuimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, et sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde quarumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum inseruimus, id est, Clementis, Anacleti, Euaristi et ceterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas, vsque ad Siluestrum papam. Postmodum vero Nicaenam synodum constituimus propter auctoritatem eiusdem magni concilii. Deinceps diuersorum conciliorum graecorum et latinorum, siue quae antea, siue quae postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum, capitulis suis distincta sub huius voluminis aspectu locamus, subiicientes etiam reliqua decreta praesulum romanorum vsque ad sanctum Gregorium, et quasdam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicae non impar conciliorum exstat auctoritas.*

Catalogus conciliorum et auctorum, quorum testimoniis Isidorus Hypobolimaeus vtitur.

Ex Blondelli prolegomenis ad Pseudo-Isidorum pag. 57. seq.

Index

dd) §. VIII. vbi plura addidi; it. *Fabr.* noster in bibl. mediae et inf. latin. tom. IV. p. 191. sq. ibique Mansium; *Coustant.* diss. §. X. in Gallandii syll. I. p. 141. sqq. ibid. p. 528. sqq. *Ballerin.* etc. part. III. §. V. VI. VII. cap. VI. etc. *Harl.*

[P] *Index conciliorum et canonum.*

Canones apostolorum dicti. Scripti videntur circa A. D. 200. Sunt enim velut adpendix libri octaui constitutionum, quarum sententiam de Phoenice circa A. D. 208. expressisse videtur Tertull. lib. de resurrect. cap. 13. et Dionysius Alexandrinus verba citauit A. D. 260. ὡς φωνῆς Ἀποςολικῆς Euseb. teste lib. 7. c. 7. Concilium Antiochenum canonem 33. ἀρχαῖον τῶν πατέρων κανόνα vocauit A. D. 341. Omnes vero latine, (si Baronio credamus,) reddidit Dionys. Exiguus, circa A. D. 527.

Concilium Eliberitanum coactum A. D. 305.
Neocaesariense A. D. 314.
Arelatense I. eodem anno.
Nicaenum A. D. 325.
Antiochenum A. D. 341.
Sardicense A. D. 347.
Laodicenum circa A. D. 360.
Constantinopolitanum oecumen. A. D. 381.
CPolitan. aliud in caussa Eutychetis congregatum A. D. 448.
Carthaginense I. A. D. 348.
II. A. D. 390.
III. A. D. 397.
IV. A. D. 398.
V. A. D. 401.
VI. A. D. 419.
Mileuitanum I. A. D. 402.
Africanum sub Theodoro papa A. D. 646.

Collectio dicta concilium Africanum, compilata ante A. D. 527.

Concilium Chalcedonense oecumen. congreg. A. D. 451.

Romanum sub Hilario A. D. 465.
sub Felice III. A. D. 487. et Gelasio A. D. 494.
sub Symmacho I. et III. A. D. 499. et 501.
IV. A. D. 502.
sub Martino A. D. 649.
sub Gregorio II. A. D. 721.

Agathense A. D. 506.
Aurelianense V. A. D. 552.
Paris. III. post A. D. 559.
[P] Parisiense sub Ludouico Pio A. D. 829.
Hispalense II. A. D. 619.

Concilium Toletanum VI. A. D. 619.
VIII. A. D. 653.
X. A. D. 656.
XI. A. D. 675.
Braccarense III. eodem anno.

Series episcoporum vrbis.

Iulius I. sedit is ab A. D.	337. ad	352
Damasus	367.	382. aut 384
Siricius	385.	398
Innocentius	402.	417
Zosimus	417.	418
Bonifacius	418.	423
Caelestinus	423.	432
Leo	440.	461
Hilarius	461.	467
Simplicius	467.	483
Felix III.	483.	492
Gelasius	492.	496
Anastasius II.	496.	498
Symmachus	498.	514
Hormisda	514.	523
Vigilius	540.	555
Gregorius I.	590.	604
Agatho	678.	682
Gregorius II.	714.	731
Gregorius III.	731.	741
Zacharias	742.	752
Hadrianus	772.	795

Notitia doctorum et historicorum ecclesiasticorum.

Auctor recognitionum Clementis Romani nomine scriptarum. Vixisse videtur circa A. D. 180. vel 200. quum Basilius et Nazianzenus Philocaliae cap. 22. testentur Origenem tom. 3. in Genesin, ex libro [?] recognit. 10. binas paginas descripsisse: Ruffinus, cuius versione Pseudo-Isidorus vsus est, eam dicauit Gaudentio, ecclesiae Brixiensis antistiti, quem in locum Philastrii A. D. 386. subrogatum constat.

Auctor primae Clementinae vel idem cum superiore vel coaeuus. Falsarius versionem a Ruffino elucubratam deflorauit.

Eusebius

Eusebius Caesariensis scripsit ad Caesarienses suos A. D. 325. obiit 340.

Athanasius Magnus sedit ab A. D. 326. ad 372. apologiam de fuga sua scripsit A. D. 354.

Hilarius Pictauiensis scripsit de SS. Trinit. post A. D. 356. obiit A. D. 369.

Ithacius Clarus Ossonobensis claruit circa A. D. 385.

Gregorius Nazianzenus, Sasimorum episcopatui praefectus A. D. 371. obiit anno 389. Maii 9.

Ambrosius Mediolanensis sedit ab A. D. 374. ad 397.

Prudentius natus A. D. 332. coepit de rebus sacris scribere A. D. 389. vitae 57. Apotheosin vero elaborauit post idololatriam ab imperatoribus profligatam, vel anno 391. a Valentiniano, Theodosio et Arcadio impp. vel anno 395. ab Arcadio et Honorio.

Auctor commentarii in Paulum, Ambrosio adscripti, vixisse videtur circa A. D. 380.

Hieronymus floruit ab A. D. 372. ad 420.

Auctor epist. ad Oceanum de moribus Clericorum, tom. IX. Operum Hieronymi insertae, quando vixerit incertum est, post A. D. 500. scripsisse verisimile est.

Augustinus Hipponensis episc. sedit ab A. D. 395. ad 430.

Cyrillus Alexandrinus sedit ab A. D. 412. ad 444. scripsit aduersus Theodorum Mopsuestenum circa A. D. 436.

Eucherius Lugdun. vel (vt alii volunt,) *Eusebius Gallicanus* floruit circa A. D. 440. Eucherium Martiano et Valentiniano regnantibus, id est, ante A. D. 455. obiisse vult Gennadius de viris illustr. at a. 449. praecise, Pithoei Prosper.

Atticus CPol. sedit ab A. D. 405. ad 425. ad Afros scripsit A. D. 422.

Proclus CPolitan. sedit ab A. D. 433. ad 446. scripsit ad Dominum Antiochenum in gratiam Athanasii Perrheni ante A. D. 444.

Flauianus CPolitan. sedit ab A. D. 446. ad 449. vel 450. scripsit ad Leonem papam anno 448.

Prosper Aquitanicus floruit ab A. D. 427. ad 457. vel 466. si Baronium sequamur; libros *de vita contemplatiua* circa A. D. 450. scripsisse videtur [?] post obitum Hilarii Arelatensis, cui Rauennius anno 449. successit. Vide lib. 2. cap. 9.

Petrus Rauennas, Chrysologus dictus, scripsit ad Eutychem. A. D. 448.

Socratis perduxit hiſtoriam ad A. D. 439.

Theodoretus Cyrenſis ſcripſit hiſt. eccl. ante concilium Epheſinum, ee) Baronio teſte ad A. D. 427. §. 28. eumdem ab anno 423. ad 453. ſediſſe vult Baronius idem, ſed falſo, quum Gennadius et ex eo Beda de 6. aetatibus; Ado in Chronico, et Freculphus tom. I. lib. 5. cap. 18. diſerte doceant, eum *vſque ad imperium Leonis ſenioris hiſt. deduxiſſe ſub eoque mortuum:* Marcellin. ad A. D. 466. eumdem *de Incarnatione Domini aduerſus Eutychem et Dioſcorum* ſcripſiſſe vult, quod confirmant Beda, Freculphus, Ado, Honorius. Sed et Theodoretus ipſemet quaeſt. 38. in Deuteron. a Iudaeorum diſperſione, quam circa A. D. 73. contigiſſe putat Baronius, quadringentos ad ſua tempora annos numerat.

Sozomenus hiſtoriam continuauit ad A. D. 411.

Auctor actorum Syluestri fabulas ſuas commentus videtur circa A. D. 440. vel 450. eas enim Gelaſii tempore Romani legere conſueuerant.

Ennodius claruit circa A. D. 488. decretum de Cellulanis ſcripſit anno 502. Antonii vitam poſt annum 488. Apologeticum pro Symmacho papa anno 503. Ticini ſedit ab anno 515. ad 521.

Benedictus Abbas eremum petiit A. D. 494. Caſſinenſe monaſterium fundauit poſt annos aliquot; circa idem tempus regulam ſcripſiſſe, anno 546. obiiſſe videtur Totila regnante. Vide Greg. dial. lib. 2.

Caſſiodorus hiſtoriam tripartitam concinnauit circa A. D. 545. eius enim meminit cap. 17. Lectionum diuinarum, quas ſynodi V. tempore ſcriptas ex cap. 5. colligere eſt. *Liberatus* paullo poſt obitum Vigilii ex eadem hiſtoria ſententiam Socratis de Neſtorio eruit.

Venantius Fortunatus floruit circa A. D. 590.

Iſidorus Hiſpalenſis ſedit ab A. D. 600. ad 636. libros *de officiis* ante A. D. 633. quo ſynodus Tolet. IV. congregata eſt, ſcripſit; eos enim dicauit Fulgentio Aſtigitano fratri, cuius ſucceſſor Abentius dicto concilio Toletano ſubſcriptus reperitur. *Synonyma* poſt A. D. 614. ſcripſiſſe videtur: tunc enim Ioannes Caeſaraugustanus Braulionis, (cui nuncupata haec lucubratio eſt,) frater nondum Maximo ſucceſſerat; eſt autem veriſimile, Braulionem ſub fraterno regimine archidiaconatu, quem exercebat, quum ad eum Iſidorus ſcriberet, auctum fuiſſe. Quo tempore *ſententias* ſcripſerit, non liquet.

[¶] *Sergius Cypri archiepiſc.* ad Theodorum papam A. D. 643. epiſtolam dedit.

Victor Carthag. ad eumdem Theodorum ſcripſit A. D. 646.

Stephanus Dorenſis epiſc. et graeci Archimandritae libellos Martino I. et ſynodo Lateranenſi obtulerunt A. D. 649.

Maurus

ee) *Male* Nicaenum *apud Blondellum legitur.*

Maurus Caesenas, *Maximus Aquileiensis*, et *Deus dedit Caralitanus*, quorum verba mutuatur epistolarum decretalium effector, eidem synodo interfuerunt.

Libri pontificalis scriptor vixisse videtur ante A. D. 700. citatur enim a Beda, Amalario Fortunato, Walafrido Strabone, et aliis, Anastasio bibliothecario, quem Bellarminus, Baronius et alii auctorem credunt, antiquioribus.

Bonifacius Moguntinus sedit ab A. D. 719. ad 754. Annales a Pithoeo editi, Hincmarus Remensis epist. 6. c. 29. Epitome ad hist. Bedae, Hermannus Contractus in Chron. Baronius tamen ab A. D. 723. ad 755. pontificatum tenuisse vult; auctorem vitae eiusdem Bonifacii recentiorem Hincmaro, (ni fallor,) sequutus.

Citat praeterea Pseudo-Isidorus:

Eangith siue Cangith abbatissae, epistolam ad Bonifacium Moguntinum scriptam A. D. 721.

Constantini M. epistolam scriptam ad Ablauium A. D. 314. et epist. ad episcopos Tyri congregatos A. D. 335.

Constantini iunioris epist. ad Alexandrinos datam A. D. 338.

Theodosiani codicis libri II. tit. 1. const. 4. dat. a. C. 379.
10. const. 2. et 3. dat. a. C. 321.
18. const. 1. dat. a. C. 321.
IV. tit. 16. const. 2. dat. a. C. 379.
IX. tit. 1. const. 6. dat. a. C. 334.
10. dat. a. C. 373.
12. dat. a. C. 374.
vlt. dat. a. C. 423.
6. const. 3. dat. a. C. 397.
vlt. dat. a. C. 423.
X. tit. 10. const. 2. dat. a. C. 313.
2. dat. a. C. 319.
30. dat. a. C. 335.
[?] XVI. tit. 2. const. 23. dat. a. C. 376.
40. dat. a. C. 412.
41. dat. eod. anno.

Nouell. *Neminem exhiberi* etc. script. A. D. 450.

Aniani Comitis interpretationes editas A. D. 506. Alarici regis 22. Messala et Areobinda Coss.

- *Iustiniani* constitutionum A. D. 545. promulgatarum aduersus tria capitula, libros nimirum Theodori Mopsuesteni, Theodoreti reprehensiones 12. anathematismorum Cyrilli Alexandrini, et Ibae Edesseni epistolam ad Marim Persam.

Citat denique ex haereticorum lacunis:

Acacii CPolit. epist. ad Simplicium papam A. D. 476. dat.

Pauli Constantinopolit. Monothelitae epist. ad Theodorum papam script. A. D. 646.

Constantis imp. typum in gratiam Monothelitarum promulgatum a. C. 648.

Ex Iudaeis Philonem.

Ex Ethnicis Sixtum pythagoreum, cuius sententias e graecis latinas fecit Ruffinus, Hieronymo teste, aduersus Pelagianos ad Ctesiphontem, in 22. cap. Hierem. et in 18. cap. Ezechielis.

12) *Theodori*, Cantuariensis archiepiscopi, a. C. 690. defuncti aet. suae a. 88. quem Tarso Ciliciae natum Vitallianus papa Romae ordinauit et in Angliam misit, *capitula ecclesiastica CXX.* apud *Dacherium* tom. IX. spicilegii, [sed edit. nou. Paris. 1723. tom. I. pag. 486. *Harl.*] et concil. *Labbei* tom. VI. pag. 1875. et *Harduin.* tom. III. pag. 1771. Eiusdem Theodori *Poenitentiale* omnium toto occidente antiquissimum, editum a *Iacobo Petito*, Paris. 1679. 4. [ff]) Non integrum illud quidem, sed quale ex duobus codicibus bibl. Thuanae dare potuit, praecipua saltim eius capita complectens. Titulos capitum LXXVIII. ediderat *Henricus Speelmannus* Lond. 1639. fol. tom. 1. conciliorum Angliae, ad a. 668. [vbi quoque Theodori vitam describit; p. 152. sqq. *Harl.*] atque ex eo Petitus p. 83. qui plurima similis argumenti ex priscis poenitentialibus libris et canonibus adiunxit, atque eruditis notis ac dissertationibus Theodorum illustrauit, vindicauitque aduersus Io. Morinum et alios, nouitatis eum arguentes. Integriorum codicum MSS. Vaticani et duorum anglicanorum mentionem facit Bailletus: [gg]) *Le present, que Mr. Petit a fait au public, seroit plus* [P] *complet, s'il nous avoit donné le Penitentiel de Theodore sur quelque Manuscrit qui eust esté entier, tel qu' est celuy de la Bibliotheque du Vatican, qui a esté lu et loué par Baronius,* (ad a. 51. n. 24. et alibi) *et deux autres qui sont en Angleterre, dont parle Speelmann.* Sed Cantabrigiae quidem in biblioth. Benedicti codicem illum integriorem Speelmanno laudatum hodie adhuc superesse negat *Caueus;* [hh]) codice vero, qui in illa bibliotheca seruatur, et cuius apographum Parisios transmissum est, sola ait contineri excerpta, qualia Petitus edidit, licet Cantabrigiensis huius MSti mentionem ille inuoluat silentio. *Fabr.* Conf. supra, vol.

ff) Petiti edit. vberrimis adnotatt. ornatam, prodiisse Paris. 1677. II. tom. 4. Caueus l. c. tradidit. *Harl.*

gg) Iugemens des Savans tom. 2. part. 2. p. 568.

hh) In Hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 592. sq. ad a. 668. vbi plura scripsit de hoc Theodoro et Petiti editione. *Harl.*

vol. X. p. 383. vbi in nota * codd. Britann, iam memoraui; et *Fabric.* bibl. med. et infimae latinit. tom. VI. p. 230. — *Sigebertus* in libro de SS. eccles. cap. 63. — *Du Pin* Hist. eccles. vol. VI. p. 45. — *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1655. sqq. ad a. 680. vbi quoque contra Caueum se defendit, et de Theodoro eiusque Poenitentiali huiusque codd. vberrime disputat: idem inquirit, num Theodorus confecerit *librum canonum,* cuius specimen repetit ex libro IV. historiae eccles. vener. Bedae, an potius, quod coniicit Oudinus, Theodorus codicem canonum rom. ecclesiae in concilio Herefordensi, cuius actis ille ipse a. 637. interfuit, tantummodo obtulerit, et adpellat *Ger. van Mastricht* in Historia iuris eccles. et pontificii, num. 89-93. p. 67-71. Duisburg. 1676. et Amstelod. 1686. 8. Denique agit de illius capp. eccles. CXX. et copiosius de eiusd. epistola ad Athelredum, Merciorum regem etc. — *Fuchs* in Bibl. der Kirchenversammlungen etc. tom. I. p. 325. sq. — Vitam actaque Theodori suse persequitur *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. etc. libr. IV. cap. 23. pag. 444. sqq. in specie de eius *Poenitentiali,* p. 468. sqq. Petiti editionem recenset p. 472. sqq. tum in cap. XXIV. pag. 479. sqq. profert suum aliorumque iudicia de Theodori Poenitentiali aliasque multas addit animaduersiones in illud, et p. 490. sqq. opinionem suam vberius confirmare studet, omnia, quae contra verum communemque ecclesiae sensum Theodoro tribuantur, non ipsius esse Theodori, sed additamenta, antiquo Poenitentiali eius ex aliis recentioribus Poenitentialibus facta: p. 496. sqq. postquam monuit, authenticum Theodori Poenitentiale nullibi exstare, neque MSS. codd. genuinum ipsius textum exhibere, docet, in bibl. Vatic. MSto cod. MMMMMMIII. 8. qui continet *Poenitentiale,* (a nonnullis perperam vocatum *romanum poenitentiale,*) in membranis charactere antiquo descripto, et in IX. partes s. titulos distributo, tantummodo ex Theodori Poenitentiali quaedam citari capita: — *Douiat.* in Praenott. libr. III. capp. 32. p. 119. sqq. tom. II. part. I. de Poenitentialibus, s. libris canonum poenitentialium eorumque origine agit, et primum §. IV. apud Latinos agmen ducere Cyprianum ex eius epistola 2. colligit; tum §. V. sqq. de *Theodoro Cantuariensi,* eiusque, et deinceps aliorum poenitentialibus lat. plura tradit explicatque. Adde *Schroeckh* in christl. Kirchengeschichte, part. XIX. pag. 44. de Theodoro Cant. et pag. 426. de eius capit. eccles. ac part. XX. pag. 146. sq. de illius Poenitentialis atque de eodem et aliis Poenitentialium auctoribus, *Buddeum* in Isagoge ad theol. vniuersam, tom. poster. p. 702. sqq. Add. etiam gr. collect. *Vindob.* in cod. caes. CCLXXXIII. nr. 6. *Constitutiones poenitentiales miscellan.* ex constitutt. SS. apostolor. ex Constantini Chartophylacis solutionibus quaestionum canonicarum, ex canonibus VI. synodi oecumenicae, ex Iustiniani imp. Nouellis et ex Athanasii, Alex. archiep. admonitione de triduana abstinentia concubitus cum vxore ante sacram communionem v. *Lambec.* V. p. 476. — *Dublin.* in bibl. collegii S. Trinitat. cod. CCCVI. s. nr. 446. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. fragmentum canonum poenitential. graece: etc. *Harl.*

Operae pretium est aliorum quoque poenitentialium libellorum occidentalis ecclesiae hoc loco facere mentionem, cum de graecis similibus *Ioannis Nesteutae* aliorumque a *Ioanne Morino* publicatis dixerim volum. XI. p. 108. sqq. *Fabr.* [vbi plura adnotata sunt. Conf. etiam

etiam *Assemannum* in bibl. iuris orient. can. etc. libr. III. cap. XIV. in quo copiose persequitur vitam, controuersias scriptaque *Ioannis Ieiunatoris* diuersaque aliorum de eo iudicia adfert, p. 479. sqq. inprimis p. 523. sqq. late disputat de eius libro poenitentiali huiusque codd. ac p. 537. sqq. de aliis eiusdem opusculis, quae videntur ex libro poenitentiali desumta, et adseruata sunt in codd. Vaticanis, et, de quibusdam fragmentis, ex Harmenopulo, Matthaeo Blastare et ad calcem commentarior. Theodori Balsamonis in canones patrum productis: denique p. 541. sq. de aliis illius libellis. — it. *Schroeckh.* l. c. part. XVII. p. 56. sqq. — De vetustioribus collectionibus canonum poenitentialium, ex canonum, pontificum patrumque sententiis compactis, et a *Theodoro*, *Beda* atque *Ecberto* compositis, curate disputant *Ballerin. Fr.* l. c. part. IV. cap. 6. p. 602. sqq. in Gallandii sylloge etc. tom. I. *Harl.*] Atque primo loco memoranda summi et de hisce litteris immortaliter meriti Viri *Antonii Augustini*, archiepiscopi Tarraconensis, Canonum poenitentialium collectio vulgata cum notis, Tarracone 1582. 4. ii) et recusa Venetiis 1584. 4. [et Paris. 1641. fol. cum eiusd. Epitome iuris pontificii veteris. *Harl.*] rariusque hodie obuia, in qua occurrunt:

α) *Poenitentiale romanum*, quale Burchardus collectioni suae inseruit, in quo pontificum Calixti II. a. 1109. et Innocentii a. 1130. mentio, et longe diuersum adeo et iunioris aetatis, quam quod ex codice antiquo Corbeiensi cum notis Hugonis Menardi lucem vidit, in eius notis ad sacramentarium Gregorii magni Paris. 1642. 4. p. 238. atque cum iisdem recusum est in bibliotheca patrum edit. Lugdun. tom. XIV. p. 926. nec non in noua operum Gregorii M. editione: et sine notis, ad calcem Morini de poenitentia. Hoc Cameracensis episcopus *Halitgarius*, qui an. 831. obiit, a scrinio ecclesiae rom. descripsisse se testatur, igitur a Menardo sub titulo poenitentialis romani est editum, etsi quamplurima in eo desiderentur capitula, quae a Burchardo et aliis antiquis auctoribus sub titulo poenitentialis romani laudata sunt, vt a Iac. Petito probe notatum. *Fabr.* Conf. *Pertsch* Histor. des Kirchenrechts pag. 169. sq. qui etiam citat *Fleury* Histoire de l'eglise, libr. XLVII. §. 28. et *Basnagii* obseru. de *Halitgarii* libro poenitent. §. 3. ap. Canisium lect. antiquar. tom. II. part. II. *Douiat.* l. c. II. p. 127. §. 18. *Harl.*

β) *Bedae* presbyteri a. C. 735. defuncti, siue *Egberti* Eboracensis archiepiscopi, (defuncti a. 767.) *de remedio peccatorum*, excerptum ex canonibus catholicorum patrum vel poenitentiae ad remedium animarum, domini Egberti archiepiscopi. Recusum Paris. 1641. cum Antonii Augustini iuris pontificii epitome, quae Romae 1614. [?] fol. lucem viderat: et in operibus Bedae Venerabilis tom. VIII. p. 961-968. et in Speelmanni conciliis Angliae tom. I. Bedae s. Egberti poenitentiale lege etiam tom. VI. concil. Labbei p. 1611. *Fabr.* ac *Mansi* collect. amplisf. tom. XII. col. 413. De Beda eiusque opp. v. *Oudin.* in comm. de SS. eccl. I. pag. 1672. sqq. et Fabr. in bibl. med. et inf. latin. tom. I. pag. 185. sqq. ac pag. 192. de remediis peccatorum. — De collect. canon. poeni-

ii) Sec. alios, 1581. sed a. 1582. etiam *Clement* in biblioth. curieuse, hist. et critique tom. II. p. 248. qui plures citat VV. DD. *Harl.*

poenitent. a Beda vel potius ab Egberto facta copiose agunt *Ballerini* de ant. collect. etc. part. IV. cap. 6. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 603. sqq. Adserunt autem librum *de remediis peccatorum*, partem amplioris operis, Egberto, qui ex tribus Theodori, romano, et Bedae poenitentialibus plura decerpsit: id quod etiam ex cod. Vatic. Palat. commonstrant, nec adsentiuntur *Mansio* tom. I. supplement. qui collect. antiquam canonum poenitent. a Martene et Durando in tom. IV. Thesauri anecdotor. col. 21. sqq. exhibitam, Bedae tribuendam existimat. Add. *Pertsch.* l. c. pag. 133. sq. *Douiat.* Praenott. tom. II. p. 123. sqq. et *Fuchs.* l. c. I. p. 326. sqq. de Bedae aliorumque poenitentialibus. *Harl.*

γ) *Rabani* s. *Rhabani Mauri*, archiepiscopi Moguntini, a. C. 856. defuncti, poenitentium liber, post a. 841. scriptus ad Otgarium archiepisc. Moguntinum, cui Rabanus deinde successit. Exstat etiam in operibus Rabani tom. VI. p. 154–165. *Fabr.* Conf. *Ballerin.* l. c. p. 621. sq. *Pertsch.* l. cit. p. 173. sqq. de eius vita scriptisque huc pertinentibus, praecipue p. 176. sqq. de eius libro poenitentiali ex canonicis constitutionibus, isque provocat ad *Iac. Basnagii* obseru. de Rabano, iunct. Canisii lection. antiq. tom. II. part. II. p. 285. et *Baluz.* praefat. ad Rabani epist. ad Heribald. §. 1. et 2. iunct. ed. Reginonis de disciplina eccles. quae Rabani epistola, diuersa ab eius poenitentiali, exstat quoque in Canisii Lectt. antiq. tom. II. edit. nouae, part. II. p. 293. sqq. *Harl.*

δ) *Gregorii Thaumaturgi* et *Gregorii Nysseni*, graecorum patrum, epistolae canonicae.

ε) *Canones poenitentiales Astenses*, in ditione Sabaudiae.

Post Antonium Augustinum vir et ipse doctissimus *Ioannes Morinus* ad calcem praeclari operis de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae, quod Parisiis primum 1651. fol. editum, deinde Bruxellis 1685. ac denique Venetiis 1702. recusum exstat, nouam poenitentialium libellorum collectionem dedit, in qua occurrunt:

a) Antiquus Poenitentialis romanus, qualem ab *Halitgario* excerptum et ab Hug. Menardo editum iam dixi. [conf. *Douiat.* Praenott. tom. II. p. 67. sq. *Harl.*]

b) *Egberti* Eboracensis archiepiscopi, defuncti a. C. 767. Excerptum siue capita 245. de canonibus catholicorum patrum, vel poenitentiae ad remedium animarum. Siue pars siue epitome operis in quatuor libros distincti et adhuc inediti, quod in variis Cantabrig. et Oxoniensibus bibliothecis superesse MStum *Caueus* kk) testatur. Partem vulgaverat

kk) In hist. litter. SS. eccl. tom. I. p. 627. sq. ad a. 731. Add. de Egberto *Fabric.* nostrum in bibl. med. et inf. latin. tom. II. pag. 76. sq. ed. Mans. sub voc. *Ecbertus*, qui praeterea etiam scribitur *Eckebertus*, *Eckbertus*; — paullo ante ad β. adscripta. — *Du Pin* Hist. eccles. vol. VI. p. 102. *Oudin.* tom. I. p. 1794. ad a. 750. — *Ballerin. Fr.* de antiq. collect. etc. part. IV. cap. 6. pag. 602. sqq. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 607. ex codd. Vatic. meliora docent. *Schroeckh.* l. c. part. XIX. p. 78. *Pertsch.* l. c. p. 146. sqq. qui cum Caueo tradit, *Excerptiones e dictis et canonibus SS. patrum concinnatas, et ad ecclesiasticae politiae constitutionem conducentes*

verat etiam *Spelmannus* tom. I. concil. Angl. Lond. 1639. fol. p. 258-276. atque inde exhibuit *Labbeus* tom. 6. concil. p. 1586. 1601. et *Harduinus* tom. 3. p. 1961. 1976. cum eiusdem Egberti dialogo per interrogationes et responsiones de institutione ecclesiastica p. 1979. [et *Colet.* in ed. Ven. ad a. 747.] (Labbeus tom. VI. p. 1604.) quem Dublinii vulgauerat *Iac. Waraeus*, [ll]) eques, a. 1664. 8. *Fabr.* Editor Cauei Hist. litt. etc. Basil. in notis addit, Ecberti dialogum ex edit. Dublinensi recudi fecisse *Henr. Wharton.* cum nonnullis Bedae opusculis Londin. 1693. 4. — eumdem dialogum repetitum esse typis in *Wilkins* conc. Britann. tom. I. p. 82. sqq. ibid. p. 101. sqq. exstare Ecberti excerpta, a Speelmanno edita, atque ibid. p. 113. sqq. Dau. Wilkins ex MSS. coll. corp. Christi Cantabr. publici iuris fecisse Egberti poenitentiale. In *Fabr.* bibl. med. et inf. lat. l. c. memoratur quoque, in Conciliorum editt. etiam legi Excerpta ex Egberti *constitutionibus ecclesiasticis*, easque ab *Hucaro*, fani germani in Corinia diacono, studiose in compendium redactas esse, testibus Lelando cap. 85. et Pitseo p. 154. (add. *Ballerinios* l. c. p. 605. sq.) in nota *b.* autem additur, non soli Ecberto omnia tribuenda esse, disputari a *Gundlingio* in Gundlingianis XXXVIII. p. 258. sqq. *Harl.*

c) Tres poenitentiales Andegauenses, ex codicibus MSS. D. de Loyauté, ciuis Andegavensis et in suprema Parisiens. curia aduocati.

d) Excerpta pauca e Reginone, poenitentiali romano, poenitentiali Theodori Cantuar. et Bedae. *Regino*, ex abbate (ab a. 892. ad 899.) Prumiensi ord. Benedicti in ditione Germaniae Treuirensi, monachus S. Maximini Treuirensis, (chronico [mm]) ad Alberonem Metensem [?] episcopum, quod a Christo nato ad tempora sua a. C. 907. deduxit, non incelebris,) qui opus insigne canonum, quod in vsus dioecesis maxime Trevirensis, hortante archiepiscopo Treuirensi Ratbodo, circa a. C. 906. composuit, editum primum a b. *D. Ioach. Hildebrando*, ex codice bibliothecae Helmstadiensis, qui olim Flacii Illyrici fuit, et in quo praeterea exstat synodus Remensis aduersus Arnulphum [nn]) a. C. 991. Editum autem est hoc titulo: *de disciplina ecclesiastica veterum, praecipue Germanorum, libri duo.* Helmst. 1659. 4. Fatetur ipse Hildebrandus, in defectu codicis MS. hunece se titulum praefixisse ex suo ingenio; nam in Viennensi codice, quem postea nactus est, ipse notat, inscribi *de ecclesiasticis disciplinis et religione christiana*, atque hunc titulum Trithemio etiam inspectum seruauit in sua editione *Stepha-*

tes absolui 144. capitibus. In cat. MSS. Angliae etc. I. part. alt. nr. 1384. in cod. Cantabr. collegii Bened. CVII. exstare dicitur *Poenitentia Egberti*, archiep. Eboracensis, in vol. I. nr. 2632. f. cod. Bodlei. XXXIII. excerpta ex poenitentiali libro *Ecgberti*: ibid. p. 261. in collectan. Ricardi Iamesii, 21. nr. 11. Excerptio de canonibus SS. patrum poenitentialis libri ad remedium animarum Egberti, archiep. Ebor. *Harl.*

ll) Male *Io. Vavraeus*, Harduino et Labbeo.

mm) Prodiit Reginonis chronicon Mogunt. 1521. fol. et inter scriptores rerum Germanicarum Pistorii tomo primo, Francof. 1583. fol. nec non cum chronico Conradi de Lichtenau, Argent. 1609. fol. Numeros annorum ab ipso esse auctore notat *Mabillonius* Itineris Germanici pag. 23. De MSto Vindobonensi vide *Lambec.* lib. 2. p. 390.

nn) De hac vide Baluzium praef. ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani §. 14. et praef. ad Reginonem §. 4. seq.

Stephanus Baluzius, qui Reginonis libros duos, quorum prior Clericorum res maxime, posterior Laicorum spectat, ad Helmstadiensem editionem, veteremque codicem MS. bibl. oratorii Parisiensis, eodem, quo vsus fuerat Morinus, emendatos, cum notis, citatisque in margine canonum et capitularium regularumque monasticarum, nec non Burchardi et aliorum locis vulgauit Paris. 1671. 8. **) Idem Baluzius praef. ad Ant. Augustinum de emendatione Gratiani §. 17. obseruat, Reginonem admodum raro vti Pseudepigraphis epistolis decretalibus, ab Isidoro Mercatore collectis. Subiunxit Hildebrandus Varias lectiones non Viennensis modo codicis, sed Moguntini quoque, nec non adpendicem plurium capitum, quae in MS. Helmstadiensi absunt. Eam adpendicem etiam auctam et emendatam Baluzius adiunxit, vna cum *Rhabani Mauri* poenitentiali altero, quod *epistola ad Heribaldum* episcopum Alcedronensem siue Autissiodorensem, a. C. 853. scripta, continetur, et lucem viderat in Petri Steuartii tomo ineditorum, Ingolst. 1616. 4. Eadem multa haec epistola, quae Rabani poenitentium liber supra memoratus continet, et citatur non raro tum a Reginone, tum ab Iuone, Gratiano, etc. Reginonis [P] effigies aere descripta exstat in Isaaci Bullarti academia scientiarum, edita gallice Paris. 1682. fol. tom. I. p. 121. *Fabr.* Conf. *Fabric.* nostrum in bibl. med. et inf. latinit. tom. VI. p. 62. ed. Mansi: — *Cau.* in Hist. litter. S. S. eccl. vol. II. p. 68. ad a. 892. — *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 407. sq. ad a. 900. — *Douiat.* in Praenott. etc. tom. I. p. 635. inprimis de eius libr. de disciplinis eccles. etc. tom. II. p. 68. sqq. cui videtur auctor ordinem Martini Bracarensis imitatus: idem Douiat. operis rationem describit, et numerum capitum colligit: Schottus autem in nota a. animaduertit, Baluzii editionem, Helmstadiensi editione longe praestantiorem, recusam esse Viennae 1765. 4. textum vero ex Baluzii recensione, omissis eius notis, repetitum esse ab *Harzhemio* in concil. German. tom. II. p. 438. *Lakics* tamen in Praecognitis iuris eccles. vniuersi §. LII, vbi recenset Reginonis collectionem, p. 85. scribit, Baluzii edit. recusam esse Viennae a. 1769. cura de Riegger: idem *Lakics* refert ex Kollarii narratione, in bibl. caesarea seruari cod. inscriptum, *Libellus de disciplinis ecclesiasticis et religione christiana*, ex eoque posse Baluzianam edit. non nihil emendatiorem effici. Insuper copiose agit de Reginonis collectione et edd. Hildebrandii, sumprimis Baluzii, *Pertsch* in: Hist. des kanon. Rechts sect. II. §. 32. et 33. p. 189. sqq. — Reginonem in vsum ecclesiae Treuirensis iussu Ratbodi, Treuirensis archiepiscopi, composuisse collectionem, res admodum dubia videtur *Berardo* in dissert. de variis canon. collectt. ante Gratianum, obseru. V. §. VIII. p. 720. sq. in Gallandii sylloge, tom. I. Add. cel. *Glück* in Praecognitis p. 436. sqq. et p. 440. not. 9. et *Fuchs* in cit. biblioth. I. p. 329. meminit *Abbonis* monachi et abbatis Floriacensis, sub exitum saeculi X. qui praeter alia scripsit collectionem canonum, ex capitularibus Franc. et Iustiniani nouellis haustam et in 52. capp. digestam, quam edidit *Mabillon* tom. II. Analector. p. 248. editionis autem in fol. pag. 133. Idem obseruat *Lakics* l. mem. pag. 84. sq. in schol. I. idemque, „seruat, ait, praeterea bibliotheca Sorbonae egregiam collectionem MStam iussu Haemonii, episcopi Verodunensis, a. 1009. confectam, et dicatam Anselmo

**) Vid. *Heineccius* in Hist. iuris ciuil. libr. II. §. 50. not. *Harl.*

ſelmo cuidam archiepiſcopo, de qua *Salmon* tract. de ſtud. concil. pag. 43. ſq." — *Reginonis* et *Abbonis* collectt. copioſe quoque recenſent *Ballerini* de antiq. collection. part. IV. cap. 11. in Gallandii ſylloge etc. I. part. 631. ſqq. *Harl.*

e) Excerptum ex regulae *Chrodogangi* circa a. C. 757. canonicis ſuis datae cap. 28. 29. 30. Chrodogangi huius, ab a. 742. ad 766. Metenſis epiſcopi, qui aliis Crodegrandus ſiue Crodogandus, (*Trithemio* c. 255. de ſcript. eccleſ. Ruggandus,) regula clericis Metenſibus praeſcripta, in qua S. Benedicti regulam frequenter ſequitur, edita eſt a *Luca Dacherio* tom. 1. ſpicileg. p. 205. [nou. edit. tom. I. p. 565.] et minus interpolata a *Labbeo* tom. 7. concil. p. 1444. et *Harduino* tom. 4. p. 1181. [atque *Coleto* in ed. concil. Veneta, tom. IX.] et a *Carolo le Cointe* tom. 5. Annal. eccleſiae Francor. ad a. C. 757. p. 567. 587. Vide etiam *Andream du Cheſne* tom. 2. ſcriptor. Francor. p. 204. et concilium Aquisgranenſe a. C. 816. et regulam ex Chrodogando et aliis, quam dant *Labbeus* tom. 7. concil. p. 1464. et *Harduinus* tom. 4. p. 1198. *Fabr.* Plura de eo narrarunt *Fabric.* noſter in bibl. med. et inf. lat. tom. I. p. 377. ſq. ed. Manſi. *Oudin.* in comm. de ſcriptt. eccleſ. tom. I. col. 1797. ſq. ad a. 760. qui eum vocat *Chrodegandum; Du Pin* Hiſt. eccleſ. vol. VI. p. 106. — *Caueus* in comm. de SS. eccleſ. tom. I. p. 629. ad a. 742. et *Schroeckh* in: chriſtl. Kirchengeſchichte, tom. XX. p. 82. ſqq. et 90. ſqq. *Harl.*

f) Excerpta ex tribus codicibus Turonenſis eccleſiae, tribus Remenſis, et duobus Bellovacenſis, duobus collegii Foxenſis Toloſani, quatuor codicibus eccleſiae Rothomagenſis, et decem variis codicibus MSS. abbatiae S. Victoris Pariſ.

g) Notitia de *Ordine Romano* MS. breuiore et antiquiore, atque adeo ſinceriore, quam in Melch. Hittorpii ſcriptoribus de Diuinis officiis Colon. 1568. fol. ſub init. et in operibus Georgii Caſſandri p. 97. et in bibliothecis patrum ſaepe prodiit ab Alcuino, vt videtur, ad aetatis ſuae mores auctus et interpolatus. Vide *Henr. Whartoni* auctarium ad Vſſerium de ſacris ſcripturisque vernaculis p. 359.

h) Notitia de antiquiſſimo Sacramentario Gelaſiano, quod ex Petauiana venit in bibliothecam Chriſtinae, reginae Sueciae. De libro ſententiarum magiſtri *Roberti Pulli*, cardinalis, circa a. C. 1144.

i) Ex duobus ſacramentariis Toloſanis excerpta, et ordo poenitentiae imponendae, et de reconciliatione poenitentium.

k) Ex codice MS. abbatiae Dionyſianae in agro Pariſienſi.

l) Ex duobus ſacramentorum libris in bibl. Thuana.

Ab eo tempore *Iacobus Petitus* ad calcem Theodori Cantuarienſis edidit excerpta ex poenitentialibus MSS.

α) Magiſtri *Bartholomaei*, Oxonienſis epiſcopi.

β) *Petri*

β) *Petri* Pictauienfis, canonici S. Victoris.

[P] γ) Magiftri *Roberti de Flamesbure*, canonici S. Victoris et poenitentiarii. Adde, praefationem Roberti de Flamesbure ad Decanum Salisburienfem exftare apud *Baluzium* tom. VII. Mifcell. pag. 345. atque *Rabani* et *Benedicti Anienfis* poenitentiales libellos exhiberi ab eod. *Baluzio* poft Capitularia Francorum pag. 1378. 1385. nec non *Petri Exonienfis* fummulam, qui circa a. 1287. fcripfit, ab *Harduino* tom. VII. concilior. pag. 1124. Canones poenitentiales fecundum *S. Hieronymum* ex MS. cod. 400. annorum, monafterii S. Andreae prope Auenionem vulgauit *Io. Marcianaeus* inter fuppofita Hieronymo, tom. V. p. 5-10.

δ) Magiftri *Ioannis de Deo*.

ε) Ex anonymo de facramento poenitentiae in bibl. S. Victoris Paris.

ς) Ex formulario poenitentiali MS. bibl. regiae Nauarrae.

ζ) Ex libro MS. bibl. S. Victoris Paris. cui titulus: *Correctior et Medicus, qui correctiones corporum et animarum medicinas continet.*

η) Ex libro poenitentiali MS. bibl. Victorinae a diuerfis libris poenitentialibus defumto.

θ) Ex tractatu de poenitentia in fumma fcholaftica *Petri* Cantoris Paris. in fumma *Magiftri Praepofitiui*, cancellarii Parif. et in fumma magiftri *Roberti de Chorcon*, cardinalis.

Praeter haec ab Antonio Auguftino, Io. Morino et Iac. Petito vulgata, huc faciunt:

Collectio antiqua canonum poenitentialium faeculo IX. antiquior, inque tres diftincta libros, quam tomo vndecimo fpicilegii vulgauit *Lucas Dacherius* Parif. 1672. 4. [et tom. I. p. 509. fq. ed. nou. *Harl.*] Praefationem huius operis vidit et partem eius vulgauit Beatus Rhenanus in admonitione de Tertulliani dogmatibus, teftatus opus ipfum magno redimere fe cupere. Vide *Baluzium* ad Gratianum p. 462. [et in notis ad Agobardum de difpenfatione, cap. 20. conf. *Pertfch.* Hift. cit. p. 150. fqq. *Harl.*]

Halitgarii, epifcopi Cameracenfis, qui a. C. 831. obiit, de vitiis et virtutibus, remediis peccatorum et ordine atque iudiciis poenitentiae, libri fex, quorum *fextus* fiue vltimus eft poenitentiale romanum, de quo fupra p. 74. ed. vet. et ed. nou. p. 240. abunde dixi. Libros V. in lucem protulit *Henr. Canifius* tom. V. lect. antiqu. parte 2. p. 227. Ingolftad. 1604. 4. pp) Inde recufi funt in bibliotheca patrum Colon. 1618. tomo VIII.

pp) In noua *Iac. Bafnagii* edit. tom. II. p. II. p. 87. ad 144. vna cum additamentis, et §. 3. *Bafnagii* obferu. de Halitgarii libro poenitentiali. Conf. *Fabric.* noftrum in bibl. mediae et inf. latinit. tom. III. p. 185. fq. ibique Manfium de libro *de vita facerdotum*, diuerfo a libro poenitentiali; *Buddeum* in Ifagoge cit. tom. pofter. p. 703. — *Ballerinos Fr.* de antiquis collect. part. IV. cap. 8. §. 3. p. 620. in Gallandii fylloge etc. tom. I. — *Douiat.* in Praenott. tom. II. p. 126. fq. ibique Schotti not. — *Pertfch.* Hiftorie des kanon. Rechts, p. 168. fqq. — *Schroeckh.* chriftl. Kirchengefchichte tom. XXIII. pag. 301. *Harl.*

et Parif. 1654. tomo V. et Lugd. 1672. tomo XIV. Ex his *liber I. et II.* iidem funt, qui inter *Rabani Mauri*, archiepifcopi Moguntini, a. C. 856. defuncti, opera prodiere tom. 6. p. 125. Liber I. et II. de vitiis et virtutibus, et peccatorum fatisfactione in remediis, fiue de poenitentiis. *Liber III. et IV.* Halitgarii refpondent libro II. et III. fub eiusdem Rabani nomine editis tom. 6. p. 116. feq. de quaeftionibus canonum poenitentialium ad Heribaldum epifcopum Autiffiodorenfem. *Liber quintus* Halitgarii denique idem eft, qui fub Rabani nomine ad Heribaldum legitur primus tom. 6. p. 110. Supereft liber tertius fiue vltimus *Rabani* de vitiis et virtutibus, qui eft de [P] grauibus mortalibus peccatis et eorum fatisfactione, capita LXXXIII. tom. 6. p. 130–154.

S. Columbani, Luxouienfis in Burgundia abbatis, qui a. C. 615. obiit, poenitentiale MS. laudat Hugo Menardus p. 932. ad Gregorii M. facramentorum librum. Eiusdem Columbani de poenitentiarum menfura, fiue poenitentiale ad calcem eius regulae coenobialis, prodiit in codice regularum Holftenii, Rom. 1661. 4. Parif. 1663. 4. parte 2. p. 98. et inter Columbani opera a Patricio Flemingo edita Louan. 1667. p. 197. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. XII. p. 21. [conf. *Fabric.* noftrum in bibl. med. et inf. latinit. tom. I. p. 401. fq. ed. Manfi.]

Cumeani fiue *Cummiani*, abbatis Hiberni, qui circa a. C. 660. diem obiit fupremum, liber de poenitentiarum menfura exftat in eodem tomo XII. bibliothecae patrum Lugd. pag. 42-48. Ediderat Patricius Flemingus ex codice bibl. Sangallenfis, et Columbano adiunxerat. [conf. *Fabric.* l. c. p. 438. ibique Manfium.]

Liber poenitentialis ad inftar libri canonum poenitentialium ex SS. Auguftini, Hieronymi et Gregorii M. dictis, nefcio, quo auctore collectus et fine loco aut anno impreffionis editus in fol. fuit in bibl. Sarraziana, in cuius catalogo memoratur p. 32.

Poenitentiale fiue iudicia congrua poenitentibus, capitula XXXIII. excerpta ex patrum dictis canonumque fententiis prodierunt in bibliotheca patrum Parif. 1589. et 1654. tom. VI. et tom. VI. concil. Labbei pag. 1468. et tom. III. Harduini pag. 1869. fub nomine *Gregorii III.* (papae ab a. C. 731. ad 741.) Petro Pithoeo videtur pofterioris fcriptoris.

Collectio canonum poenitentialium MS. in bibl. Michaëlis Thomafii, epifcopi Ilerdenfis, qua vfi correctores romani ad Gratianum.

Eugenii papae canones poenitentiales in bibliotheca Io. Tilii MS. memorat idem Pithoeus.

Canones XLVII. poenitentiales, decreto Gratiani fubiecti in editione Pithoeorum atque aliis quibusdam, et *Gratiani* ipfius tractatus *de poenitentia*, infertus caufae XXXIII.

13) Bur-

13) *Burchardus* siue *Brocardus qq)* Hassus, ex Lobiensi monacho dioecesis [?] Leodiensis, ord. S. Benedicti, Wormaciensis ab a. C. 996. episcopus, ab *Olberto*, abbate postea Gemblacensi, praeceptore suo adiutus, rr) Walterio Spirense episcopo impellente composuit, et Brunichoni ecclesiae Wormatiensis praeposito, dicauit *duodecim tomos decretorum* collectos ex sacris litteris, ex conciliis et epistolis spuriis decretalibus, ss) nec non poenitentiali romano, Theodori et Bedae et ex scriptis SS. Gregorii, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Benedicti, Basilii magni et Isidori, et sub titulis digestos. Hoc opus ipsum integrum necdum lucem vidit, sed tantum excerpta ex illo diuisa in *libros XX.* ex quibus Surius modo XVI. habuit, quibus in conciliorum editione vtitur sub hoc titulo, *ex codice XVI. librorum.* Exemplaria vetustissima Burchardi Pithoeus testatur exstare in bibliothecis ecclesiarum Carnotensis, Tricassinae, Vesuntinae, Burdigalensis. In Hendreichii Pandectis Brandenburgicis p. 794. memoratur editio Burchardi Parisiensis 1499. 8. quam numquam videre me, nec ab aliis laudari memini. Sed cum viginti illis, quos dixi, libris Decreti, *lex familiae* excusa est Coloniae 1548. (1549.) fol. et 1560. fol. ex editione Bartholdi Questenburg. Eadem deest in editione Paris. 1549. (1550.) apud Ioannem Foucherium, 8. Sed hanc claudunt *canones synodi Salegunstadensis* sub Aribone Moguntino archiepiscopo, cui Burchardus praesens adfuit a. C. 1023. et *quomodo initianda synodus*, siue constitutio ordinis qui in celebranda synodo obseruari debet. Bene multa accepisse Burchardum a Reginone, nec pauca de suo addentem multa corrupisse, notat *Baluzius* ad Reginonem pag. 454. sq. et ad Gratian. p. 539. 542. etc. Idem in praef. ad Ant. Augustinum de emendatione Gratiani §. 18. testatur, se tria vidisse Burchardi antiquissima exemplaria optimae notae. Ex his codicem Dionysii Talonii, laudat p. 497. 502. etc. Atque editos libros non satis integros atque emendatos exstare, obseruatum etiam in Georgii Cassandri operibus pag. 1091. et 1098. *Nacti etiam sumus,* inquit, *MStum opus Burchardi, quod obiter tantum cum impresso Parisiis anno MDXLIX. contulimus, et deprehendimus epistolae phrasin totam immutatam. In libro vero XX. impressus liber capita C. exscriptus [?] vero CLVIII. continet, et quorundam capitum ordo immutatus legitur.* Io. Molinaei tamen editio, quem Burchardi libris emendandis operam locasse Cassander ibidem testatur, lucem haud vidit. Non ipso Burchardi opere, sed tantum illius epitome vsum fuisse Gratianum, monet *Guido Pancirollus* III. 1. de claris legum interpretibus. Argumenta librorum viginti editorum adscribere supersedeo, quia ista habes etiam apud *Gerh. Mastrichtum* histor. iuris eccles. §. 251. et *Casp. Sagittarium* tom. 2. introduct. in hist.

qq) Hinc *brocardica iuris.* Confer D. *Christiani Thomasii* dissert. de brocardico, *causa fatua excusat a dolo.* [*Grauina* de origine iuris ciuil. lib. I. p. 179. *Harl.*] Damasii *Burchardica* siue regulas canonicas ex recensione Petri Alauni Aquilii. Colon. 1564. 8.

rr) Vide Baluzium §. 18. praef. ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani.

ss) *Blondellus* prolegom. ad Pseudo-Isidor. p. 98. Vicissim capitularibus noluisse Burchardum vti, notat *Baluzius* ad Gratian. p. 530-539. etc. [quod exemplis quoque probat *Doujat.* in Praenott. libr. III. cap. 23. §. 5. tom. I. p. 78. sq. ed. Schott. isque §. 1. p. 72. sqq. agit de Burchardo ipso; §. 2. de titulo eiusdem operis; §. 3. de numero et ordine XX. librorum; §. 4. vnde decerpserit decreta; §. 6. de sensu et origine voc. *Brocardica;* adde Schotti notas. *Harl.*

hist. eccles. p. 750. seq. Obiit Burchardus a. C. 1025. 13. Kal. Sept. *Fabr.* Add. *Fabr.* nostri bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 302. sq. ed. Mansi, vbi adnotatur, Statuta canonum de officio sacerdotum, ex libris Burchardi vulgata esse a *Canisio* tom. VI. antiq. lect. in tom. III, edit. Basnag. f. 297. sqq. — *Fleury* histoire eccles. libr. LVII. §. 54. et LVIII. §. 52. — *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. col. 525. sqq. ad a. 1000. — *Caue* hist. litter. SS. eccl. II. p. 115. — *Ballerin.* l. c. part. IV. cap. 12. qui veram Burchardi praefationem ex cod. loco vulgatae mutatae reddidere, in Gallandii sylloge etc. I. p. 633. sqq. ibid. p. 721. *Car. Seb. Berard.* diss. obseru. V. §. 9. — *Pertschii* hist. laudat. sect. II. §. 34. 35. p. 194. sqq. qui alios VV. DD. excitat; — *Lakics* Praecogn. iuris eccles. pag. 85. sq. qui nec ingenium nec doctrinam Burchardi laudat: cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 438. sq. qui etiam notat, Burchard. non solum abstinuisse a Francorum capitularibus in collectionem suam referendis, sed etiam, quae ex illis mutua sumsit, aliis falso tribuisse auctoribus, atque in nota 12. prouocat ad *Baluzii* differt. de capitularium Francorum nomine etc. praemissam eius collectioni capitularium, Paris. 1677. separatim repetitam Vindobonae 1771. 8. §. XX. — *Fuchs* in: Biblioth. der Kirchenversamml. I. p. 329. sq. et *Schroeckh* christl. Kirchengeschichte tom. XXII. p. 414. sqq. *Harl.*

14) *Iuo* Carnotensis ab a. 1092. episcopus egregius doctrina, zelo, prudenti constantia et fide, diem obiit a. 1115. die 23. Decembr. de cuius vita *Iohannes Fronto* in opusculis, quae iunctim excudenda dedi Hamb. 1720. 8. [rec. Veronae 1733. 8.] et ante opera Iuonis edita ex Ioh. Baptistae Soucheti recensione, Paris. 1647. fol. et in actis sanctorum 20. Maii tom. V. p. 247. Vide et Iacobi *Hommey* supplementum patrum p. 526. atque librum editum Paris. 1701. 12. *l'Esprit d' Yve de Chartres dans la conduite de son dioecese et dans la Cour de France et de Rome.* Journal des Sauans 1701. p. 540. Huius Iuonis *Pannormia*, (ita enim constanter veteres codices et Trithemius, non *Pannomia*,) exstat diuisa in partes octo: exstat etiam maior *liber canonum* siue *decretum Iuonis* in partes XVII. digestum, et curante *Io. Molinaeo* Gandensi, Louanii 1561. fol. editum, postea cum aliis Iuonis scriptis Paris. 1647. fol. ad fidem codicis antiquissimi S. Victoris Paris. recusum. *Pannormia* prodiit Basileae 1499. 4. expensis Michaelis Furter, cum praefatione Seb. Brandt: et Louanii 1557. 8. non satis emendate, curante Melchiore a Vosmediano. Vtrique operi praemittitur praefatio, quae his verbis incipit: *Excerptiones ecclesiasticarum regularum, partim ex epistolis romanorum pontificum,* (etiam spuriis illis, tt) Burchardi exemplo,) *partim ex gestis conciliorum catholicorum episcoporum, partim ex tractatibus orthodoxorum patrum, partim ex institutionibus catholicorum regum,* (quas regum leges Burchardus omiserat,) *nonnullo labore in vno corpore adunare curaui.* Sebastianus Brandt suspicatur, Pannormiam esse compendium, quod ex maiori Iuonis decretorum opere concinnauerit *Hugo* Catalanus. uu) Et sane Vincentius

tt) id. Blondellus p. 100.

uu) Circa a. 1100. vid. Iac. Bergomas. *Fabr.* Iuonis esse Panormiam, negat quoque *Rob. Bellarminus* de SS. ecclef. in Gratiano p. 187. cui suffragatur *Ger. van Mastricht* in histor. iuris eccles. num. CCLXVII. p. 306. Hugonem Catalau-

tius Bellouacensis XXV. 84. speculi historial. quum dixisset, librum decretorum [P] Iuonis, non paruae quantitatis esse, nec facile portatilem, subiungit: *Hugo Catalanensis ex eodem volumine abbreuiato libellum portatilem legitur composuisse, qui et ipse apud nos est et summa decretorum Iuonis adpellatur.* Hanc Brandti coniecturam videtur firmare, quod Innocentius secundus, cuius decreta in calce Pannormiae leguntur, post Iuonem fuit. Verum Anton. Augustinus et Steph. Baluzius vv) testantur, illa in antiquissimis codicibus Pannormiae non exstare, sed a recentiore manu esse addita. Neque pro epitome maioris operis haberi potest, quum pauciora habeat, in quibus cum illo conuenit, neque in codicibus vetustis *summa decretorum*, quo titulo epitomen memorat Vincentius, sed *Pannormia* adpellatur. Igitur Baluzio adsentior, Hugonis epitomen intercidisse, et Iuonem ipsum primo composuisse Pannormiam, deinde, quum probari eam legentibus videret, ad maius opus concinnandum etiam animum adpulisse. Maius hoc decreti opus vna cum Pannormia lucem vidisse Basileae 1499. 4. praeter rem traditur a *Caueo* in hist. litteraria scriptorum ecclesiasticorum, ww) et in *Laur. Neocori* biblio-

lāuunum eam ex maiore opere contraxisse, adfirmat *Guil. Pancirollus* de claris legum interpretibus libr. III. cap. 1. Verum *Buddeus* in Isagoge — ad theolog. vniuers. tom. poster. p. 771. sq. subscribit iudicio Fabr. nostri, additque *I. C. Zieglerum* de orig. et increm. iuris can. §. 35. Bellarm. ration. refutasse. *Harl.*

vv) *Baluz.* §. 20-23. praef. ad Anton. Augustin. [cuius iudicium, *Labbeanae* opinioni de scriptorr. eccles. a Bellarmino recensitis, tom. II. p. 504. oppositum late refert *Oudin.* l. c. *Harl.*]

ww) Pag. 160. sq. ad a. 1092. vbi de vita operibusque horumque editionib. *Iuonis siue Yuonis* agitur atque in edit. Basil. in nota *d.* obseruatur, librum *Panormiae* Iuonis Carnotensis de multimoda distinctione scripturarum sub vna castorum eloquiorum facie contentarum haberi MS. in bibl. Cotton. sub Vitellio A. 3. n. 1. (p. 81. cat. MSS. mox citandi.) — In eiusdem bibl. Cotton. MSSt. catalogo, sub fin. cat. MSS. Angliae etc. pag. 38. nominantur *Iuonis* sermones XIV. in celebrioribus anni festis habiti, et epp. CCLIII. — p. 68. XIV. 2. excerpta s. chronica Iuonis; p. 72. VII. varia Iuonis opp. — p. 93. XIII. 1. Vita b. Augustini, Hipponensis episcopi, per Iuonem. — p. 97. VIII. 22. Historia Iuonis succincta, inprimis de gestis quorumdam regum Assyriorum, et de gestis omnium romanorum impp. ad tempus Ludouici Pii, a. 814. et p. 135. XII. 3. Iuonis sermo de sacramentis dedicationis ecclesiae ad nuper baptizatos. — De Iuone eiusque opp. consulendi sunt *Fabric.* noster in bibl. med. et inf. latin. ed. Mansi, tom. IV. p. 205. sq. vbi dicitur Iuo fuisse episcopus ab a. 1090. ad 1117. et in nota *d.* laudantur *Pagi.* ad a. 1092. nr. 3. sq. et *Bened. Pistetus* saec. XI. p. 949. sq. contra Baronii sententiam et Sirmondi tom. III. opp. p. 676. qui pugnant pro a. 1092. In nota *h.* animaduertitur, insignem cod. M. Decretorum esse etiam Lipsiae in bibl. Paullina, et de altero cod. quo vsus est Molinaeus, vid. G. Cassandri opp. p. 1195. et 1116. — *Du Pin* Hist. eccles. vol. X. p. 1. — *Oudin.* comm. de SS. eccles. tom. II. col. 871. sqq. ad a. 1100. — *Ballerin. Fr.* in Gallandii sylloge etc. I. p. 586. sq. §. IX. — Ibid. p. 721. sq. *Berard.* de variis canon. collectt. ante Gratianum §. X. — *Pertsch.* in: Historie des kanon. Rechts §. 38. p. 206. sqq. de Iuone eiusque *Decreto*, et §. 39. p. 209. sqq. de *Pannormia*, quam neque ab Hugone ex maiore opere Iuonis fuisse contractam, neque, vt putabat *Douiat* in hist. du Droit canon. part. I. cap. 27. §. 7. ab Hildeperto, archiepiscopo Turonensi, (Tours) esse confectam, at dubium, num Iuo illius auctor omnino sit, adhuc esse censet. — *Douiat.* in Praenotion. libr. III. cap. 27. p. 91. sqq. multus est de Iuonis Decreto, cap. autem 28. p. 95. sqq. de Pannormia: §. IV. adserenda ei videtur aduersus Hugonem, et diuersa ab epitome Decretorum: §. VIII. instituit collationem vtriusque operis Iuoniani, ad diuersum ordi-

bibliotheca nouorum librorum a. 1698. p. 58. Libro *primo* maioris operis, res ad sacrum baptismum et confirmationem pertinentes exponuntur: *Secundo* de sacra coena et missa et sanctitate aliorum sacramentorum: *Tertio* de ecclesia et rebus ecclesiasticis: *Quarto* de festis ac ieiuniis, scriptura sacra, ecclesiae consuetudinibus et conciliis: *Quinto* de primatu ecclesiae romanae, et de primatum, metropolitanorum, episcoporumque ordine ac iuribus: *Sexto* de vita, ordine et censura clericorum: *Septimo* de monachis: *Octauo* de coniugio et virginitate, de raptu, concubinatu, adulterio: *Nono* de incestu et gradibus prohibitis: *Decimo* de homicidiis voluntariis et inuoluntariis: *Vndecimo* de magis, sagis, histrionibus: *Duodecimo* de mendacio, periurio, etc. *Tertiodecimo* de furto, vsuris, venatoribus, ebriosis, furiosis, Iudaeis: *Decimoquarto* de excommunicatione: *Decimoquinto* de poenitentia: *Decimosexto* de officio et iudiciis Laicorum: *Decimoseptimo* SS. patrum, et Gregorii M. prae ceteris sententiae de fide, spe et charitate.

Quo facilius et *Pannormiam* possis cum maiore illo decreto conferre, ac quam verisimiliter pro epitoma eius haberi possit, iudicare; [P] en tibi etiam huius librorum octo argumenta, qualia auctor ipse in calce prologi exposuit. Prima pars *huius libri continet de fide et de diuersis haeresibus, de sacramento, id est, baptismate et ministerio baptizandorum et consecrandorum et consignandorum et consignatorum et de obseruatione singulorum, et quid conferat baptismus, quid confirmatio. De sacramento corporis et sanguinis Christi. De missa et sanctitate aliorum sacramentorum.*

Secunda pars *continet de constitutione ecclesiae et oblationibus fidelium. De dedicatione et consecratione ecclesiarum et altarium. De sepultura et presbyteris, et de eorum ecclesiis. De decimis et legitima possessione, et de confugientibus ad ecclesiam. De sacrilegio. De libertorum tutela. De alienatione et communicatione rerum ecclesiasticarum. De scripturis et authenticis conciliis.*

Tertia

ordinem duorum voluminum cognoscendum. — cel. *Glück* in Praecognitis etc. §. 174. p. 438. sqq. vbi obseruat, abbates Camaldulenses (de claris archigymnasii Bonon. Professor. tom. I. P. I. pag. 248. §. 3. et 4. ex quo in not. 16. Mauri Sartii notitiam cod. et iudicium adponit, demonstrasse, decretum Iuonis in edit. Molinaei, septendecim constans partibus, auctoris scopo haud respondere, illudque aliena manu valde interpolatum esse et adauctum, demonstrasse et in cod. quodam bibl. Corsinianae, qui Iuonis ipsius aetatem prae se fert, genuinum Iuonis decretum contineri. In illo enim codice totum opus est in partes XVI. distributum, eo ordine, qui reperitur in libris editis; deest autem pars XVII. quae in editis libris inscribitur de speculatiuis sententiis, et singulae partes multo sunt breuiores, quam in editis exemplaribus; — *Lakics* in Praecognitis iuris eccles. cap. III. §. 57. p. 92. sqq. — *Ign. Mulzer* in historia legg. eccles. etc. §. 63. p. 33. sq. pauca de Iuone tradit; plura de eo eiusque scriptis *Schroeckh* in: christl. Kirchengeschichte, tom. XXVII. p. 13. sqq. 20. sqq. de eius Decreto et Pannormia; p. 170 225. XXVI. p. 22. 56. sq. XXVIII. p. 277. 279. *Hark.*

Tertia pars *continet de electione et consecratione papae, archiepiscoporum: de ordinibus, de clericis et de laicis: ordinandis et non ordinandis. De mutatione episcoporum. De ordinatis non reordinandis. De continentia ordinatorum. De simoniace ordinatis et ordinatoribus, quod omnino sint deponendi, et quod misericorditer reconciliandi. De professione haereticorum. De lapsu in sacris ordinibus, quod non debeant ministrare, et quod misericorditer ad ministrandum possint accedere. De clericis homicidis, quod non debent ministrare. De vsurariis. De seruis per ignorantiam ordinatis, qui debeant manere in ordinatione, qui non. De clericis ebriosis scurrilatoribus: de monachis. De aetate, qua possint parentes contradicere religioni filiorum, et qua non possint: de viduis et virginibus velatis: de abbatissis.*

Quarta pars *continet de primatu et dignitate romanae ecclesiae: de conciliis conuocandis. De prouincia, quomodo sit constituenda: de potestate primatum et metropolitanorum episcoporum. De negotiis et causis clericorum, vbi debeant tractari. De spoliatis reuestiendis. De accusatione, et quo ordine, et a quibus personis, et aduersus quas personas debeat vel non debeat fieri. De testibus, qui et quomodo, et quot et in quo negotio testificari debeant. De iudicibus, quales debeant esse, et quando sententiam iudicii debeant proferre. De adpellatione, quo tempore et qua ratione debeat fieri, et de poena male adpellantium.*

Quinta pars *continet de clericis, sola infamia sine testibus, accusatis, quota manu se debeant purgare. De causis et negotiis laicorum. De vocatione excommunicandorum. De licita et illicita excommunicatione. De absolutione. De illis, qui excommunicatis in fidelitate aut sacramento* [?] *adstricti sunt, possunt sine periurio absolui ab illo sacramento. De haereticis post mortem excommunicandis. Quod sit communicandum non ex nomine excommunicatis.*

Sexta pars *continet de nuptiis, quo scilicet tempore et inter quas personas et qua de causa debeant fieri. De tribus, quae perfectum reddunt coniugium. De perfecto et imperfecto coniugio. De concubinis. De coniugibus, quorum alter sine altero continentiam vouit, vel religionis habitum sumsit. De vxoribus, quae viris in captiuitatem ductis, aliis nupsere. Quod sit coniugium inter personas eiusdem religionis vel fidei: non potest et inter Iudaeos; inter personas vero, quae non sunt eiusdem religionis vel fidei, non potest fieri coniugium. Quibus de causis non debeat solui coniugium. Cuiusmodi coniunctio non facit coniugium. De separatione coniugii non ob causam fornicationis.*

Septima pars *continet de separatione coniugii ob causam fornicationis carnalis. De viro, qui cum alterius vxore fornicatur, quod post mortem mariti non potest eam habere vxorem. De interfectoribus coniugum suarum. De fornicatione spirituali, quod propter eam licite dimittatur vxor. De reconciliatione coniugum. De sacramentis, quod debent viri facere mulieribus, et mulieres viris suis quando reconciliantur. De subiectione, qua debent vxores subiici viris suis. Qua ratione non debet fieri coniugium inter parentes. De eo, quod vnus vir non potest duas commatres ducere vnam post aliam. De eo, qui cum filiola sua aut eum commatre sua, aut qui filium suum baptizauit, aut eius vxor filium suum, aut priuignum suum de sacro fonte leuauit, aut ad confirmationem tenuit, et ideo voluit separari. In quo ramusculo*

consanguinitatis possunt coniugia fieri. De accusatione consanguinitatis, et a quibus personis debet fieri. De inquirenda parentela et de incestuoso coniugio: discidio de gradibus consanguinitatis, recto et transuerso ordine dispositis.

Octaua pars *continet de homicidio spontaneo et non spontaneo, et quod potest fieri sine peccato: de eo, qui quemlibet clericum occiderit, quid debeat emendare. De eo, qui percusserit mulierem in vtero habentem et abortierit, vtrum homicidium fecerit, nec ne. De incantationibus et diuinationibus, et diuerso genere magicae artis. De natura daemonum. De sortibus. De obseruatione dierum et mensium. De iuramento, quod debeat teneri, nec ne; et quos habeat comites. De omni genere mendacii.*

15) *Herardi,* Turonensium archiepiscopi a. C. 858. constituti capitula CXL. ex corpore canonum excerpta, editaque a Iac. Sirmondo in conciliis Galliae, atque hinc recusa tom. VIII. concil. [P] Labbei p. 637. et tom. V. Harduin. p. 450. nec non in Capitularibus Baluzii tom. I. col. 1283. sqq. De hoc Herardo *Baluzius* ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani p. 485. Sed *Labbeus* p. 637. et *Harduinus* p. 459. subiecerunt etiam *Gualteri* siue *Walteri* episcopi ab a. C. 870. Aurelianensis capitula XXIV. ex editione Lud. Cellotii, S. I. cuius notas quoque Labbeus [et Colet. concil. tom. X. col. 59. et 69. sqq.] adiunxit, Harduinus omisit. *Fabr.* Conf. *Fabricii* nostri bibl. med. et inf. latin. tom. III. p. 234. ibique Mansium, et *Pertsch* Histor. des kanon. v. Kirchenrechts, p. 186. sq. *Ballerin.* in Gallandii sylloge etc. I. p. 625. §. VII. qui etiam memorant cod. Vatic. reginae 612. vbi plura Herardi capitula simul coëunt, conficiuntque capita XLVI. *Harl.*

16) *Isaacus* episcopus ab a. C. 859. Lingonensis, teste scriptore chronici S. Benigni, *composuit librum, qui dicitur Canones Isaac, eoque ex libris canonum vtiliora quaeque eligendo in vnum volumen coartauit.* Illum librum primus edidit *Sirmondus* in conciliis Galliae, inde *Labbeus* tom. VIII. concil. pag. 598. *Baluzius* tom. 1. capitular. ac *Harduinus* tom. V. concil. p. 419. [*Coletius* concil. tom. IX. in calce. Conf. *Fabr.* nostri bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 182. Mansi; — *Ballerin. Fr.* l. c. part. IV. cap. IX. in Gallandii sylloge etc. I. p. 622. sqq. de collectt. capitularium *Ansegisi* et *Bened. Leuitae,* et de earum additionibus; excerpta ex iisdem capitularibus *Isaaci,* episcopi Lingonensis. — *Pertsch.* in Historia laud. p. 184. sqq. de *Isaaco,* p. 152. sqq. de *Ansegiso* et *Benedicto Leuita.* — *Douiat.* Praenott. etc. libr. III. cap. 33. de capitularibus regum atque imperatorum Francorum, et §. 2. p. 130. sq. de *Ansegiso,* eiusque collectione capitularium, ac §. 3. p. 131. sq. de *Benedicto Leuita,* eiusque collectione; denique §. 7. p. 134. sq. vbi vid. Schotti not. de Baluzii editione, quam integram recusam esse Venetiis 1772. fol. II. tomis; textum vero capitularium ex Baluzii recensione etiam in *Pet. Georgischii* corpore iuris german. antiq. p. 1285. reperiri, adnotat Schottus. Add. infra in h. vol. p. 493. ed. vet. *Fabric.* nostri bibl. med. et inf. latin. I. p. 111. de *Ansegiso* et *Spittler.* in: Geschichte des kanon. Rechts etc. §. 64. pag. 250. sqq. — *Lugduni Batau.* in bibl. publ. inter codd. Vossian. sunt in cod. peruet. membr. Isaaci Lingo-

Lingonens. canones, excerpti ex variis conciliis vel scriptoribus. v. cat. bibl. Leid. p. 187. nr. 29. *Harl.*] Notat Sirmondus, excerpsisse Isaacum sua ex libris *Capitularis*, vt vocat: praecipue vero ex tribus libris posterioribus, quos Benedictus Leuita, (idem, a quo epistolas decretales suppositas collectas, suspicatur *Blondellus* prolegom. ad Pseudo-Isidor. p. 28. sq.) ad Ansegisi abbatis collectionem adiecit. Vt vero idem *Baluzius* ad Reginonem p. 542. notat, duplex capitulorum regiorum genus erat. Alia erant regia simpliciter, id est, in consilio principis inuenta et statuta; alia vero synodalia, regia sane, sed in synodis facta, et vtplurimum de rebus ecclesiasticis. Collectionem generis vtriusque capitularium Caroli M. et Ludouici Pii, regum Francorum, circa a. C. 830. suasu Otgarii archiepisc. Moguntini adornauit *Ansegisus*, e Luxouiensi abbas Fontanellensis, quem Trithemius auctor est collegisse Statuta ecclesiastica Caroli M. libris II. Leges mundanas eiusdem, libris II. Statuta ecclesiastica Ludouici, libris II. Leges mundanas eiusdem, libris II. Hisce libros tres alios capitularium Pipini et Carolomanni subiunxit *Benedictus* Leuita Moguntinensis a. C. 845. qui cum Ansegiso viderunt lucem, adiunctis etiam Lotharii et Caroli Calui aliorumque regum Francorum capitulis, cum adnotationibus *Viti Amerbachii* (ex edit. Ingolstad. 1545. 8.) et glossario *Francisci Pithoei*, Paris. 1588. 8. et 1603. 8. et ex *Petri Pithoei* recognitione Paris. 1620. 1640. 8. Et in codice legum antiquarum *Frid. Lindenbrogii*, Francof. 1613. fol. et in tomo I. *Goldasti* xx) [P] constitutionum imperialium, ibid. 1613. 1674. et 1713. fol. Ab eo tempore *Iacobus Sirmondus* S. I. promissa a Pithoeo Caroli Calui, Ludouici II. Carolomanni regis, et Caroli Simplicis capitula, cum coronationibus Caroli Calui et Ludouici II. Iudith item filiae et Hermintrudis, coniugis Caroli eiusdem, cum notis et analectis vulgauit Paris. 1623. 1640. 8. et inter eiusdem opera Sirmondi, quinque tomis in fol. iunctim edita Paris. 1696. tomo 3. vbi etiam capitulum regis Odonis et alia quaedam addita sunt ex locupletissima capitularium editione, quam cum erudita praefat. et notis dedit *Stephanus Baluzius* Paris. 1677. fol. 2. volum. in quibus Ansegisi ac Benedicti collectiones cum MSS. collatae, adeoque a prioribus editt. subinde discrepantes, (confer Caroli le Cointe Annales Francorum ad a. C. 827. n. 7.) et quae a Sirmondo in lucem protracta iam dixi, et Capitularia regum Francorum a Childeberto I. a. 554. ad Childericum III. a. 744. Pipini item et Caroli M. Pipinique Italiae regis ac Ludouici Pii, Caroli Calui, Ludouici Balbi, Odonis regis, Caroli III. et imperatorum Lotharii atque Caroli III. continentur. Adiuncta etiam Herardi, Isaacique Lingonensis capitula: et Marculfi monachi yy) aliorumque formulae veteres, quas

xx) Quae singula in Goldasti constitutionibus contineantur, recenset D. *Io. Fabricius*, theologus Helmst. tom. 2. bibliothecae suae p. 248. seq. De Lindenbrogii codice legum antiquarum dixi in bibliotheca Latina lib. IV. c. 10. p. 841. seq.

yy) Non vixisse Marculfum hunc regis Dagoberti tempore, qui a. C. 638. obiit, sed diu post formulasque sacras inscripsisse Landerico, non Parisiensi, sed Meldensi episcopo, qui circa Pipini et Caroli magni tempora claruit, contendit *Launoius* in inquisitione in chartam immunitatis p. 25. et in assertione inquisitionis p. 616. seq. Marculfi formularum antiquissimum codicem membranaceum, ex auctione Gudiana redemtum, possideo, qui olim fuit Frid. Lindenbrogii. Marculfi

quas cum eruditis notis ediderat *Hieron. Bignonius* Parif. 1613. 8. et 1666. 4. Omitto leges et capitula regum Francorum edita in tomo fecundo Andreae du Chefne, et ad calcem conciliorum Galliae Narbonenfis a Steph. Baluzio, Parif. 1668. 8. Prodierunt etiam Caroli M. conftitutt. praecipuae, (ne dicam de non abfoluta et imperfecta Io. Tilii [zz]) editione Parif. 1548. 8.) cum notis Viti Amerbachii, Ingolftad. 1545. 8. et in legibus antiquis Ioannis Heroldi Bafil. [P] 1557 fol. et ad calcem epiftolarum Hincmari Remenfis, edente [a]) Io. Bufaeo, S. L. Mogunt. 1602. 4. et in Goldafti Monarchia imperii tom. 3. Francof. 1613. fol.

17) *Abbonis*, Floriacenfis abbatis, a. C. 1004. defuncti, liber canonum fiue capita LII. ex canonibus excerpta cum praefatione ad Francorum regem Hugonem, filiumque Robertum, in lucem data funt a *Io. Mabillonio* tom. 2. Analect. p. 248 - 337. [ed. autem in fol. p. 133. conf. *Ballerin.* l. c. part. IV. cap. 11. p. 632. fq. in Gallandii fylloge etc. I. et fupra ad Reginon. in *Morini* collectione poenit. *d.* §. XX. 12. *Harl.*]

18) Sub *Anfelmi* nomine, Lucenfis ab a. C. 1071. epifcopi, defuncti a. 1086. de quo auctor vitae a Seb. Tengnagelio editus, et acta fanctor. 18. Martii tom. 2. p. 647. feq. exftat in Barberina et aliis bibliothecis *collectio canonum* in plures tributa libros. In regia quidem Parif. [b]) feptem priores libri funt hoc titulo: *Incipit authentica et compendiofa collectio regularum et fententiarum fanctorum patrum et auctorabilium conciliorum, facta tempore* (Gregorii VII.) *fanctiffimi papae a beato* Anfelmo, *epifcopo Lucenfi, eius diligenti imitatore et difcipulo, cuius iuffione et praecepto defideranter confummauit opus hoc.* Antonius Auguftinus Hildeberto [c]) Cenomanenfi maluit tribuere, certe Anfelmi effe [d]) negat, quoniam Vrbani II. et quoque pofteriorum pontificum decreta continet. Sed illa abfunt a codice antiquiffimo Vaticano fexcentorum annorum, vt indicat *Antonius Pagi* ad a. C. 1086. n. 4. nec non in altero monafterii S. Germani Parif. ex quo vtroque operis illius editionem molitus fuit Lucas Dacherius, qui tamen morte praeuentus exfequi illud non potuit. Vaticani meminit etiam *Baluzius* ad Lupum Ferrarienfem p. 379. edit. Lipf. 1710. 8. Gratianum multa ex Anfelmo repetiiffe, non dubitabat *Latinus Latinius* p. 81. b. Bibliothecae facro-profanae. *Fabr.* Copiofius de *Anfelmo* eiusque collectione canonum aliisque fcriptis disputant *Fabricius* nofter in bibl. med. et inf. latinit. vol. I. p. 115. ed. Manfi — *Du Pin* Hift. ecclef. vol. IX. p. 98. — *Ger. van Maftricht* in Hift. iuris canonici et pontificii, Amftel. 1686. 8.

nr.

cuiſſi formulae fine Bignonii notis recufae funt in Frid. Lindenbrogii codice Legum antiquarum, qui et ipfe notas addidit, et in fupplemento bibliothecae patrum Morelliano tom. 2. et in bibl. patrum Lugdunenfi tom. 12. p. 768.

zz) Vide *Iacobi le Long* bibl. hiftoric. Franciae p. 585. *Gerh. von Maftricht* §. 207. Hift. iuris ecclef.

a) Titulus eft: *Caroli magni Conftitutiones praecipuae tam ecclefiafticae quam politicae a Hlotario imp. eius nepote in epitomen redactae.*

b) Baluz. ad Gratian. p. 641. et in praefat. n. 19.

c) *Hildeberto* collectionem canonum et decretorum videtur tribuiffe Anton. Auguftinus, quia inter eius epiftolas per errorem legitur praefatio Iuonis.

d) Id. Baluz. in praef. §. 19.

nr. 260. p. 301. sqq. — *Caueus* in Hist. litter. SS. eccl. tom. II. p. 150. ad a. 1071. inprimis *Oudin.* in comm. de SS. eccles. tom. II. col. 719. sqq. ad a. 1070. qui illam collectionem Anselmo dignam germanamque esse censet probatque, idemque aliis amplius inquirendum relinquit, num, vt alii VV. DD. putarunt, *libri II. contra Guibertum anti-papam pro Gregorio IV.* et *collectanea ex variis auctoribus, ecclesiae facultates non esse in potestate regis aut Caesaris,* quae exstant in *Canisii* antiquis lectt. tom. VI. pag. 202. 235. et nouae edit. tom. III. p. 369. 389. atque in biblioth. patrum Colon. in fin. tomi IX. et in supplementi tomo I. p. 725.. Lugdunensis autem tom. XVIII. p. 602. nihil aliud sit, ac excerpta quaedam ex collectione canonum eiusd. Anselmi, aliunde a Canisio comparata (quam tamen Oudini coniecturam *Ballerinii* l. c. p. 644. refutant.) Reliquorum opusc. quae Anselmo interdum adtributa sunt, et de quibus Oudin. copiose agit, commemoratio a nostro instituto aliena est. — *Douiat.* in Praenott. etc. lib. III. cap. 25. sqq. tom. II. part. I. p. 82. sqq. de illa collectione, quae constat tredecim libris, licet in exemplari vet. Anton. Augustini duodecim tantum sint libri, quia omissus est lib. XI. de poenitentiis; tum de auctore, quem esse Anselmum iudicat. Schottus vero in not. 1. obseruat, nondum editam esse hanc collectionem, exceptis nonnullis eius particulis in *Holstenii* collectione rom. bipart. vett. monumentis, Romae, 1662. 8. P. I. p. 215. et P. II. p. 214. obuiis; erratum igitur esse in biblioth. iur. selecta Struuio-Buder. cap. XV. §. IX. vbi ad *Schotti* bibl. Hispan. p. 333. prouocatur, quasi is ab Ant. Augustino eam editam esse, scripserit, quum tamen ibi nihil aliud relatum reperiatur, nisi ex Augustini demum scriptis innotuisse hanc collectionem, idque omnino verum esse. Buderi errorem etiam castigat *Ge. Sigism. Lakics* in Praecogn. iuris eccles. vniuersi, cap. III. §. 56. in quo de Anselmi collect. breuiter agit, p. 92. schol. 2. et adpellat *Salmon.* in tract. de stud. concil. p. 48. — *Pertsch.* in Hist. des kanonisch. Rechts, sect. II. §. 36. p. 200. sqq. — *Ballerinii Fr.* de antiq. collectt. etc. part. IV. cap. 13. p. 640. sqq. in Gallandii sylloge etc. I. p. 640. sqq. curatius disputant de *Anselmi* collectione, quae fere tota transiit in Gratianum, et quam adserunt Anselmo contra Anton. Augustinum de emendatione Gratiani; plures codd. recensent, praecipue quatuor codd. Vaticanos, quos ipsi consuluerunt, nr. 1364. et 6381. vetust. in quibus duodecim tantum leguntur libri, omisso vndecimo de poenitentia; nr. 3531. qui nomen *Anselmi* praefert, et tabulam praemittit librorum tredecim, at in libro septimo, neque tamen perfecto, desinit, ac nr. 4983. ex antiquo exemplo, sub Innocentio II. scripto, sumtum, qui integros libros tredecim continet: iidem titulos singulorum librorum cum varietate capitum praecipua indicant; ac iudicium suum, quid de hac collectione, et de narratione Baronii ad a. 1086. nr. 14. sentiendum sit, aliaque notatu digna subiiciunt, et, *apologeticum*, a Canisio editum, pro Gregorio VII. contra Guibertum, quod a MSS. collectionem canonum continentibus abest quam longissime apud Canisium tom. III. part. 1. nou. edit. p. 382. sqq. certum esse Anselmi opus, pronuntiant. Add. *Schroeckh* christl. Kirchengeschichte, tom. XXVI. pag. 5. praesertim tom. XXVII. p. 10. sqq. *Harl.*

19) Ex *Bernardi* Papienſis collectione quaedam ſumſiſſe Gratianum putat *Labbeus* tom. X. concil. p. 509. ſed Antonius Auguſtinus Bernardum Gratiano iuniorem facit, vt notaui ſupra p. 20. ed. vet. et ed. nou. p. 168. Auguſtino adſentitur *Stephanus Baluzius* pag. 521. ad Gratianum. [P] Etiam Labbei notam in ſua conciliorum editione Harduinus omiſit. *Fabr.* Conf. *Pertſch* Hiſt. des kanon. Rechts, in quarta ſectione de Decretalibus horumque variis collectt. p. 257. ſq. et p. 260. ſq. item *Oudin.* comment. de SS. eccl. III. p. 245. ſq. et *Fabric.* bibl. med. et inf. latin. I. p. 229. de binis *Bernardis Compoſtellanis* horumque libris decretalium, aliisque. *Harl.*

20) *Iarlandi* Chryſopolitani Candela, ſiue opus libris XXII. diſtinctum et e pontificum decretis et patrum ſcriptis conſarcinatum, quod Ericus Mauritius ICtus inſignis in diſſ. de libris iuris communis §. 28. p. 122. teſtatur, MStum ſe ſaepius vidiſſe in bibliotheca eximia, quae plus quam mille quingentos codices MStos continet, canonicorum ad S. Victorem Lutetiae Pariſiorum volumine DCCCXIX. Additur in codice, vixiſſe Iarlandum hunc ante a. 800. et quod excedit. [v. *Oudin.* l. c. II. ad a. 1140. col. 1288. ſq. vbi floruiſſe dicitur poſt a. 1149. et de MSS. agitur. *Harl.*]

21) *Ratherii*, qui ex monacho Lobienſi epiſcopus Veronenſis, mox Leodienſis, atque iterum Veronenſis, denique exul in monaſterio Lobienſi circa a. C. 973. obiit, volumen perpendiculorum ſiue de contemtu canonum liber in duas partes tributus ad Huberum Parmenſem epiſcopum prodiit in tomo ſecundo ſpicilegii Dacheriani Pariſ. 1657. 4. pag. 161. ſeq. *Fabr.* ſ. edit. nou. tom. I. p. 345. ſqq. Conf. *Du Pin* hiſt. eccleſ. vol. VIII. p. 20. ſq. *Cauei* hiſt. litt. SS. eccl. II. p. 95. ad a. 928. *Fabric.* bibl. cit. tom. VI. p. 52. ſq. *Schroeckh.* chriſtl. Kirchengeſch. tom. XXII. p. 487. ſq. et inprimis p. 508. ſqq. tom. XXIII. p. 433. et 489. *Harl.*

22) Ex *Hiberna* veteri canonum collectione capitula ſelecta, vna cum nonnullis Theodori Cantuarienſis vulgauit *Lucas Dacherius* tomo IX. ſpicilegii Pariſ. 1669. 4. [ſ. tom. I. nou. ed. p. 492.] Confer D. *Ittigium* τὸν μακαρίτην de bibliothecis patrum p. 232. *Fabr.* De collect. *Hibernenſi* vberius diſſerunt *Ballerinii Fr.* de antiquis collectt. etc. part. IV. cap. 7. §. 1. p. 609. ſq. in Gallandii ſylloge etc. tom. I. et animaduertunt, Dacherium primum ex cod. Corbeienſi, ſaec. VIII. ſcripto, teſte *Mabillonio* de re diplomat. p. 360. qui adſeruatur *Pariſ.* in bibl. S. Germani a Pratis P. P. Benedictin. (de quo vid. *Ballerin.* l. c. p. 387. ſqq.) edidiſſe canones Hibernenſes, deinde ex MS. Bigotiano *Edm. Martene* tom. IV. anecdot. p. 2. adieciſſe alios canones Hibernens. hos etiam ineſſe MS. Valicellano, quod diuerſas collectt. continet, nr. 3: et, quaenam huius et Corbeienſis MSti ſit differentia, latius oſtendunt. Iidem ib. fuſe recenſent §. II. collect. in cod. *Herouralliano*, nunc Sangermannenſi, ex quo *Iac. Petitus* tom. I. poſt poenitentiale Theodori p. 102. ſqq. plura edidit, atque *Ballerinii* ipſos titulos 92. huius collectionis in ſect. VIII. ex Petito exhibent; tum in §. III. collectionem in cod. *Vallicellano* XVIII. qui in multis concinit cum collect. Herouralliana, in aliis autem ab ea, et ab Andegauenſi ac Diuionenſi collectt. diſcrepat; iidemque illius titulum atque capitula proferunt. *Harl.*

23) *Flori*

23) *Flori* magiſtri, qui ſub Carolo Caluo a. 877. defuncto vixit, collecta ex Lege *e*) et canone, edidit ex bibliotheca S. Benigni Diuionenſis idem *Dacherius* tom. XII. ſpicilegii, Pariſ. 1675. 4.

24) Canonum libri a Chilperico rege, (qui a. C. 584. obiit,) ad epiſcopos miſſi meminit Gregorius Turonenſis lib. V. Hiſtor. Francorum cap. 18.

Peruetuſta collectio canonum MS. quae fuit Claudii Puteani, citatur a *Baluzio* ad Gratian. p. 483. 487. etc. 500. 501. 509. 521. ſeq.

Antiquiſſima alia canonum collectio Lugdunenſis, optimae notae, quam confectam in Hiſpania et inde Lugdunum olim aduectam putat idem *Baluzius* p. 490. Citat eamdem cum antiqua collectione canonum Andegauenſi p. 563. quam laudat iterum p. 552. et 461. Alia in codice MSto monaſterii Riuipullenſis, id. 515. 535. Vetus collectio canonum MS. in bibl. regia, id. p. 523. 525. Aliae quaedam canonum collectiones MSS. quibus [ſ] ex bibl. Vaticana et eccleſiae Mutinenſis vſi correctores romani ad Gratianum. His adde collectionem canonum et decretalium, quam in membrana MS. habuit *Gerhardus von Maſtricht*, et deſcribit in Hiſtoria iuris eccleſiaſtici §. 413. diſtinctam in libros tres. Aliam collectionem canonum in quinque, et aliam in ſedecim digeſtam libros MSS. paſſim citant, et ex illis canones quosdam referunt conciliorum collectores. *Fabr.* Alias collectiones in variis codd. quorum nonnullos iam indicauimus, obuias paſſim recenſent *Ballerin. Fr.* de antiq. collectionib. etc. in tom. I. ſylloges Gallandianae, ex. gr. in parte II. cap. 4. ſqq. p. 379. ſqq. collection. canonum vetuſtiſſimam in MS. Vatic. reginae MDCCCCLXXXXVII. — aliam in MSS. Lucano LXXXVIII. et Colbertino DCCLXXXIV. p. 389. ſqq. — in MSS. Barberino MMDCCCLXXXVIII. et Vaticano MCCCXXXXII. p. 392. ſqq. — de collectionibus Gallicanis in pluribus codd. p. 409. ſqq. — de primaeua Epheſina et Acaciana in cod. Veronenſi, p. 423. — de MS. collectione *Auellana* in codd. Vaticanis aliisque indicatis; iidemque ex cod. Vatic. MMMMDCCCCLXI. ſummam CCXLVI. epiſtolarum referunt, comparantque cum aliis codd. et editione conciliorum etc. et ex illa collectione duas antea ineditas Hormisdae epp. et quaedam fragmenta producunt, p. 449. ſqq. cap. XII. — de collectionibus Theſſalonicenſi et Arelatenſi, pag. 464. ſqq. cap. XIII. vt omittam, quas multas collectt. MSSt. in parte IV. recenſuerunt, mentionem adhuc faciam collectionis mſcptae in cod. Vatic. MMMDCCCXXXIII, quam *Deusdedit*, presbyter cardinalis, congeſſit, de qua in cap. XIV. p. 646. ſqq. fuſius diſputant, et ex qua documenta quaedam adhuc inedita proferunt, *f*) tum cap. XV. p. 657. ſqq. de MSta collectione *Boni-*

e) Codicis Theodoſiani breuiario de epiſcopis et haereticis.

f) Add. de illa collectione *Doniatius* in Praenott. libr. III. cap. 26. p. 88. ſqq. tom. II. part. 1. *Baron.* ad a. 1080. §. 30. et ad a. 1087. §. 22. et *Pertſch.* l. c. p. 214. ſq.

Bonizonis, episcopi Sutrini, aliquanto post a. 1089. facta, et codd. Vindobon. atque Brixiano, ex quo excerpta quaedam dant, (de quo *Bonizone* quaedam adnotauit *Schott.* ad Douiat. l. c. p. 87. sq. not. z. aliosque VV. DD. laudauit,) et cap. XVIII. p. 669. de aliis MSStis, necdum editis collectionibus. Praetermissis, quas *Coustant* in diss. cit. ibid. pag. 3. sqq. recensuit, collectionibus MSStis, tantum *Franc. Antonii Zachariae* duas dissertatt. in Gallandii syll. tom. II. cap. 12. et 13. p. 677. sqq. a) de II. antiquis canonum lectionibus, b) de inedita canonum collectione, quam XII. saeculo cardinalis *Laborans* composuit, in memoriam reuocabo. De duabus collect. quarum altera inscripta est *Polycarpus*, (cuius auctor fuisse fertur quidam Gregorius sacerdos, et cod. custoditur in bibl. Vaticana,) altera autem *Populetum*, *Pertsch.* l. c. p. 215. sq. pauca tradit. add. infra nr. 27. et 28. Haec sufficiant. *Harl.*

Arabica canonum collectio, siue Nomocanon Arabicus MS. in bibl. Bodleiana. *Fabr.* Confer supra, not. ad initium §. XV. et §. XVII. sub fin. in additamentis de *Elia Geueri*. *Harl.*

25) GRATIANVS de Clusio, Tusciae ciuitate, monachus S. Felicis Bononiensis, ordinis S. Benedicti, a. C. 1151. tempore Eugenii III. papae in illo monasterio absoluit opus iam ab a. 1127. coeptum, quod Innocentius III. *corpus Decretorum* vocat, auctor ipse *Concordantiam discordantium canonum* inscripsit. Diuiditur opus in *Distinctiones* 101. (quarum singulae suis iterum distinguuntur capitulis,) et *Caussas* 36. (quae suis iterum *quaestionibus*, quaestiones capitulis subdiuiduntur,) et tractationem *de consecratione*, quinque distinctionibus absolutam. In caussa XXXIII. amplus *de poenitentia* tractatus occurrit, septem absolutus distinctionibus. Priuatis auspiciis hoc opus est compositum a Gratiano, Burchardi, Anselmi atque Iuonis collectionibus strenue vso, quorum omnium luminibus obstruxit, atque, vt notat Panciroltus, *tantae postea auctoritatis fuit, vt vulgo* Magister *vocatus, maximum in decidendis caussis pondus habuerit, etsi velut priuati hominis eius dicta vim legis non obtinent.* (conf. quae in eius laudem et apologiam *Io. Chiflet.* de iuris vtriusque architectis c. V. Antw. 1651. 4. et tom. I. thesauri iuris Euerh. Ottonis p. 186. sq.) Quam saepius errasse Gratianum, multi iam notarunt, vel dum Burchardi et aliorum errores sequitur, vel dum ipse non accurate lecta excerpit, vel dum interpretibus errantibus praebet aurem, ipse ne summos quidem graecae linguae apices callens, vt monuit *Baluzius* ad Anton. Augustinum de emendatione Gratiani [p. 231. sqq. in Gallandii syll. etc. II. et in Additam.] p. 536. (Neque a papis neque vllo concilio generali comprobatam omnino eius syllogen, notat *Rich. Simon* tom. I. Censurae bibl. eccles. Dupin p. 602.) Licet vero papae romani auctoritatem, epistolis decretalibus obsequens, super omnia efferat maxime, (atque pontificiis dogmatibus suffragetur, v. *Io. Paul. Windeckii* Theolog. Ictorum, Colon. 1604. 4.) nihilominus multa ipsi exciderunt, quae pontificis adseclae ab illo dicta nollent, et quorum partem collectam videre licet (in anonymi kurtzem Auszug aus den Pabstlichen Rechten, 1530. 4. conf. Autographa Lutheri tom. I. p. 269. 282. D. *Andr. Dan. Habishorsti* de coniugio clericorum ex iure canonico, Rostoch. 1698. 4. Vide *Io. Colneri* ius canonicum

nicum orthodoxum ad calcem chronologiae papatus, 8. *Andr. Ofiandri* papam non papam, Francof. 1600. 8. *Io. Arndii* refutationem papatus ex iure canonico: *Ioan. Hay* Gratianum anti-Iesuitam 166. 167.) in D. *Io. Henr. Feustkingii* praesidiis veritatis ex iure canonico, Witeb. 1711. 4. D. *Io. Christoph. Pfaffii* dogmatibus Protestantium ex iure canonico comprobatis, Tubing. 1712. et 1722. 4. ab auctore Asyli innocentiae Quesnellianae in iure canonico quaesiti, Francof. 1718. in *Sam. Stryckii* praesidio religionis euangelicae ex iure canonico in terris protestantium etc. Francof. et Lipf. fine anni nota. Vide fis etiam *D. Ioh. Gerhardum* [?] tom. I. confeff. cathol. p. 730. feq. Huic Gratiani collectioni *Cotta Palea* [fec. alios *Paucapalea*] difcipulus dicitur aliquot addidiffe capita, quae in antiquioribus MSS. non leguntur. His *Paleae* nomen eft adfcriptum, quod alii putant effe παλαιὸν, pro veteri interprete, alii paleam, velut levioris rem momenti, minus bene vtrumque. *Fabr.*

[*Epimetron.* Multa quidem reftant, quae addi queant. Enimuero ea, quae de Gratiano et Decreti edd. fint dicenda, partim, vt aperte fatear, ad biblioth. graecam non pertinent, fed potius ad bibl. latinam, (atque Fabric. in bibl. med. et inf. latin. tom. III. p. 82. ed. Manfi eadem verba, quae h. l. in bibl. gr. fcripferat, pofuit, paucis additis quae per figna parenthefeos, fuis locis inferui,) cum primis ad hiftoriam iuris canonici, partim ab aliis viris doctis, qui etiam nonnulla, Fabricio vel ignota, vel ab eo minus recte fcripta, fufius meliusque docuerunt, abunde funt expofita. Attamen, ne erga Fabric. manes ingratus effe videar, primum nonnullos VV. DD. praefertim recentioris aetatis, qui de vita, patria, ordineque illius et decretorum nomine atque auctoritate difputarunt, et quos confulere poffit harum rerum cupidus, excitabo; deinde, illis ducibus, pauca quae ad hoc Fabricii caput vel emendandum vel fupplendum faciant, quam breviffime pro mea virium infirmitate adiiciam. De Gratiano igitur eiusque Decreto praeter fcriptores hiftoriae ecclefiaft. chriftianae plura confcripferunt multi: qui quoniam plerumque alios iam laudarunt, in paucorum commemoratione acquiefcam. *Du Pin* Hift. ecclef. vol. X. p. 204. — *Ger. van Maftricht* Hift. iuris ecclef. nr. 318. 319. Duisburg. 1676. 8. et in ed. II. Amftel. 1686. 8. nr. 317. fqq. p. 246. atque in ed. Thomaf. Halae 1719. 8. p. 315. fqq. — *Caue* Hift. litter. SS. ecclef. tom. II. p. 215. fq. ad a. 1131. (vbi in ed. Bafil. in nota memoratur, compilationem decretorum exftare MS. in bibl. Cotton. fub Claudio A. 4. n. 3. et partem II. quae complectitur *cauffas*, haberi MS. ibid. fub Vitellio A. 3. n. 3. et addi quaedam de confecratione et dedicatione ecclefiarum, de matrimonio et adfinitate, de fimonia aliisque;) — *Oudin.* qui in comment. de SS. eccl. tom. II. p. 1202. fqq. longam differtat. de Gratiano et collectione illius confcripfit, et multa ex aliis mutua fumta dedit, ad a. 1140. per quatuor capp. in quorum primo agit de patria, vitae genere, ftudio et fratribus, Gratiano adtributis, in cap. fecundo perfequitur varias atque oppofitas de collectione Decretorum Gratiani, eruditorum fententias; in cap. tertio alii maiores errores in Gratiani collectione Decretorum ab Antonio, Florentino archiepifc. et Antonio Auguftino notati enarrantur: in cap. quarto variae collectionum eiusdem editiones, (de quibusdam praecipuis etiam in capite I. difputatur,) et emendationes ex MSStis codd. enumerantur. — *Buddeus* in

Isagoge ad theologiam vniuers. tom. poster. cap. V. §. 5. et §. 6. p. 766. sq. p. 772. sqq. qui iam praeter alios laudauit *Iust. Henning. Boehmer.* in iure ecclesi. protestantium libr. I. tit. II. §. 18. sqq. p. 94. sqq. §. 27. sqq. p. 99. sqq. — Idem *Boehmer.* in diss. de varia Decreti Gratiani fortuna, praemissa eius edit. corpor. iur. can. tom. I. — In *Gallandii* sylloge etc. tom. II. p. 159. sqq. diss. de methodo atque auctoritate collectionis Gratiani, et reliquarum omnium collectionum decretalium post Gratianum, accessit oratio de recta iuris canonici discendi ratione, vbi, quae maxime in Gratiani collectione sint cauenda, ostenditur, auctore *Franc. Florente,* I. C. ac p. 185. sqq. *Ant. Augustini* de emendatione Gratiani dialogorum libri II. cum *Steph. Baluzii* et *Gerh. Mastrichtii* notis, curante M. *Ios. Ant. de Riegger.* — *Augustini* libri duo prodierant Taracone 1587. 4. Paris. 1607. 4. cum notis Baluzii Paris. 1672. 8. — repet. additis notis *van Mastricht,* Duisburgi, 1676. 8. et mutato tantum titulo, Arnhemii 1678. 8. (v. *Schott.* ad Douiat. II. 1. p. 200.) tum a *Steph. Baluzio emendati,* notis illustrati, et cum nouis emendatt. Paris. 1760. II. voll. 8. dein additionibus quibusdam factis curante *de Riegger,* Vindob. 1764. cuius editio in ed. Gallandianae sylloges repetita est ab editoribus cit. sylloges Magontiacis, add. illorum praef. ad tom. I. p. XVII. sq. De inscriptione operis in quibusdam libris scriptis v. ib. p. 230. in Addition. At plura excerpere haud vacat. — In eadem sylloge etc. tom. II. nr. XIV. p. 801. sq. *Iodoci le Plat.* diss. de spuriis in Gratiano canonibus, quam *le Plat* praemiserat editioni suae *van Espen* commentarii in ius nouum canonicum cum commentario in decretum Gratiani in gratiam studiosorum, Louanii 1777. 8. II. tom. vnde editores Magontiaci Gallandianae sylloges eam adtexuerunt. — Inprimis de erroribus Gratiani conferendum est praestantissimum *Car. Sebastiani Berardi,* qui omnes Decreti Gratian. canones ad fontes suos reuocauit, eosque cum conciliis, decretalibus pontific. scriptoribus eccles. etc. e quibus hausti sunt, contulit, atque ope critices et historiae eccles. explicuit, opus: *Gratiani canones* genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati, Taurini 1752. 4. IV. voll. Venetiis 1772. mai. 4. tom. IV. — Historiam Gratiani vitae ac decretorum copiose persequitur *Douiat.* in Praenott. canon. etc. tom. II. part. 1. vbi Schott. doctas adiecit notas et plura emendauit, cap. 2. pag. 141. sqq. de Gratiano, auctore Decreti, (atque Schott. p. 146. adnotauit, *Boehmerum* in diss. de varia Decreti fortuna §. XII. not. *l.* ex vetustissimo calendario archigymnasii Bononiensis probasse, Gratianum mortuum esse a. 1158. idemque ex *Mabillonii* Itinerario Italiae, Paris. 1687. 4. p. 199. epitaphium Gratiani, quod Bononiae exstat, et carmen de Gratiano, ibidem in aede S. Felicis vetusto saxo inscriptum, curatius excudi fecit;) cap. 3. de vero titulo Decreti, deque eius condendi caussis et tempore; cap. 4. de auctoribus, quorum centones in opus suum transtulit Gratianus; cap. 5. de partibus Decreti Gratiani, et singulatim capp. 6. 7. et 8. de ordine primae, secundae ac tertiae partium; cap. 9. de distinctionum et quaestionum numero ac diuisione, (continentur vero in toto Decretorum corpore MMMLXXXX. canones s. capitula;) cap. 10. de ratione citandi capita s. loca Decreti; cap. 11. inquiritur, quibus de caussis Gratianus ceteris collectoribus potior habeatur, (ac Schottus p. 183. monet, conferenda esse, quae de vtilitate Decreti Gratiani

Boeh-

Boehmerus in diss. cit. §. XX. XXI. dixit;) cap. 12. de mendis et naeuis Gratiani; cap. 13. de emendatione Gratiani ab aliis facta; in §. III. de correctoribus romanis, qui sub Gregorio XIII. emendatius edidere Gratiani opus, a. 1580. perfecerunt opus, (sed typis excusum est vna cum reliquis corporis iuris canonici partibus Romae 1582. fol. III. voll. repet. Lugduni 1584. fol. et saepius (v. paullo post de editt.) — cap. 14. de auctoritate Gratiani; cap. 15. de nomine *Palea*, saepe Decreti capitibus adscripto: ex quibus harum deliciarum cupidi ad sitim exstinguendam haurire, (adde eiusd. Douiat. Histoire du droit canon. part. II. cap. 1.) praeterea commode comparare possunt, quae hac de re scripserunt, *Pertsch*. Hist. des canonisch. v. Kirchenrechts sect. III. pag. 217.--253. — *Paullus Ios. Riegger*. in diss. de Gratiani decreto, Vindob. 1760. 8. rec. in *Anton. Schmidt*, S. I. Thesauro iuris ecclesiastici, potissimum germanici, siue dissertatt. selectis tom. I. Heidelbergae, Bamb. et Wurzburg. 1772. 4. nr. III. p. 129. sqq. p. 130. memorat quosdam VV. DD. qui de Gratiano egerunt. Quidquid de patria, loco et tempore, quo ac quando et ex quibus auctoribus Gratianus compilauerit opus, et multa alia quae in disceptationem venire solent, diligenter fuseque disputat, multorum adducit scripta, nec paucorum castigat errores suamque sententiam dixit et corroborare studet; insuper p. 227. sqq. editiones, ac p. 235. sqq. codd. Vindobon. refert. Schmidt autem in animaduerss. calci subiectis contra Rieggerum, qui §. 16. pag. 143. prouocat, vti etiam Boehmerus aliquoties in diss. praefixa Decreto Gratiani fecit, ad *Calendarium Bononiense*, (ex quo *Machiauell*. in noua edit. *Caroli Sigonii* opp. omnium, ab Phil. Argelatio curata, Mediol. 1733. tom. III. lib. III. in historia Bononiensi multa protulit excerpta,) monet, illud non omnino indubitatae fidei haberi ab *Haeberlinio* in praefat. hist. tom. 8. f. XXII. vti etiam a *Morhemio* Instit. histor. eccles. saec. XII. part. II. c. 1. §. 6. p. 453. not. *e*. atque ab eodem *Haeberlin* ibid. f. XXVII. recte contendi, ex nullo eius calendarii loco demonstrari posse, Eugenium III. expressis verbis imperasse, vt Decretum Gratiani publice in academia Bononiensi praelegeretur, sed nihil aliud in illo dici, nisi veniam Decreti publice explanandi ab Eugenio concessam. [g]) — Paulli Rieggeri filius, *Ios. Anton. de Riegger*, ICt. Friburgens. quum in componenda illa dissertatione maximam opem tulisset, et patre et filio fatentibus, filius ea, quae a patre in dissert. de Gratiani decreto aut edita sunt, aut in aliis eiusdem libris leguntur, postea vel aucta vel emendata, vel aliam in formam plane redacta reddidit, et quidem in suis *opusculis ad historiam et iurisprudentiam, praecipue ecclesiasticam pertinentibus*, Friburgi Brisgou 1773. 8. p. 267. sqq. *in dissertat. de Gratiano, auctore Decreti*, ac p. 305. sqq. *de Paleis Decreto Gratiani insertis obseruatt.* tum in *Oblectamentis historiae et iuris-ecclesiastici*, part. I. Vlmae 1776. 8. p. 1. sqq. in *dissertat. de Gratiani collectione canonum illiusque methodo et mendis*, vbi p. 11. sqq. §. 19. sqq. ex *Boetii Eponis* libro de iure sacro, Duaci 1588. 8. longum locum de consilio ac methodo Gratiani et dispositionis genere ordineque, quem ille saltem in vniuersum tenuit, inseruit, et latius explicuit p. 74. sqq. plures purioris doctrinae defensores, s. Protestan-

 tes

g) Vberius de calendario vetustissimo Bononiensi, huiusque, operis suppositiții, mala fide disputat auctor in libro infra citando, *Magazin für Kirchenrecht etc.* part. I. p. 15. sqq.

tes nominat, qui ex Gratiani decreto doctrinae suae praesidia solent arcessere, eosque vehementer falli, more aliorum opinatur, atque multos errores naeuosque, a Gratiano in opere suo magno numero, nulloque discrimine commissos, duce *I. Petro Giberto* in corpore iuris canon. prolegg. part. I. ob oculos ponit. Gratianum multorum quoque errorum reum faciunt, et multa de illo congerunt *Eckhard* et *Walch* in libro, inscripto: *Christ. Henr. Eckhardi* Hermeneutica iuris: recensuit perpetuisque notis illustrauit *Car. Frid. Walchius*, Lips. 1779. mai. 8. libr. I. cap. 8. §. CCCVII. sqq. p. 552. sqq. nec non cel. *Glück* de Gratiano, eius patria, compilatione et partitione Decreti, et quod canones truncauit atque interpolauit, in Praecognitis etc. cap. II. sect. I. p. 31. sqq. — Pauca de eo adnotarunt *Fuchs* in: Biblioth. der Kirchenversammlungen etc. part. I. p. 331. sqq. et *Ignat. Mulzer* in Hist. legum ecclesiastic. positiu. p. 36. sqq. multo autem plura *Schroeckh.* in: christl. Kirchengeschichte, tom. XXVII. p. 24-57. add. ibid. p. 176. 199. sq. 217. sq. et tom. XXI. p. 25. — Docta supplementa ad historiam Gratiani huiusque Decreti resque ac quaestiones de eo controuersas reperiuntur in (I. M. Abele) Magazin für Kirchenrecht vnd Kirchengeschichte, part. I. Lips. 1778. 8. pag. 1. sqq. Tot igitur viri docti, qui praeterea alios citarunt, otium mihi fecerunt, et ego pauca tantum adferam, vel potius adtingam. Quaestio praecipue agitata est inter viros doctos citatos, num quod Fabricius cum plurimis adfirmauit, Gratianus socius quoque fuerit ordinis S. Benedicti. Alii, vt *Maurus Sarti* et *Maur. Fattorini*, abbates Camaldul. in opere: De claris archigymnasii Bononiens. professoribus a saeculo XI. vsque ad saec. XIV. tom. I. pars I. Bononiae 1769. et pars II. ibid. 1772. (cuius operis censuram leges in cit. Promtuario s. Magazin für Kirchenrecht etc. part. I. p. 31. sqq. vbi quoque p. 265. dicitur Gratianus in monasterio S. Felicis Bononiae collectionem suam intra annos 1140-1151. absoluisse,) Sarti igitur, et Fattorini contendunt, monasterium S. Felicis illo tempore nondum ad ordinem S. Benedicti, sed ad ordinem *Camaldulensem* pertinuisse; cui sententiae subscripserunt cel. *Glück* l. c. p. 31. sq. et auctor memoratae disquisitionis de Gratiano in: Magazin etc. p. 3. sqq. qui etiam coniicit, Gratianum Clusii, (nunc Chiusi, haud procul a Florentia,) primum regulam Camaldul. ordinis professum esse, et inde translatum Bononiam in monasterium S. Felicis, idque quod in diplomatibus pontificum rom. saec. XII. in Annalibus Camaldulens. ab auctore citatis, Camaldulense adhuc vocatur: quod tamen post id saeculum et post Gratiani aetatem auctori probabile videtur in monasterium Benedictin. mutatum, vnde factum fuisse videtur eidem auctori, vt Gratianus a posterioribus scriptoribus socius ordinis S. Benedicti diceretur. *Chr. Guil. Franc. Walch* in: Grundsätze der Kirchengesch. des N. T. part. I. p. 416. (coll. p. 384.) ed. Schulz. adnotat, *Mittarellium* et *Anselm. Costadon.* in annal. Camaldulens. (Venet. 1753-1764. vol. VIII. in fol.) contendisse, Gratianum fuisse *monachum Camaldulensem*, eam vero sententiam in *Lud. Vict. Sauioli* Annali Bolognesi, tom. I. Bassan. 1784. [qui p. 261. ss. contendit, ne monachum quidem fuisse, sed magistrum s. doctorem iuris canon.] solide fuisse refutatam. Auctor Promtuarii etc. l. c. p. 5. sqq. reiicit quoque argumenta *Boehmeri* (in diss. de varia Decreti Gratiani fortuna, p. VIII. §. X.) Gratianum hortatu Bernhardi, Claraeuallensis abbatis, compilasse opus suum, idque Bernhardum postea commendasse pontifici rom. Eugenio III. Idem auctor

auctor p. 12. obseruat, non certo posse definiri, quam inscriptionem Gratianus praefixerit operi suo, et ex Iust. Fontanin. praef. ad decretum Gratiani Turrecrematae, p. VI. animaduertit, in antiquissimis codd. MSSt. dici modo *Decretum Gratiani monachi*, modo *Decreta Gratiani*, modo *codicem decretorum;* Fattorinum autem de claris archigymn. Bononiensis professoribus, part. I. p. 271. ostendisse, inscriptionem *Concordia discordantium canonum* in priscis MSSt. certe in duobus antiquissimis Vatican. nr. 621. et 622. non reperiri: add. *Rieggeri* cit. diss. de Gratiano, auctore Decreti §. XXXI. XXXII. et cel. *Glück* l. c. p. 32. cui inscriptio *Concordiae discordantium canonum*, quae in vulgatis Gratiani exemplaribus conspicitur, non ab auctore ipso, sed ab eius interpretibus adposita videtur; denique id opus, quum sit collectio decretorum, falso nuncupari *Decretum Gratiani*, testibus pluribus adlatis, cum aliis VV. DD. censuit docuitque *Mastricht* in nota ad Anton. Augustinum p. 224. in Gallandii sylloge tom. II. — De *Paleis*, decretis Gratiani insertis, et nominis origine atque significatione multi varias, interdum diuersas excluserunt opiniones. Conf. *Silberrad* ad Heineccii hist. iuris, libr. II. c. 2. §. 61. not. 2. p. 855. — *Mastricht.* in Hist. iuris eccl. nr. 314. et, praeter alios VV. DD. iam laudatos, *Riegger.* in diss. de decreto Gratiani §. LXII. sqq. p. 178. sqq. in *Ant. Schmidt* Thesauro iur. eccles. etc. tom. I. qui primo prouocat ad codd. caes. Vindobon. in quibus vel admodum paucos canonum, qui in vulgatis editionibus *palearum* nomine insigniti sunt, reperiri, vel, si reperiantur, notam *paleas* non habere adiectam, nec eodem in singulis illis MSS. numero, sed plures in alio, in alio pauciores exstare: omnes nullo neque characteris neque atramenti discrimine in ipso folii contextu ceteris canonibus, non interrupta serie, esse immixtas, vnde colligit *Riegger*, eas iam antiquioribus temporibus, ac proinde vel ab ipso Gratiano, fortasse, at vero admodum paucas, vel certe easque plures ab aliis et vt plurimum parum apte locis suis adiectas insertasque, non multo post factas, eademque cum ipso codice opera fuisse descriptas; nomen autem *palearum* fortasse vno alteroue post Gratianum saeculo primum inualuisse. Idem cum *Io. Bapt. Bartholo* (in Inst. iuris canon. cap. 53. Ausig. 1749. 4.) p. 182. sq. (vbi et in notis aliorum refert reiicitque opiniones atque interpretationes,) verosimile esse putat, vocabulum ortum esse per ignorantiam librariorum ex compendio scribendi *p. alia* loco *post alia*, quae duo vocabula additionibus, a quibuscumque demum factis, praemissa fuissent, iisque significatum esse, *post alia* in ipso decreto adlata, ea, quae inserta fuerint, posse adiici. Dein p. 185. sqq. recudi fecit quae *Diomedes Braua*, patric. Tranens. in disquisit. crit. de interpolatt. Gratiani, Bonon. 1694. dixit de additamentis atque interpolation. quibus varie mutatum auctumque est decretorum corpus, et quam *Boehmerus* vna cum suis adnotatt. ex codd. tribus Berolin. et vno, I. Pet. a Ludewig desumtis dissertationi suae corpori iuris can. ab ipso edito, tom. I. praemissae, inseruit, et Riegger Boehmeri suasque adnotatt. ex quatuor codd. Vindobon. deductas subiecit. — *Ios. Ant. Riegger* in Opusculis ad historiam et iurisprudentiam p. 305. sqq. similes obss. de *paleis* decreto insertis conscripsit: p. 313. verisimile esse statuit, primo circiter post Gratianum saeculo, aut quod excurrit, adiectum fuisse capitulis intextis palearum nomen: p. 324. sqq. subiecit recensionem palearum, (quae hodie parem habent auctoritatem) in decreto Gra-

Gratiani et in codd. caesar. in qua vulgatas Decreti edd. et codd. caesar. inter se diligenter contulit. De illis paleis docte copioseque disseruit quoque cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 36. sqq. ac p. 462. sqq. Priore loco probatur illi Boehmeri opinio, (a Rieggero vero refutata,) qui, hos canones, *Paleae* nota insignitos esse idcirco putat, quod ex illius aetatis prauo more omnia, ad canonicam disciplinam pertinentia, quae Decreto Gratiani haud continebantur, ab interpretibus Decreti Gratian. ob magnam Decreti auctoritatem vilipenderentur; quam sententiam protulit et confirmare studuit *Boehmer* in: *gründliche Vntersuchung der Worte* Palea, *so vielfältig in Decreto Gratiani anzutreffen*, in Woechentl. Hall. Anzeigen, de a. 1744. nr. XXXII. XXXIII. et XXXV. quae commentatio repetita est in Schotti collectione, inscripta, *Iuristisches Wochenblatt*, part. II. nr. 1. Ibid. cel. *Glück* alios laudat VV. DD. et in §. 28. sqq. p. 41. sqq. agit de correctione Gratiani, et de correctoribus romanis; qui, dum emendare studerent Gratianum, persaepe deprauarunt, et pro genuinis falsas nonnumquam substituerunt inscriptiones, (v. ibid. §. 184.) tum de glossatoribus et glossa ordinaria Decreti, quae cum Decreto ipso est edita; nec non de modo citandi Decretum et de II. Decreti adpendicibus, quae sunt 1) canones poenitentiales XLVII. desumti ex *Summa* card. Ostiensis; 2) canones, qui vocantur, apostolorum, numero LXXXIV. vel potius LXXXV. Idem V. D. §. 130. p. 310. sq. et §. 184. 185. p. 457. sqq. iterum disputat de *palearum* additamentis, „quae, (vt ait ille,) quum posteriori demum ignota manu Decreto adiectae, et plurimae earum parum apte locis suis insertae videantur, inscriptionum fidem et integritatem saepenumero maxime turbarunt. etc." In §. 185. p. 462. sqq. dum vberius exponit, quae malo huic, inscriptionum corruptionibus medicina sit paranda, omnino, vbi per *palearum* interiectiones Gratiani volumen in fide inscriptionum turbatum esse cognoscimus, tales codd. MSS. qui *paleis* hisce haud scatent, (quo recentiores enim sunt, eo maiorem palearum segetem habent,) consulere iubet, et, postquam de codd. ratione canonum illorum, qui in vulgatis edd. *palearum* nomine hodie sunt insigniti, maxime diuersis, quaedam adnotauit, laudat vetustissimum et praestantissimum, saec. vt videtur, XIII. exaratum, bibliothecae acad. Erlangensis [h]) codicem, in quo perpauci tantum canonum istorum, qui in vulgatis Gratiani editt. *palearum* nomine inscripti reperiuntur, exstant, et ii quidem, quos continet, sine distinctione quadam cum ceteris Gratiani canonibus ita sunt connexi, vt nuspiam inscriptionem *paleas* in fronte gerant. Denique, quaenam *Paleae* in nostro habeantur codice, et quinam alii canones adhuc multi in eo desiderentur, curate commemorat, et interdum comparat cum codd. Vindobon. Add. §. 188. p. 470. sqq. §. 190. p. 478. sqq. 480. sqq. et alibi. — *Mansius* ad Fabr. bibl. med. et inf. lat. l. c. negat, auctorem illorum canonum, nomine Palearum insignitorum, fuisse *Cottam Paleam*, qui haec addenda Gratiani Decreto censuerit, et, „id vt admittam, inquit, vetat auctoritas vetustiorum MSStor. in quibus Palea ista ita absunt, vt nomen *Palea* numquam, canones vero interdum legantur. Non sunt ergo Paleae Cottae additamenta; alioquin in

h) Quem diligenter recensuit, cel. *Aug. Frid.* *Pfeiffer*, in: Beyträgen zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften, part. II. nr. XLII. pag. 328-357. Add. ibid. nr. XLIII. p. 357. sqq. de cod. Decretalium Erlangensi. Post haec alius cod. membran. illatus est bibl.

in vetustis hisce codd. et nomen et canones omnes desiderarentur. Ita e. g. in vetustis codd. legitur: *Palea* canonis *magnus episcopus* Dist. LIV. et Palea cap. de seruorum ordinatione ibid. can. 6." Hactenus Mansius. Sed ohe! iam satis est, ne aberrare videar et crambem vicies centiesue repetitam adponam. *Harl.* Add. in primis de iure nouo canonico per decretum Gr. et decretales formato S. V. *Planck* Gesch. der christl. kirchl. Gesellschaftsverf. IV, 2, p. 738. sq. *B.*]

Prima Gratiani editio Argentinensis, charta maxima a. 1471. fol. per Henricum Eggestein, memoratur *Ioanni Caillio* in historia typographiae, gallice edita Paris. 1689. 4. p. 19. atque inde *Michaëli Maittaire* in Annalibus typograph. I. p. 93. [ſ. IV. part. 1. p. 305.] qui p. 94. etiam adfert auctoritates Decretorum per Ioannem Caldrini, ex editione Coloniensi a. 1471. fol. apud Petrum de Olpe.

Baluzius [in praefat. ad Ant. Augustin. de emendat. Grat. vbi quosdam et scriptos et editos Gratian. operis libr. recenset, in Gallandii syll. II. p. 218. sqq. *Harl.*] pro prima habuit Moguntinam, in cuius calce leguntur haec verba: *Anno incarnationis Dominicae MCCCCLXXII. Idibus Augustiis sanctissimo in Christo patre ac domino* Sixto *papa* quarto *pontifice maximo, illustrissimo, nobilissima domus Austriae* Friderico *Romanorum rege gloriosissimo rerum Dominis: Nobili nec non generoso* Adolpho de Nassau *archiepiscopatum gerente Moguntinensem, in nobili vrbe* Moguncia, *quae nostros apud maiores aurea dicta, quam diuina etiam clementia dono gratuito prae ceteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare, hoc praesens* Gratiani Decretum *suis cum rubricis, non atramentali penna cannaue, sed arte quadam ingeniosa imprimendi, cunctipotente adspiranti Deo,* Petrus Schoiffer de Gernsserheym *suis consignando scutis feliciter consummauit.* Scutum siue insigne sequitur duplex, in quorum altero crux S. Andreae cum quatuor fastigiis ansatis cuspidatisque, in altero figura graecum lambda maiusculum referens inter tres stellas. i)

Hanc

i) De editionibus, praecipue antiquioribus, vid. *Caui* histor. litt. SS. eccl. II. p. 216. *Boehmer.* in diss. saepe citata et praefixa edit. Corporis iur. canon. — *Mastricht* in Hist. iuris eccl. post nr. 353. — *Hamberger* in zuverläss. Nachricht. part. IV. p. 215. sqq. qui pleniores quarumdam editt. inscriptiones reddidit, item in kurzen Nachricht. von den vornehmst. Schriftstellern etc. part. II. p. 1503. sqq. — *Paullus Riegger.* in diss. de Decreto Gratiani sub fin. in *Ant. Schmidt* Thesauro dissertatt. aliquoties laudato, tom. I. p. 227. sqq. praecipue in notis subiectis, permultas editt. ac *Ios. Anton. Riegger.* in Opusculis p. 308. codd. Vindobon. caes. recensent. — De codd. atque editt. et commentariis Gratiani cel. *Glück.* in Praecognit. p. 351. sqq. qui edd. diuidit primum in *glossatas* et *non glossatas*; dein in *Antegregorianas*, h. e. vel tales, quae, antequam Correctores romani decretum Gratiani emendarent, ante a. 1580. vel tales quae postea typis sunt expressae; tum in *Gregorianam* ipsam, quae etiam *Romana* dicitur, iussu Gregorii XIII. Romae 1580. aut 1582. publicatam, et *Postgregorianas.* — Codicum copiam producit *Montfauc.* in bibl. MSS. conf. indic. ad illam. — *Panzer* et *Maittaire* in Annal. typogr. (v. indices ad illos,) permultas enumerant edd. et ex prioris inprimis opere, nec tamen omnes, supplebo. — Prima edit. *Gratiani edictum vna cum apparatu Barthol. Brixiensis etc.* est Argentinens. 1471. II. voll. fol. de qua conf. *Io. Dan. Schoepflini* Vindic. typogr. Argent. p. 44. et *Panzer* A. T. I. p. 17. nr. 1. et 3. de altera edit. — Illud enim opus iterum ibid. per Heinr. Eggesteyn. 1472. fol. mai.

Hanc insequutae sunt Venetae 1474. *) et 1479. fol. cum praefatione Petri Albignani Trecii et 1480. 4. per Adamum de Rotwil, et cum glossa Venet. 1478. et 1486. fol. et 1493. fol.

[Romae per Sim. Nic. de Luca, 1475. fol. — ib. per Vdalr. Gall. 1478. mai. fol. (cuius editionis exemplar exstat quoque in bibl. acad. Erlangensi:) v. *Audiffredi* catal. rom. edd. saec. XV. p. 196. p. 227. (vbi quoque p. 226. memoratur liber VI. decretalium cum glossis *Io. Andreae*, per Vdalric. Gallum, 1478. fol.) et p. 254. Decretum cum glossis, ex recognitione Io. B. de Lanciis, 1479. fol. max. vbi quoque Audiffred. docet, in edit. *Decretorum codicis, emendati per Petr. Albign. Trecium*, Venet. 1479. fol. impendio Io. de Colonia et Io. Manthen Gheretzen, falsam esse subscriptionem typographorum *d. III. Nonas Ianuar.* MCCCCLXXIX. — Audiffredi tamen diligentiam effugit ed. Decreti cum glossa, Romae per Georg. Laur. 1476. fol. mai. v. *Ferd. Fossii* catal. codd. saec. XV. impressorum in bibl. Magliabech. Florent. tom. I. col. 744. et *Panzer*. II. p. 466. — In bibl. Erlang. est exemplar Decreti cum glossis et commentario: volumen crassum in max. fol. incipit ab *epistola Francisci Genuensis de monelia in Decretum a se castigatum;* in calce legitur: *liber decreti — impressus Venetiis arte ac impensa Ioannis herbort de siligenstat alamanni A. dom.* MCCCCLXXXII. (1482.) *die vigesimo* primo *octobris.* — *Fossius* l. c. recenset edd. a Fabricio omissas, cum glossis Venet. 1483. 4. min. — ibid. 1487. fol. magn. ib. 1489. 4. min. et ib. 1696. in fol. magno. add. ib. 1499. fol. 1500. fol. 1514. 4. per Luc. Ant. de Giunta, in Rieggeri diss. cit. p. 232. in Schmidt thes. I. Sed a *Bandin.* de Florentina Iuntar. typographia part. I. p. 11. ed. Iunt. sic memoratur: *Sextus Decretalium liber a Bonifacio VIII. in concilio Lugdun. editus*, Venet. in aedib. L. A. de Giunta, MDXIV. 4. et postea edit. *Gregorii papae Decretales*, ibid. eod. anno, in 4. — In *Panzeri* A. T. vol. III. memorantur adhuc edd. Venetae, p. 160. a. 1480. 4. — p. 220. a. 1485. fol. — p. 234. a. 1486. 4. — p. 287. a. 1490. fol. — p. 301. a. 1491. fol. — p. 389. a. 1496. fol. — p. 449. a. 1499. fol. mai. — p. 470. a. 1500. fol. et p. 488. sine anni nota. Sed plures editt. Venet. et aliis in vrbibus quoties prelo exierint, vel in indd. vol. V. p. 228. et vol. X. p. 382. sq. et in *Rieggeri* diss. mem. vbi in notis subiectis curatius describuntur, reperies indi-

mai. II. vol. prelo emissum est, at cum diuersitate, atque vtriusque editionis notitiam dedit vberiorem, ac diuersitatem demonstrauit V. D. in *Meuselii* histor. litterarisch. bibliograph. Magazin, part. VII. et VIII. p. 246. sqq. Chemnit. 1794. 8. Add. *Laire* Index libror. ab inuenta typographia ad a. 1500. part. I. Senonis 1791. 8. p. 243. sq. de priore ed. et de posteriore p. 276. sqq. — De ed. *Moguntina* a. 1472. in membranis, *Deubre* in Bibliogr. instructiue, vol. de la Iurisprudence, p. 6. sq. nr. 917. Haec splendida editio et permultae aliae editt. Gratiani Decreti, praesertim Decretalium ac Decretalium libri sexti, quas omnes enumerare h. l. non vacat, sunt in publ. biblioth. Erlangensi. Add. *Denis* Merkwürdigkeiten der K. K. Garellisch. Bibl. p. 58. sq.

k) Typis Nic. Ienson. v. *Panzer*. A. T. III. p. 99. nr. 140. et quos ille citat. add. de hac aliisque edd. Ienson. Decreti Gratian. et Decretalium nouae compilationis *Sardini* Esame etc. sive Storia critica di Nicol. Ienson. lib. II. Lucca 1797. fol. part. VII. cap. I. p. 71. sq. cap. VI. p. 85. cap. VII. p. 86. sqq. de suspecta Decreti edit. a. 1478. ib. cap. XI. p. 97. sq. de Decretalium sexto libro a. 1476. ibid. cap. VI. — De edit. 1479. v. *Schnitzer* der Kirchenbibl. zu Neustadt an der Aisch IIIte Anzeige, p. 33. 35. sq. *Harl.*

indicatas, quarum plena commemoratio ne taedium in bibl. graeca adferat, verendum est. — In *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. IX. pag. 28. sqq. recensentur edd. Venet. 1480. med. 4. opera *Ade* (sic) *de rotwyl.* — Noribergae 1483. fol. impensis Ant. Koburger, (cuius ed. rariss. exemplar etiam adseruatur in bibl. publ. Erlangensi:) in calce voluminis legitur *Io. Diaconi, Hispani, flos* s. *flosculus et summarium totius decreti Gratian.* — Paris. 1516. 4. expensis et opera Io. Petit ac Thielmanni Keruer. — Lugduni, opera Francisci Frudin, et impensis Aymonis de Porta, 1519. max. fol. — et denique Decretum Gratiani emendatum et notationibus illustratum vna cum glossis, Gregorii XIII. pont. rom. iussu editum: ad exemplar Romanum diligenter recognitum: Lugduni 1584. mai. fol. — *Hamberger* l. c. refert Grat. Decretum cum Glossa etc. Mediolani per Io. Anton. de Honate, 1483. fol. laudatque *I. A. Saxii* hist. lit. typogr. Mediolan. p. 579. tum Merkwürdigkeit. der Dresdnischen Bibl. tom. I. p. 320. — Add. Catal. bibl. Leidens. p. 100. vbi plura occurrunt opera, ad ius canonicum pertinentia, quae Decreta, Decretales, et in ea commentarios comprehendunt: ibid. p. 348. nr. 91. in MSSt. Vulcanii occurrit: Fragmentum ex corpore canonico etc. *Harl.*]

Basil. 1476. fol. cum glossis.

Paris. 1500. 4. 1508. 1517. 8. 1522. 1528. 4.

Decretales per Petrum Schoiffer, Mogunt. 1479. fol.

Decretales, nec non Sextus Decretalium cum Clementinis et Extrauagantibus. Venetiis per Nic. Ienson. 1479. fol.

[P] Sextus Decretalium per Leonardum Pflugl et Georgium Lauer, Rom. 1472. fol.

Sextus Decretalium, Clementinae et Extrauagantes ex Francisci Moneliensis recognitione, additis glossis, Venet. 1483. fol. per Bartholomaeum de Alexandria et Andream de Asula.

Noua compilatio Decretalium Gregorii IX. cum glossa ordinaria Bernardi Brixiani a. 1473. fol. Mogunt. apud Petrum Schoeffer de Gernsheim, papa Sixto IV. et Friderico rege Rom. et archiepiscopo Moguntino Adolpho. Vide Catalogum bibl. Hohendorfianae pag. 16.

Iuris canonici compendium, Argentorat. 1499. fol. in biblioth. Barberina. *Fabr.* Decretorum *Gratiani* summarium. Bonon. per Hug. Rugerium, 1486. fol. *Audiffred.* in Specim. edition. italicar. saeculi XV. Romae, 1794. 4. ex *Denis* supplemento annalium Maetarii, Viennae 1789. 4. p. 212. *Harl.*

Corpus iuris canonici glossatum ad manus mihi est ex editione Basileensi 1512. fol. in cuius tomo *primo* occurrit decretum Gratiani cum Beati Rhenani praefatione, in qua testatur ad antiqua exemplaria et Moguntinensem editionem illud esse emendatum a Ioanne

Amorbachio. Excuderunt Iohannes Peter et Iohannes Frobenius Hammelburgensis, ciues Basileenses. Additae glossae *Ioannis* (Semecae) *Theutonici*, [l]) praepositi Halberstadiensis a. C. 1243. defuncti, et notae *Bartholomaei Brixiensis*, qui a. 1240. claruit, cum diuisionibus Archidiaconi et casibus Benedicti: nec non medullis et margarita decreti siue indicibus locupletissimis. *Tomo secundo* exstant, Concordantiis et annotationibus illustrati, quinque libri *Decretalium* [m]) *Gregorii IX.* auspiciis a *Raymundo de Pennaforti*, Hispano ord. Praedicator., post a. C. 1230. collecti ex constitutionibus et conciliis ab Alexandro III. qui papa fuit ab a. C. 1159. ad Gregorium IX. quem constat pontificatum gessisse ab a. 1227. ad 1241. De hoc Raymundo, qui a. C. 1275. aetat. 99. obiit, adi sis Acta Sanctorum ad 7. Ianuar. tom. 1. p. 404. et Natalem Alex. tom. 7. Hist. eccles. p. 144. Eius summam [P] de casibus poenitentialibus, cum glossis Io. de Friburgo nuper recuderunt Auenione 1715. 4. Tomo *tertio* denique siue vltimo corporis canonici exstat 1) *liber sextus decretalium* a Bonifacio VIII. in concilio Lugdunensi editus, cum glossematis et interpretamentis Iohannis Andreae, Heliae et Dominici de sancto Geminiano, casibus litteralibus, summulis, etc. Liber sextus decretalium vocatur, qui in libros quinque diuisus complectitur constitutiones Gregorii IX. et X. nec non Innocentii IV. Alexandri, Vrbani, Clementis IV. Nicolai III. et Bonifacii VIII. Conciliorumque inprimis duorum Lugdunensium a. C. 1245. et 1274. collectas iussu Bonifacii VIII. a Guilelmo archiepiscopo Ebredunensi, Berengario episcopo Biterensi et Richardo de Senis Vice-Cancellario ecclesiae romanae, promulgatasque a. C. 1297. 2) *Clementinae* (siue quinque libri constitutionum Clementis V. in concilio Viennensi a. C. 1310.) cum enarrationibus, glossis, casibus et additionibus Ioannis de Imola et Francisci Zabarellae. 3) *Extrauagantes* siue XX. constitutiones Iohannis XXII. a. C. 1320. cum interpretamentis Domini Zenzelini et Iohannis Francisci de Pavinis. 4) *Extrauagantes communes* liber I. II. III. V. [n]) cum glossis Ioannis monachi Picardi cardinalis, Guilelmi de monte Laudano et Io. Francisci de Pauinis. *Fabr.* [o])

Aliae

l) De hoc consules D. *Io. Andream Schmidium* in diatriba de triumuiris Halberstadiensibus, Clemente II. Semeca et Conrado Halberstadiensi. Helmstad. 1715. 4. De Decretalibus a b. Luthero publice exustis Witebergae 1520. 10. Dec. vide *Lutheri* opp. tom. 1. Altenb. p. 339. et *Burch. Gotthelff Struuii* bibliothecam librorum variorum tom. 1. p. 135. seq.

m) De quinque collectionibus Decretalium, quae Gratiano posteriores illam Gregorii IX. antecesserunt, et ab Antonio Augustino editae et illustratae sunt, dixi supra p. 20. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 168. [Compilatio decretalium Gregorii IX. Venet. 1486. fol. min. v. *Panzer.* A. T. III. p. 235. nr. 949. et saepius ibid, atque alibi: v. vol. V. p. 176. sqq. in indice voc. *Decretales.* Conf. cel. *Glück* Praecognita etc. p. 48. sqq. — *Bernhardi*, praepositi Papiensis, Breuiarum Extrauagantium, cum *Gregorii* IX. decretalium collectione ad harmoniam reuocatum VV. LL. et variorum notis illustratum, cura et studio de *Riegger*. Friburg. 1779. 4. *Harl.*]

n) De Extrauagantibus et communibus Extravag. v. *Pertsch* Histor. des kanon. vnd Kirch. Rechts p. 312. sqq. et *Lakics* Praecogn. iuris ecclesiast. p. 125. sq. et 131. sq. *Harl.*

o) Huc etiam referenda est edit. ab Hamberg. l. c. memorata Lugdun. a. 1555. fol. inscripta: *Gratiani* Decretum, totius propemodum iuris canonici compendium, summorumque pontificum decre-

Aliae editiones corporis iuris canonici glossati, tribus in fol. voluminibus editi, hae mihi innotuere:

Lugd. 1508. 1548. 1554. 1572. 1584. 1618. 1624. [1671.]

Paris. 1561. 1585. 1612.

Antwerp. 1573.

Praeterea exstat:

Decretum Gratiani Paris. 1552. 8. duobus volum. post Decretales Paris. 1550. 8. duobus volum.

Sextus Decretalium liber Paris. 1537. 8.

Corpus iuris canonici cum paratitlis *Antonii Democharis*. Lugd. 1555. forma minore, sex volum.

Cum glossis et notis *Caroli Molinaei*. Lugd. 1559. 4. Quae a Clemente VIII. in hac editione damnata sunt, exhibet Possevinus tom. 1. apparatus sacri p. 302-327.

Cum paratitlis *Anton. Democharis*, *Anton. Contii*, (qui solet distinguere [P] verba Gratiani a verbis canonum et aliorum,) et adnotatt. marginalibus, Antwerp. 1570. 8. tribus volum. [conf. *Hamberger*, l. c. p. 219. sq. qui describit edit. Paris. ap. Iac. Putean. 1570. 8. *Harl.*]

Venet. 1572. 4.

Ex recensione *Francisci Modii*. Francof. 1586. 8.

Ex *Petri Matthaei* editione. Francof. 1590. 8. quatuor volum. Hic *septimum decretalium librum* addidit, qualem Sixti V. auspiciis iussi fuere colligere Dominicus cardinalis Pinellus, Hippolytus cardinalis Aldobrandinus, Hieron. cardinalis Pinellus, Lucius Sanus episcopus Rupanus, Seraphinus Oliuerius Rotae Auditor, Laurentius Blancherus Rotae Auditor, et eius in Galliam profecti loco Hieronymus Pamphilius Auditor et ipse, Franciscus Pegna Rotae Auditor, Pompeius Arrestinus aduocatus consistorialis, Iulius Caesar Ottinellus secretarius congregationis.

decreta et praeiudicia, vna cum variis scribentium glossis et expositionibus: quae omnia pristino suo nitori restituta fuerunt ad fidem veterum codd. Lugduni, ad Salamandrae, apud Sennetonios fratres. Diuersa, licet inscriptio eadem sit, Lugduni apud Hugonem a Porta, 1560. fol. De glossis et commentariis decreti, v. cel. *Glück* Praecognita, p. 315. sqq. et sect. III. p. 417-513. de critica iur. can. *Harl.*

Ex *Romana Correctione* ad exemplaria vndecim MSS. auspiciis Gregorii XIII. 1582. fol. et 1584. 4. Correctioni illi adfuere p) praeter cardinalem *Caraffam*, *Franciscus Turrianus*, postea Iesuita: *Petrus Diaconus*, presbyter Hispanus: *Flaminius Nobilius*, theologiae doctor, cui adnotationum cura mandata est: *Hieronymus Parisetus*, iuris canonici doctor in studio rom. *Lalemus Salemius* Viterbiensis, annos natus LXXV. et *Petrus Morinus* Gallus. Correctores romanos Demochare et Contio audaciores fuisse passim queritur Baluzius in notis ad Gratianum, adeo vt p. 516. scribat: *Gratiani collectionem hodie non habemus, sed collectionem correctorum romanorum, inhaerentem ordini qui seruatus a Gratiano est.* Et p. 522. *Debebant Gratianum emendare ad vetera exemplaria, emendationes vero ex originalibus, vt vocant, adnotare in margine aut in notis, vt factum a Demochare et Contio.* Adde p. 492. 494. 499. 527. 531. etc. [et *Boehmeri* diss. cit. §. 16. not. *b*. et §. 17. not. *h*. ac *Douiat*. in Praenott. pag. 200. sqq. ibique Schotti not.]

Recusum ex romana editione corpus iuris canonici, Paris. 1587. [1612.] fol. cum notis *Ioh. Pauli Lancelotti*, eiusque libris IV. institutionum iuris canonici, primum editis a. 1563. [rec. Venet. 1584. 8. (v. Hamberg. l. c.) 1591. 1595. 1600. 4. Lugduni 1584. et 1600. fol.]

Lugd. 1591. 4. 1605. 4. Paris. [1612. fol.] 1618. fol. Geneu. 1631. 4. Lugd. 1661. 4. Antwerp. 1648. fol. Colon. 1670. 4. [Colon. 1717.]

Cum glossis et additionibus *Aug. Carrauitae*, P. *Andreae Alciati*, *Prosperi* [P] *Carauitae*, et P. *Marcelli Francolini*, Venet. apud Iuntas, 1615. 4. quatuor volum.

A *Petro* et *Francisco Pithoeis* fratribus ad MSS. codices singulari industria restitutum et notis illustratum, in corp. iuris can. tom. I. Paris. 1685. 1687. fol. 2. voluminibus, et Lipsiae 1695. 1705. fol.

Specimen nouae editionis, quam cum notis practicis, criticis, historicis, chronologicis et geographicis molitus est *Io. Petrus Gibertus*, doctor theologus Aquensis, habetur in eius disquisitione historica de doctrina canonum corpore iuris inclusorum circa requisitum, ad filiorum matrimonium, parentum consensum: Paris. 1709. 12. Vide Nouellas reip. litterariae illius anni, mense Augusto p. 166. sqq.

[*Hamberger* l. c. *Schott*. in not. ad Douiat. Praenott. II. p. 157. sq. inprimis atque adfatim *Ios. Ant. Riegger*. de Gratiani collect. canon. in oblectam. historiae et iuris §. XLI–XLVI. edit. *Ioan. a Turrecremata* card., qui saec. XV. sub Eugenio IV. pontif. rom. floruit, et in Gratiani methodo, permultis vitiis laborante, emendanda ac reformanda, atque in nouo ordine constituendo, ac deretalibus Gregorii accommodato, praeclare ver-

p) Indicem selectorum virorum sub Pio IV. et Pio V. emendationi Gratiani praefectorum habes apud *Antonium Augustinum* in fine libri 1. dialog. 20. de emendat. Gratiani, et *Gerh. van Mastricht* in historia iuris eccles. §. 393.

versatus esse dicitur, valde laudant. Illa editio, postquam diu MSta latuerat in bibliotheca Barber. tandem iussu Benedicti XIII. pont. rom. curante *Iust. Fontanino*, e carcere quasi in dias luminis oras est emissa, et inscripta: *Gratiani Decretorum libri V. secundum Gregorianos decretalium libros titulosque distincti per Iohannem a Turrecremata — nunc primum prodeunt ex codice bibl. Barberinae, praefatione, breuibus scholiis et quatuor indicibus illustrati, cura Iusti Fontanini archiepiscopi Ancyrani: ad haec accedunt alii indices duo — —; nec non de auctoris, in hac noua decretorum Gratiani ordinatione, consilio atque instituto, operis oeconomia et vtilitate, reliquaque eo vtendi ratione dissertatio isagogica Io. Bortonii*, V. S. referendarii, voll. II. 1727. fol. Conf. etiam *Boehmer*. in diss. laudata §. 16. not. *y. z. a. b.* qui postea illo opere ob lectionis integritatem codicis MSti instar vsus est in noua edit. ad quam ornandam varias lectiones ex Turrecremat. edit. et quatuor codd. Berolinens. collegit, et collectiones conciliorum contulit. Inscripta est illa: *Gratiani concordia discordantium canonum, seu Decretum a correctoribus romanis emendatum, lectionibus nouis variantibus ac notis criticis, historicis, chronologicis et geographicis adiectis a Iusto Henningo Boehmero*, in corp. iuris can. tom. I. Hal. Magdeb. 1747. 4. *Harl.*]

26) *Hincmari* q) Remensis archiepiscopi, a. C. 882. r) defuncti, liber de Synodis, qui citatur a Francisco Turriano et recognitoribus Decreti romani, nondum mihi visus est, inquit Petrus Pithoeus, et vereor, ne sint capita XX-XXVII. eiusd. Hincmari aduersus Hincmarum Laudunensem, in quo de conciliorum canonibus et decretis epistolisque pontificum agit, in tomo posteriore operum Hincmari, p. 451-494. edit. Sirmondianae Paris. 1645. fol. Hincmari huius capitula excerpta ex canonibus et presbyteris parochiae suae data a. C. 852. aliaque illis superaddita a. 857. et 874. et 877. edidit *Sirmondus* in conciliis Galliae et in Hincmari operum tom. I. p. 701. atque inde *Labbeus* tom. VIII. concil. p. 568. et *Harduinus* tom. V. p. 391. *Fabr.* Conf. *Fabricii* nostri bibl. med. et inf. latin. III. p. 271. sq. ed. Mansi. — *Du Pin* Hist. eccl. vol. VII. pag. 11-69. — *Caue* Hist. litt. S. S. eccl. tom. II. pag. 33. sqq. ad a. 845. — *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 169. sqq. ad a. 850. — *Douiat.* Praenott. I. p. 633. ibique Schott. not. — *Hamberger* zuverläss. Nachricht. part. III. p. 637. et quos ille et *Saxius* in Onom. litt. part. II. p. 114. sq. et p. 546. alios citant. *Harl.*]

27) *Gregorium* cognomento *Polycarpum* inter canonum et decretorum collectores laudat Turrianus lib. 1. pro canonibus apostolorum c. 21. p. 95. cum Anselmo Lucensi, Deusdedit, Iuone, Burchardo et Gratiano. Hic est Gregorius presbyter, auctor collectionis canonum, cui titulum fecit *Polycarpum*, et qua adhuc inedita vsi Antonius Augustinus et romani correctores ad Gratianum. *Fabr.* De hoc et sequenti v. supra ad nr. 24. fin. *Harl.*

28) *Deus-*

q) Turrianus *Igmarum* solet vocare, saepius ad eum prouocans in Apologia pro canonibus apostolor. p. 25. 64. 65. 90. 104. 141. 284. etc.

r) Male a. 842. excusum in Cangii indice auctorum mediae Latinitatis p. 114.

28) *Deusdedit*, presbyter R. E. cardinalis titulo Eudoxiae *) ab Hildebrando [P] papa factus, iussu Victoris III. papae, canonum volumen, vt Platina ait, in ordinem redegit circa a. C. 1087. Eius in quibusdam bibliothecis exstant libri quatuor de rebus ecclesiasticis, siue de priuilegiis romanae sedis. Ab his diuersa est eius collectio canonum, qua MS. vsi correctores romani ad Gratianum. Vide *Gerh. van Mastricht* historiam iuris eccles. §. 273. *Hunc quidam Burchardi breuiatorem dixerunt: male. Vidimus aliquando exemplar huius collectionis in bibliotheca Dominicanorum Valentin. quatuor in libros distinctum, continens multa ex rom. ecclesiae scriniis, quae Burchardus non viderat.* Haec Petrus Pithoeus. *Fabr.* Comp. *Oudin.* l. c. II. p. 765. ad a. 1080. et *Fabricii* bibl. med. et inf. lat. tom. II. p. 25. *Harl.*

29) *Rutgerus*, Treuirensis episcopus, Ratbodi successor, circa a. C. 917. decretorum librum collegit, quem in Synodo a suffraganeis suis comprobari curauit, vt ex Trithemii chronico Hirsaugiensi notauit Petrus Pithoeus.

30) *Remedii*, Curiensis episcopi, canones ecclesiae Alemannicae ex pontificum epistolis excerpti circa a. C. 813. iussu Caroli M. Vide *Goldastum* tom. 2. part. I. scriptorum Alemannicor. Francof. 1606. et 1661. fol. p. 154. 157. vbi etiam de *Notingo* Constantiensi episcopo defuncto a. C. 934. qui Remedio alios canones adiecit: et in Conciliis editos, *Heriueum* ad a. 900. atque *Egbarum* regem ad a. 967.

31) *Sicardus* Cremonensis episcopus circa a. C. 1160. clarus.

32) Auctor libri *Populeti*. [v. ad nr. 24. fin.]

33) *Radulphi de Riuo*, canonici et decani Tungrensis, defuncti a. C. 1403. liber de canonum obseruantia ex codice Iacobi Pamelii editus Louanii 1568. et in Melch. Hittorpii collectione de diuinis catholicae ecclesiae officiis, Colon. 1568. fol. p. 529. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. 1672. tom. 26. p. 289-320. recusus, capitibus siue propositionibus XXIII. continet ordinem cultus ecclesiastici et officia eorum, qui vitam canonicam professi sunt. *Fabr.* Conf. *Fabricii* nostri bibl. med. et inf. lat. tom. VI. p. 35. sq. *Harl.*

Index scriptorum in hoc capite memoratorum.

[*Numeri paginas nouae huius edit. indicant.*]

ANONY-

*) Cangio *cardinalis S. Petri ad vincula.* Turriano *cardinalis tituli apostolorum*, vbi virum suae aetatis doctissimum vocat, laudatque eius librum, quod ad regem vel Imp. non pertinet, potestates ecclesiasticas constituere, nec electionem summi pontificis confirmare, pag. 95. Apologiae pro canonibus apost. Eius lucubrationem aduersus inuasores Simoniacos et reliquos schismaticos laudat Baronius ad a. C. 1087. n. 25.

CAPVT

CAPVT II.

DE CONCILIIS a) ECCLESIASTICIS EORVMQVE COLLECTIONIBVS.

Concilia. 1. Historiae et synopses conciliorum. 2. De conciliorum ritu et auctoritate scriptores. 3. Concilia alia generalia siue oecumenica, alia particularia. 4. Collectiones conciliorum vtriusque generis vniuersales, 5. et particulares certarum nationum 6. Index conciliorum alphabeticus et chronologicus ex editione nouissima Harduiniana, collatus cum Regia et Labbei. 7. Notitia geographica episcopatuum, quorum in conciliis mentio. 8. Mantissa de recentibus Historiae ecclesiasticae scriptoribus. 9.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

CONCILIA nemo ignorat esse conuentus antistitum ecclesiae, quibus de dogmatibus, moribus ac disciplina debet constitui, vt ad diuini verbi regulam errores reprobentur, abusus corrigantur. A quo tempore principes fuere Christiani, synodi eiusmodi, vt Nicaena a Constantino, Constantinopolitana a Theodosio, conuocatae sunt a principibus, et sub eorum auctoritate [P] celebratae, b) a quibus etiam habent, vt definitiones synodicae in illorum ditione legum instar valere potuerint. Eorumdem principum conniuentia primum, deinde imbecillitate et sinistra fortuna factum est, vt quod principum erat, vsurparent praesules

a) *Franc. Polletum*, qui in Historia Fori Romani lib. 3. pag. 285. negat, *Concilii* vocabulum honeste de conuentibus ecclesiasticis vsurpari posse, confutauit *Georg. Henr. Vrsinus*, quem vide sis in Obseruatt. Philologicis c. 3. 4. 5.

b) Vide *Launoii* partem sextam epistolarum, nec non *Petrum de Marca* libro VI. de Concordia sacerdot. et imperii; *Hug. Grotium* tom. 3. opp. theol. p. 115. seq. *M. Antonium de Dominis* VI. 5. et VII. 3. *Iac. Basnage* Hist. ecclesiastique liv. 10. *Chamier*. Panstratiae cathol. tom. 2. lib. XIII. 10. 11. 12. XIV. 6. etc. *Fabr.* De origine conciliorum copiose docteque disputat V. quidam doctus in (Abele) Magazin für Kirchenrecht und Kirchengeschichte, part. I. Lips. 1778. 8. p. 479-526. Add. *Spittler* in: Geschichte des kanonisch. Rechts, §. 10. 11. sqq. pag. 38. sqq. qui quoque p. 45. 54. sqq. *Moshemii* sententias (in institutt. H. E. Helmstad. 1755. 4. p. 155. sq. etc.) examinat improbatque. *Pertsch.* in hist. eccl. germanice scripta, saec. I. cap. 10. §. 14. sqq. saec. IV. cap. 5. §. 1. et 2. et alibi; idem in: kurze Histor. des kanon. Rechts, sect. I. de origine legum eccles. §. 2. sqq. p. 3. sqq. §. 22. sqq. p. 51. sqq. §. 24. p. 60. sqq. sect. II. §. 2. p. 114. sq. *Ge. Dan. Fuchs* in tota prima parte libri: Bibl. der Kirchenversammlungen; late persequitur historiam conciliorum saec. IV. et V. atque p. 271. sqq. incipit recensere collectiones actorum concil. — *Franc. Salmon* Traité de l'etude des conciles et de leurs collections, etc. Paris. 1724. 4. iterum emendate, ibid. 1725. 8. (conf. Iournal des Savans. 1725. Iul. pag. 3. acta erudit. 1726. pag. 52. *Coleri* auserlesene theol. Bibliothek, vol. II. pag. 467.) *Buddei* Isagoge ad theolog. vniuersam lib. II. cap. 5. §. 8. — Instar omnium paene haberi potest *Christi. Guil. Franc. Walch Entwurf einer vollständigen Historie der Kirchenversammlungen*, Lips. 1759. 8. vbi quoque pag. 29. sq. plures huc pertinentes libri commendantur. De conciliorum temporibus actorumque collectionibus paullo inferius plura dicentur. *Harl.*

ſules romani, et hac ipſa poteſtate ad illorum auctoritatem magis magisque circumſcribendam abuterentur. Subinde tamen pontificibus ipſis metuenda fuere concilia, atque hodie etiam nulla magis Romae inuiſa vox, quam prouocantium in Gallia a papa, et adpellantium concilium. Etiam concilia poſſe errare, quum homines ſint fuerintque, a quibus illa haberi contingit, et grauibus ſaepe animorum motibus obnoxii, nemo ſanus dubitet, et tot damnantium ſe mutuo ſententiarum contrariae deciſiones neminem patiantur dubitare. Notiſſima quoque et multorum calamis celebrata Greg. Nazianzeni querela grauis de infelici coetuum eiusmodi ſucceſſu, et de φιλονεικίαις ac φιλαρχίαις epiſcoporum ſuo tempore, qui ad ſynodos conuenerant, epiſt. 55. ad Procopium. Nihilominus iniquiſſimum fuerit, hoc promiſcue de omnibus pronunciare, vt contra euidens eſt, non temere conculcandam eſſe conciliorum, oecumenicorum praeſertim, auctoritatem, quorum doctrinae et conſtitutionibus, verbo diuino minime diſſentientibus, iam a tot ſaeculorum decurſu obſequium Chriſtiani orbis ſuffragatur; idque ſuadet non modeſtia tantum et pudor, ſed prudentia, officium ac pietas. Patet quoque, in conciliorum decretis pulcherrimam hiſtoriae eccleſiaſticae partem, luculentiſſime ac certiſſime, tam quod ad dogmata quam ad diſciplinam moresque adtinet, traditam explicatamque contineri. Quamobrem duxi operae pretium poſt notitiam de collectionibus canonum expoſitam capite ſuperiore, etiam conciliis impendere caput praeſens tertiumque et quartum, ac pro inſtituti mei ratione ita de illis tractare, vt ſynodorum acta et conſtitutiones conſulere cupientibus, per adparatus litterarii chronologicique ac geographici ſubſidium facilior ſit ad eas aditus, et expeditior euolutio.

[P] II. *Hiſtoriae et ſynopſes *) conciliorum.*

Inſtitutione canonica, nella quale ſi contengono le leggi di Santa Chieſa, le ordinatione de' ſummi pontefici et le conſtitutioni di tutti i ſacri concilii, raccolta per *M. de gli Alberti.* Venet. 1569. 4.

Thomas Mariae Alfani, ord. praedicator. Neapoli, praeter collectionem conciliorum Neapolitanorum prelo paratum habet opus quadripartitum, *lezioni per le ſtudio de' concilii,* cuius prima parte tractat generatim de conciliis, 2) de conciliis per prima ſex ſaecula, 3) a ſaeculo ſeptimo ad duodecimum, 4) a ſaeculo tertiodecimo in praeſens tempus, a. 1719.

Dan. Angelocratoris epitome conciliorum vſque ad Dordracenam ſynodum. Marpurg. 1620. 4.

Anonymi Hiſtoire des Conciles generaux, commençant par le premier Concile de Nicée. Pariſ. 1691. 8. Amſterd. 1692. 4. Acta Erud. 1692. p. 457.

Antonii Auguſtini, ſummi viri, hiſtoriam conciliorum MS. memorat Nic. Antonius bibl. Hiſpan. tom. I. p. 500.

Aegidii

*) De graecis infra capite 5.

Aegidii Gonsalez d'Avila, Toletani, S. I. concilia generalia in locos communes redacta. Philippus Alegambe bibl. Iesuit. p. 8.

Summa conciliorum ex Moerlini, Iouerii, Baronii, Binii, Coriolani, Sirmondi aliorumque collectionibus ac MStis aliquot, auctore *Lud. Bailio.* Paris. 1645. 1659. et 1672. fol. Patauii 1701. fol. 2 volum. Vide et infra in Coriolano.

Antonio Baldasarri, S. I. istoria di tutti i concilii oecumenici di oriente e di occidente, con la scelta d'alcuni naziolani. Venet. 1708. 12. duobus volum. [et 1713. 4.] Giornale de' letterati d'Italia tom. 7. p. 466. tom. 15. p. 473.

Marci Battaglini, Nuceritani episcopi, Istoria universale di tutti i concilii generali e particolari 475. Venet. 1686. 1688. 1689. 1696. et 1704. 1714. fol. Nouvell. de la Rep. des lettres 1688. Iul. p. 695. Galleria di Minerva tom. I. p. 269. seq. [De hoc libro v. *Walchii* bibl. theol. III. p. 840. *Clement.* bibl. curieuse, histor. et critique, tom. II. p. 493. sq. aliosque a *Walchio* citatos. *Harl.*]

Bernardi Guidonis, ord. praed. libellum de conciliis citat Baluzius tom. [I] 7. Misc. p. 79. Eiusdem Chronicon p. 405. et Historiam ordinis fratrum praedicatorum p. 479. Vixit a. C. 1320.

D. Laurentii Brancati, infra *Laurea.*

N. Burchardi, presbyteri Vesontini, summula conciliorum generalium. Paris. 1718. 12. Journal des Savans 1719. p. 58.

[*I. Bouillet de St. Paul* abregé historique des conciles generaux. Moulin. 1703. 12. *Harl.*]

Abregé des conciles generaux par *Felix Buy.* Vigneul Marville tom. 3. melanges d'histoire et de litterature p. 7. seq.

Io. Cabassutii Aquisextiensis presb. Congregat. oratorii Notitia ecclesiastica historiarum, conciliorum et canonum inuicem collatorum, veterumque ac recentiorum ecclesiae rituum. Lugd. 1680. fol. 1685. 1690. Breuior eiusdem *Cabassutii* notitia conciliorum S. ecclesiae, Lugd. 1667. 8. 1670. 8. recusa Venet. 1703. 8. [v. *Walch.* l. c. p. 839. sq. *Harl.*]

Ioach. Camerarii enumeratio oecumenicarum synodorum, indicatis temporibus atque praecipuis illarum negotiis, ad calcem chronologiae Nicephori CPol. et narrationis de synodo Nicaena, Basil. 1561. fol. et ad calcem synopseos de VII. Synodis, quam graece cum Abr. Sculteti versione recudi curauit Io. a Fuchte. Helmst. 1614. 8.

Bartholomaei Carrantzae Mirandae, ord. praedicator. summa conciliorum, et pontificum, a Petro vsque ad Iulium III. succincte complectens omnia, quae alibi sparsim tradita sunt; sed mire contaminata interpolataque et truncata conciliorum decreta referens, licet edita saepissime Venet. 1546. 1573. Salmanticae 1551. 4. Antwerp. 1556. 1561.

fap. Walchium l. c. p. 869. sq. 1564. 12. 1569. 8.] 1576. Lugdun. 1564. 1570. 1600. 12. [1602. et 1675. 8.] Parif. 1555. 16. 1564. 1624. 1655. 8. 1660. 12. Rom. 1635. 8. et cum *Francifci Syluii* additionibus, Duaci 1639. 1659. 1679. 8. [Geneuae 1600. 12. et *Francifci Ianfenii Elinga*, ord. praed. Louan. 1681. 4. [Colon. 1701. 8. Add. infra p. 283.]

Guilielmi Caue praeclara notitia conciliorum omnium in parte altera hiftoriae litterariae fcriptorum ecclefiafticorum tradita Lond. 1697. et Geneu. 1699. fol. quae priori parti iuncta iterum lucem vidit Geneu. 1705. 1720. fol. Fabr. Editio nouiffima, ab auctore ipfomet ante obitum recognita et auctior facta, [Lond. 1740. 1743. recus.] Bafileae 1741. fol. I. vol. a. 1745. II. vol. In fine fingulorum voluminum commode fubiunctus eft index alphabetico-chronologicus, quae in vol. continentur, et quidem in priore vol. vltimum locum is occupat, in pofteriore autem vol. ante indicem rerum memorabilium infertus eft. *Harl.*

Dau. Chytraei catalogus conciliorum, Onomaftico eius theologico fubiunctus, Witeb. 1578. 8. et ad calcem fynodici veteris a D. Io. Pappo graece et lat. editi Argentor. 1601. 4. pag. 95-140.

[*Thom. Combar.* Roman forgeries in the councils during the firft four centuries. London, 1689. 4. et, quae eft continuatio; the church hiftory cleard from the Roman forgeries. ib. 1695. *Harl.*]

[*Cafpar Contareni* fumma conciliorum magis illuftrium. Florent. 1553. 4. *Harl.*]

Francifci Longi a Coriolano fumma conciliorum vfque ad Gregorium XV. Lugdun. 1623. Antw. 1623. Parif. 1639. 1645. fol. cum additione 100. conciliorum per *Ludou. Bailium*, Parif. 1647. fol. Vide D. *Io. Fabricii* theologi Helmft. bibliothecam tom. 2. p. 331.

Eiusdem *Longi* chronologia pontificum et conciliorum. Lugd. 1623. fol. De conciliis generalibus adprobatis et reprobatis cum explicatione bullae Dominicae rom.

[P] *Io. Dartis* de conciliis commentario in Decreti dift. 15. et 16. qui inter eius opera canon. part. I. p. 53-186. lucem vidit Parif. 1656. [al. 1650.] fol. non modo in genere difputat de conciliis, fed et hiftoriam conciliorum generalium et multorum particularium perfequitur, adiunctis ad canones non paucos obferuationibus.

Francifcus Ianfenius Elinga, fupra in *Carranza*.

Zeger Bernhardi van Efpen tractatus hiftorico-canonicus, exhibens fcholia in plurimorum canones conciliorum. Leodii 1693. 4. [Rothomagi 1710. 4. et in nouiffima ed. eius opp. 1753.]

D. Io. Forfteri tractatus de conciliis praecipue quatuor oecumenicis cum breui hypotypofi colloquiorum inter Lutheranos et Anti-Lutheranos habitorum. Witeb. 1613. 4.

D. Se-

D. Salomonis Gesneri libri IV. de conciliis, quorum 1) generalem tractationem, 2) historicam narrationem conciliorum vsque ad a. 1600. 3) et 4) refutationem librorum Rob. Bellarmini de conciliis continent. Witeb. 1607. 8.

Io. Ludouici Hartmanni, vide infra in Ruelio.

Godfridi Hermantii scriptum postumum, table des canons des conciles et des decrets des papes et des eveques, disposée suivant l'ordre des matieres. *Ellies du Pin* tom. 18. bibl. eccles. p. 186.

Alius *Hermantius* Cadomensis, auctor historiae conciliorum editae gallice Rothomagi 1695. 12. Histoire des conciles, ou l'on verra en abregé ce qui c'est passé de plus considerable dans l'Eglise, depuis sa naissance jusqu'à present. Haec auctior recusa 1704. et 1716. 12. quatuor voluminibus. Journal des Savans 1695. p. 650. Memoires de Trevoux 1717. p. 1929. seq. [edit. IV. Rothomagi, 1730. 8. IV. voll.]

Dictionaire des conciles par Mr. *Hermant.* MS. id. 1702. p. 324. edit. Amstel.

Casp. Heunischii chronologia sex conciliorum oecumenicorum, subiecta eius patrologiae. Lips. 1679. 4.

D. Ioachimi Hildebrandi historia postuma conciliorum a nato Christo ad a. 1645. in ecclesia habitorum. Helmst. 1707. 4. [et 1715. 4.]

Ioh. Hoornbeck lib. 1. Miscellaneorum sacrorum cap. 23. p. 616-639. de ratione et ritibus synodorum in veteri ecclesia differens, Vltraiecti 1689. 4.

Francisci Iouerii sanctiones ecclesiasticae tam synodicae conciliorum vniuersalium et particularium, quam pontificiorum decretorum. Paris. 1555. fol.

[F] *Emanuelis Katonne de patrum, conciliorum et traditionum auctoritate, Francof. 1611. 8.*

Philippi Labbei, S. I. synopsis historica conciliorum, Paris. 1661. 4. et tomo primo conciliorum, Paris. 1672. fol. *Dan. Nesselii* symbola synodica ad Labbei synopsin, quam promisit in sciagraphia magni corporis historici (act. Erud. 1692. p. 499.) non vidit lucem, quod sciam. Labbei historia synodorum Galliae. Paris. 1646. fol.

D. Ioh. Lassenii synopsis et summa conciliorum omnium inde a passione Christi vsque haec tempora in Europa, Asia, Africa et America habitorum. Ien. 1661. 4. [conf. *Molleri* Cimbr. litterat. tom. II. p. 450.]

D. Laurentii Brancati, cardinalis de Laurea, Min. Conuent. S. Francisci epitome canonum omnium siue index in concilia generalia ac prouincialia, Decretum Gratiani, Decretales et constitutiones pontificum. Rom. 1659. Colon. 1684. fol. [ap. *Walch.* theol. Gotting. Colon. 1654. *F.*]

Syno-

Synodorum generalium ac prouincialium decreta et canones scholiis, notis ac historica actorum dissertatione illustrati per *Christianum Lupum*, ord. eremitar. S. Augustini. Bruxell. 1673. 4. quinque voll. [quorum tamen duo priora prodierunt Louan. 1665. Rec. in tom. I. sq. eiusd. opp. Venet. 1724-1729. fol. XII. tom.] Vide *Ellies du Pin* tom. 18. bibl. ecclesiast. p. 132. [et *Walch.* l. c. p. 872. sq.]

Leandri de S. Martino Historia et harmonia conciliorum. Francof. 1618. fol. [1697. fol.]

Dan. Nesselii, vide supra in *Labbeo*.

Lucas Osiander in epitome historiae ecclesiasticae per XIV. Centurias deductae etiam synopsin conciliorum exhibet, Tubing. 1608. 4. Quemadmodum et in Centuriis XIII. Magdeburgensibus caput nonum solet tribui conciliis, ne dicam de aliis historiae et annalium ecclesiasticorum scriptoribus, quos in mantissa ad hoc caput recenseo.

Francisci de Padilla Index chronographiae seu epitome conciliorum, Madrit. 1587. 4.

Theodori Pangali, istoria polemica pontificia de i primi concili generali. Giornale de letterati d'Italia tom. 15. p. 470.

Mutii Pansae Historia conciliorum generalium ad Tridentinum vsque, cum eius obseruationibus de bibliotheca Vaticana, part. 2. p. 127. sqq. Romae 1590. 4. Italice.

Delectus actorum ecclesiae vniuersalis, siue noua summa conciliorum etc. auctore *P. Poisson*, sacri oratorii presbytero. Lugd. 1705. [ap. *Walch.* Ien. theol. 1706. apud eius filium, 1703.] fol. 2 volum. Nouvell. de la Rep. des lettr. 1705. Nou. II. p. 578. Memoires de Trevoux 1705. p. 2005. Nou. Journ. des Savans, 1706. Iun. p. 633.

[*Anton. Posseuini* index omnium conciliorum, numero 212. in eiusd. Moscouia p. 335. ed. 1587. fol. *Harl.*]

[P] *Gabrielis Prateoli* narratio historica conciliorum XCIV. et in chronico chronicorum Iani Gruteri lib. 2. p. 246. et cum castigationibus *Ioannis Lydii*, Francofurtensis. Lugd. Bat. 1610. 8. Francof. 1614. 8.

Ioannis Prideaux synopsis conciliorum, in eius operibus iunctim editis Oxon. 1651. 4. Tiguri 1672. 4. p. 707. seq.

Io. Baptista Ricciolus chronologiae reformatae parte 3. p. 130-150. Concilia ordine chronologico et alphabetico percensens.

Edmundi Richerii, doctoris Sorbonici, historia conciliorum generalium, libri IV. Colon. [s. potius Paris. 1680. 4. et] 1683. 8. 3 voll. Acta Erud. 1683. p. 494. 550. [v. *Walch.* l. c.]

[*Paul. Ios. Rieggeri* exercitatio de conciliis, altero iuris canonici fonte, Vindobonae, 1758. 4. repet. inter eiusd. opuscula iuris eccles. ibid. 1767. 4. p. 137. *Harl.*]

Gre.

Gregorii de Riuer canonum conciliorum epitome. Lugduni 1663. fol.

Io. Lud. Ruelii de conciliis quatuor oecumenicis. Colon. Brandeb. 1667. et Altdorf. 1669. 4. Eiusd. concilia illustrata per sedecim secula, siue historia conciliorum et colloquiorum continuata ad an. 1661. a Ioanne Ludouico Hartmanno, Superintendente Rotenburgensi ad Tuberim. Noriberg. 1675. 4. quatuor volumina. [v. *Walch.* l. c. p. 873.]

Projet d'une nouvelle somme des conciles par *Mr. Sautour.* Mem. de Trevoux 1710. p. 743. Neuer Bücher-Saal XII. p. 937. l'Histoire des conciles generaux par demandes et par réponses, eodem auctore.

Emanuelis Schelstrateni antiquitas illustrata circa concilia generalia et prouincialia, decreta et gesta pontificum etc. Antwerp. 1678. 4.

D. Ioh. Audr. Schmidii, theologi Helmst. conciliorum et colloquiorum erudita historia synoptica, in tomo secundo introductionis Casp. Sagittarii ad historiam ecclesiasticam. Ien. 1718. 4.

Nic. Selnecceri catalogus breuis praecipuorum conciliorum oecumenicorum et nationalium. Lips. 1561. 8. Francof. 1571. 8.

Nicolai Simonis, Carmelitae, qui Harlemi a. 1511. diem obiit, volumina duo conciliorum, quorum meminit Theodorus Schreuelius in Harlemo sua pag. 81. lucem nunquam viderunt.

Simonis Starauolscii epitome conciliorum tam generalium quam prouincialium vitarumque pontificum. Rom. 1615. 1653. fol. *Fabr.* De quo libro raro v. *Ianozki* Nachricht von den in der Zaluskisch. Bibliothek sich befindenden raren polnischen Büchern, part. I. p. 72. *Harl.*

Franciscus Syluius, supra in *Carranza.*

Lud. Thomasini dissertationes 20. in concilia generalia et particularia tomus I. Paris. 1667. 4. et tomo XV. p. 380. Rocaberti biblioth. maximae pontificiae; [et Lucae, 1728. fol. v. *Walch.* p. 873. qui etiam laudat *Freytagii* analecta de libris rarior. p. 992. et *Niceron.* Memoires tom. III. p. 271. *Harl.*] Eiusdem opus ingens 3 voluminibus in fol. MS. Remarques [¶] sur les conciles. Vide catalogum bibl. Hohendorfianae, (quam Caesareae Augustissimus Carolus VI. adiunxit,) III. p. 232.

Henr. Zindelii tabula conciliorum vniuersalium. Hanov. 1671.

Anonymi Histoire des conciles generaux, et Assemblées tenues en orient et en occident — jusqu' au concile de Trente — Paris. 1699. 8. 2 volum. Vnschuldige Nachrichten 1701. p. 93.

Analyse, ou idée generale (peu exacte) des conciles oecumeniques et particuliers. Bruxell. 1706. 8. 2 volum. Journal des Sav. Sept. p. 947.

Methode pour apprendre facilement l'histoire de la Bible avec l'histoire des conciles generaux, dediée à Madame de Maintenon, troisieme edition. Paris. 1695. 12. Journal des Sav. p. 685.

Nescio quid libri sit, de quo Histoire des ouvrages des Savans 1699. Septembr. *On inprime au Louvre chez Mr. Anisson l'Histoire des conciles, in folio. Le Pere Harduin, le P. Daniel et le P. Douvein, président a cette impression.*

[*Io. Georg. Walch.* in bibl. theolog. selecta, tom. III. Ien. 1762. 8. p. 838. sqq. suppeditat notitiam quorumdam, qui historiae conciliorum explanandae operam dederunt, quorum „alii, inquit, sunt *generales*, qui singulorum, saltem maxime celebrium atque illustrium conciliorum notitiam dederunt ac narrarunt, qua aetate, qua occasione, qua auctoritate illa sint habita; quae facta fuerint decreta. Alii adpellari possunt *speciales*, ab ea commentandi ratione, qua industriam suam ad singularia ac certa tantum concilia ita adhibuerunt, vt historiam resque eorum describerent.“ Ex illo igitur tomo locoque eorum, quorum notitia effugit industriam Fabricii, mentionem hic paucis subiiciam.

Io. Christiani Neu de conciliis quatuor oecumenicis, Tubing. 1709.

Dictionaire portatif des conciles, Paris. 1758. 8. a prima reipublicae christianae aetate vsque ad a 1590. conf. *Ernesti* neue theolog. bibliothek vol. II. p. 72.

Anonymi Histoire des conciles generaux citat quidem Fabric. sed Walch. addit pleniorem inscriptionem: *Hist. des conc. gener. et assemblées tenues en orient et occident depuis le tems des apotres jusqu' au concile de Trente, avec des dissertations par raport aux moeurs de l'eglise gallicane et du royaume*, ac praeter *Vnschuldige Nachrichten*, a Fabricio iam laudatas, citat quoque Actor. erudit. supplement. tom. III. p. 342. ac *Bernard* nouvelles de la republ. des lettres 1699. Sept. pag. 243. Idem alium anonymi excitat librum:

Petri Valerii Martirelli lettioni famigliari sopra l'historia e dogmi de' concilii generali d'oriente, esposte al suo capitolo e clero: v. Journ. des Savans 1709. Iul. p. 230. et Memoir. de Trevoux 1709. Dec. p. 2211.

Thomae Mariae Mamachi epistolae ad Mansium de ratione temporum Athanasianorum, deque aliquot synodis, quarto saeculo celebratis, Romae 1748. 8. Agitur de synodis Sardicensi, Mediolanensi, Romana, Antiochenis, maxime de illorum aetate. V. Act. erudit. 1750. p. 449.

Tum *Walchius* pag. 869. sqq. recenset libros multorum, qui partim epitomas conciliorum fecerunt, partim commentarios scripserunt, variaque capita eorum, quae peracta sunt et constituta, illustrarunt: vnde eorum quae Fabric. omisit, repetam supplementa.

Gabriel.

Gabriel. Albaspinaei notas in concilium Eliberitanum et quosdam alios antiquos canones, quae cum eiusdem libris II. de veteribus ecclesiae ritibus obseruationum prodierunt Paris. 1623. 4. et iterum cum praefat. *Gebhardi Theodori Meieri*, Helmstadii, 1672. 4.

Bouchardi summula conciliorum, Paris. 1718. 12.

Ios. Catalani sacrosancta concilia oecumenica, prolegomenis et commentariis illustrata, Romae, 1736. fol. IV. voll.

Io. Paulli Paravicini polyanthea sacrorum canonum coordinatorum, qui in conciliis generalibus ac prouincialibus, in oriente et occidente celebratis, in decreto Gratiani, in decretalibus, epistolis ac constitutionibus romanorum pontificum ad nostra vsque tempora prodierunt etc. Neopragae, 1708. III. voll. quod opus, ait Walchius, complectitur *Brancati epitomen canonum*, litterarum ordine dispositam, atque ita lexicon exhibet.

D. *G. I. Planck*, theol. Gottingens. cel. in: Einleitung in die theologische Wissenschaften, part. II. Lips. 1795. 8. a p. 270. permulta opera et collectiones, quae ad historiam conciliorum pertinent, recensens, memorat adhuc, quae sequuntur:

Barthol. Caranzae summa conciliorum — in nouum ordinem chronologicum redacta — vsque ad pontificem Pium VI. continuata — a *P. Dom. Schramm*, Benedict. Banthensi, Aug. Vindelic. 1778. 8. tom. I-IV. add. infra, *Dominici Iacobatii* etc.

Analyse des conciles generaux et particuliers — contenant leurs canons sur le dogme, la morale et la discipline tant ancienne que moderne — expliquée par des notes — par le *R. P. Richard*, Prof. en Theol. tom. I-V. Paris. 1772-1777. 4. lat. vers. a *I. A. Dalmaso*, Aug. Vindel. tom. V. fol. — De memoratis aliisque huius generis libris conf. etiam *Io. Aug. Noesselt* Anweisung zur Kenntniss der besten Bücher in allen Theilen der Theologie; ed. III. Lips. 1790. 8. part. 1. sect. 3. §. 431. sqq. p. 563. sqq. — *Christi. Guil. Franc. Walch.* in: Grundsätzen der Kirchengesch. des N. T. ed. III. Schulz. Giessen. 1792. sq. 8. passim, e. g. in part. I. p. 52. sq. 83. sqq. 124. sqq. 180. sqq. 221. sqq. etc. — In catalogo bibliothecae *Bunau.* tom. III. vol. I. libr. 2. cap. 1. qui *conciliorum, synodorum* et *colloquiorum* historiam, eorumdemque decreta et canones continet, p. 231. sqq. *Franckius*, confector illius cat. non solum multorum, quorum memoria iam facta est, sed multorum quoque aliorum, qui in bibl. Bunau. nunc in regia Dresden. adseruantur, integras inscriptiones retulit. In sect. igitur I. nominantur relationes synopticae veterum de synodis, maxime vniuersalibus; in sect. II. scriptores recentiores de historia conciliorum generales; in sect. III. de iure, ritu, et modo habendi concilia; in sect. IV. de auctoritate conciliorum: in cap. II. collectiones conciliorum tam vniuersalium, quam particularium et eorumdem summae vel synopses: in cap. III. collectiones canonum, conciliorum et constitutiones atque canones apostolorum. Tum in cap. IV. per plures sectiones singulorum conciliorum tam vniuersalium, quam certarum nationum collectiones, scriptaque permulta, quae ad historiam, vindicias, illu-

illustrationem conciliorum etc. pertinent, vbertim indicantur. Siluam librorum maioris minorisque molis de conciliis collegit *Chr. Guil. Franc. Walch.* in prolegomm. ad Entwurf einer vollständ. Historie der Kirchenversamml. p. 45-67. vnde quilibet, harum rerum studiosus, plurium librorum operumque, quorum omnium inscriptiones h. l. repetere nec vacat, nec opus esse videtur, notitiam haurire potest. *Harl.* Add. *C. W. Flügge* Einleitung in das Studium der Relig. vnd Kirchengesch. p. 292. sq. 557. sq.

III. *De ritu conciliorum et auctoritate.*

Acta adpellationum a pontifice ad concilium, vt a Gregorio IX. a. 1239. et ab Innocentio IV. a. 1245. tum ab Alexandro IV. Vrbano IV. Clemente IV. Gregorio X. sed et a Bonifacio VIII. a. 1303. et a Iohanne XXII. Benedicto XII. Gregorio XII. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. Pio II. Paulo II. etc. a Sixto IV. a. 1478. 1483. 1484. et ab Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. a Clemente VII. a. 1526. 1527. et a Pio IV. ab Innocentio XI. a. 1688. et nouissime a Clemente XI. a. 1717. et 1718. Vide *du Puy*, preuves des libertez etc. c. 13. Petrum de Marca IV. 17. de Concordia Sacerdotii et Imperii, Anonymi traité de l'autorité du pape (à la Haye 1720. 12.) tom. 3. p. 93. seqq. et tom. 1. p. 309. D. *Christoph. Matthaei Pfaffii* Acta publica constitutionis *Vnigenitus* p. 251. seq. 276. 360. 410. 431. 451. 586. et post praef. cardinalis item Noallii adpellationem cum D *Io. Mich. Heineccii* animaduersionibus editam Hal. 1718. 4. *Fabr.* *Ge. Sigism. Lakics* Praecognita iuris ecclef. vniuersi, sect. II. cap. 3. p. 243. sqq. *Harl.*

Decreta concilii Pisani a. 1409. Constantiensis a. 1415. Basileensis a. 1432.

[T] *Didaci de Alabus Esquiuel*, episcopi Granatensis, liber de conciliis vniuersalibus, ac de his, quae ad religionis et reip. christianae reformationem instituenda videntur. Granatae 1582. fol.

Natalis Alexandri sec. XV. et XVI. diss. IV. tom. VIII. Hist. ecclef. p. 365. sqq. edit. in fol.

[*Petri de Alliaco* tractatus de ecclesiae, concilii generalis, romani pontificis et cardinalium auctoritate, scriptus in concilio Constantiensi, a. 1417. v. in *Gersonii* opp. a Du Pin editis, tom. II. col. 925-960. Antwerp. 1706. fol. *Harl.*]

Petri Allixii diss. de conciliorum quorumuis definitionibus ad examen reuocandis, Paris. 1680. 8. (sine auctoris nomine cum dissert. de vita Tertulliani etc.)

Iacobi Almaini contra Thomam Caietanum (seu de Vio) de auctoritate ecclesiae et concilii, quod illius potestas et auctoritas pontifice sit superior. Confer *Ellies du Pin* tom. 14. p. 90. [*Gerson* opp. cit. II. col. 976-1112.]

Mosis Amyraldi diss. III. 1) de conciliorum origine et necessitate, 2) de ratione conciliorum conuocandorum, 3) de illorum auctoritate. Inter eius diss. Salmur. 1641. 8. atque in Dispp. Salmuriensibus p. 505-552. Salmur. 1665. 4.

Camilli

Camilli Andociani, Hispani, grande volumen de conciliis, quod e Clafenio laudat D. Io. Andreas Schmidius p. 774.

[*Andreae*, episcopi Magorensis, gubernaculum conciliorum - scriptum a. 1435. in *Herm. v. der Hardt*. Actis conc. Constant. tom. VI. part. IV. p. 139-334. *Harl.*]

Antonii Ioannis Afforii tractatus de synodo dioecesana, Tarraconae 1604. 4.

Rob. Bellarmini liber de conciliis et ecclesia, et secundus de conciliorum auctoritate, quo summum pontificem absolute esse supra concilia contendit.

Cypriani Beneti, infra in Rocaberto, tom. 7.

[*Io. Chstph. Becmanni* diss. de auctoritate conciliorum, Frcof. ad Viadr. 1672. 4. *Harl.*]

[*Benedicti* XIV. pontif. max. olim Prosperi cardinal. de Lambertinis — de Synodo Dioecesana, libri XIII. Romae, 1748. fol. et saepius, ac nouissime post eius mortem, Romae 1767. II. tom. tum in collectione eius opp. v. *Schott.* ad Doniat. Praenott. tom. I. pag. 219. *Harl.*]

[*Laur. Beyerlink* tractatus synodicus — in quo de conciliorum s. synodorum institutione, vsu, caussis, firmitate, auctoritate et praerogatiua. Antwerp. 1619. 8. *Harl.*]

Iohannes Breuicoxa, theologus Paris. ex cuius tractatu MS. de potestate ecclesiae et conciliorum nonnulla adfert Io. Launoius VIII. 11. epist.

Cataldini de Boncompagnis, infra in Rocaberto, tom. 6.

Henr. Bullingeri de conciliis lib. II. Tigur. 1561. et germanice 1574. etc.

Tho. Caietani, infra in Rocaberto, tom. 19.

Iacob. Camerarii synodica, i. e. de indicta synodo capita. Prima, secunda, tertia. Lipsiae 1543. 8.

Camilli Campegii, infra in Rocaberto, tom. 7.

Melchioris Cani, infra in Rocaberto, tom. 16.

Petri Iosephi Cantelii, S. I. dissertatio V. et VI. in metropolitanarum vrbium historia ciuili et ecclesiastica, Paris. 1685. 4.

Ioannes Capistranus de papae et concilii auctoritate. Venet. 1580. 4.

Iac. Cappelli dissertationes III. de conciliis, contra Bellarminum. tom. I. diss. Sedanens. pag. 1033. seq. Geneu. 1661. 4.

[P] *Barthol. Carranzae,* vide infra in Iacobatio.

D. Martinus Chemnitius in examine concilii Tridentini, Francof. 1565. 1585. 1609. et 1707. fol. et 1599. 8. duobus volum. et germanice a G. Nigrino. Francof. 1576. fol.

Gilberti de Choiseul du Plessis Pralain, Tornacensis episcopi, epistola ad M. Steyaertum, theol. Louaniensem, de autoritate ecclesiae, quam in concilio vniuersali, pontificis potestate superiorem esse disputat. Vide Ellies du Pin bibl. eccles. tom. 18. p. 179. seq.

Nicolai de Clemangis disputatio super materia concilii generalis, habita cum quodam Scholastico Parisiensi p. 61. sqq. Operum editorum a Io. Martino Lydio, Lugd. Bat. 1613. 4.

Hermanni Conringii exercitatio historico-politica de conciliis et circa ea summae potestatis auctoritate, Helmst. 1650. 1675. 4. respondente Ioach. Iohanne Madero.

Casparis Contareni, cardinal. de potestate pontificis et concilii, Venet. 1562.

Rudolphi Cupers, infra in Rocaberto, tom. 19.

Nic. Cusanus de Concordantia catholica libro 2.

Philippi Decii concilium ad Ludouicum, Francorum regem, pro auctoritate concilii generalis supra papam.

Io. Anton. Delphini libellus de tractandis in concilio oecumenico, et qualiter et in quem finem patres ea differere conueniat. Rom. 1561. 4. infra in Iacobatius.

Christiani Dreieri disputatio XVII. et XVIII. controuers. praecip. cum pontificiis est de conuocatione et praeside conciliorum. Regiomont. 1688. 4.

Guil. Durandi, Mimatensis episcopi, de modo generalis concilii celebrandi, Paris. 1545. 8. et saepius recus. vt 1635. 1671. etc.

Andreas Duval, infra in Rocaberto, tom. 3. et in Vigorio.

Boëtii Eponis, infra in Rocaberto, tom. 5.

Ioannis Fabri, episcopi Viennensis, libellus praeparatorius concilii vniuersalis futuri.

Pauli Fabulotti, infra in Iacobatio, et Rocaberto, tom. 18.

Vincentii Ferre, infra in Rocaberto, tom. 20.

Io. Gersonis de concilio generali vnius obedientiae etc. Confer *Ellies du Pin* Gersoniana, et F. D. T. B. [d]) Apologiam Gersonis pro suprema ecclesiae et concilii generalis autoritate, Lugdun. Bat. 1676. 4.

Cl.

d) Edmundi Richerii.

[P] *Cl. Gonsaei*, quae regia potestas, quo debent auctore sollennes ecclesiae conuentus indici, qui in his locus et ordo considendi regum procerum et populi? Senonibus 1561. 4.

Dominici Grauinae, infra in Rocaberto, tom. 8.

Tractatus de modo et ordine generalis concilii celebrandi, auctore *Alphonso Guerrerio*, Hispano. Neapoli 1545. 4.

[*Io. Paul. Hebenstreit* diss. de legibus ecclesiae vniuersae, pariterque de iis, in quibus illae conditae sunt, conciliis, in primis oecumenicis contra Bellarminum et Baronium, veritatem historicam peruertentes. Ienae 1699. 4. *Harl.*]

D. Iac. Heilbrunneri von Conciliis, catholischen Glauben, etc. Rettung wider I. P. Fickler's Rettung der Concilien des Pabsts. Laugingae 1591. 4.

Io. Gordonus Huntleus controuersiis de ecclesia, papa, conciliis, etc.

Dominici cardinalis *Iacobatii* de concilio tractatus, Rom. 1538. fol. et in Rocaberto, tom. 9. Solet etiam conciliis Labbei velut adparatus alter subiici volumen Paris. 1672. excusum, in quo continentur praeter Iacobatium, *Io. Antonius Delphinus* de concilio oecumenico, ex edit. Rom. 1561. *Hieron. Donatus* de principatu romanae sedis apologeticus ad Graecos cum epistola ad Oliuerium, cardinalem Neapolitanum, ex edit. Rom. 1525. *Marci Mantua-Bonauiti*, Patauini ICti, dialogus de concilio, ex edit. Venet. 1541. 4. *Pauli Fabulotti*, Romani, ex religione SS. Barnabae et Ambrosii de potestate papae supra concilium ad Fabricium Verullum cardinalem, ex edit. Venet. 1613. *Barthol. Carranzae* quatuor controuersiarum de auctoritate pontificis et conciliorum explicatio, ad edit. Venet. 1546. *Petri de Monte*, Veneti, episcopi Brix. Monarchia siue de pontificis et conciliorum generalium potestate, ex edit. Rom. 1537. ad MS. Felini Sandei transscripta. [v. supra e Planckii libro excerpta.]

Io. Henichii dissertatio de auctoritas antiquitatis ecclesiasticae et conciliorum. Luneburg. 1648. 4.

D. Henr. Hoepfneri de conciliis contra Rob. Bellarminum. Lips. 1620. 4.

Stanislai Hosii, infra in Rocaberto, tom. 19.

Isidori Mercatoris qualiter concilium celebratur. Vide supra p. 232.

Francisci Iunii de conciliis et de magistratus summi circa illa officio contra Bellarmin. tom. 2. opp. p. 1025. seqq. Geneu. 1613. fol.

D. Andreae Kunadi diss. de conciliis ecclesiasticis. Witeb. 1654.

Petri Labati, infra in Rocaberto, tom. 18.

Ioannis Lampadii decades tres dissertationum de conciliis. Brem. 1613. 1615. 1618. 8.

[*Franc.*

[*Franc. Leytam* impenetrabilis pontificiae dignitatis clypeus, in quo vera doctrina de potestate summi pontificis rom. indubitata supra omnia concilia, etiam generalia et legitime congregata, et de eiusdem infallibilitate in rebus ad fidem moresque spectantibus, tam intra quam extra concilium definiendis demonstratur etc. Item de potestate concilii vniuersalis legitimi supra papam dubium, seu Antipapam, et in casu schismatis iuxta veram concilii Constantiens. explicationem. Dilingae 1697. 4. *Harl.*]

[P] *Io. Launoii* plures et eruditae dissertationes exstant in eius epistolis parte 2. 3. 4. 5. et 6. quibus Bellarminum papae auctoritatem supra concilium efferentem confutat. Multis etiam idem parte 8. confirmat, non papam praefuisse conciliis, nec papae confirmatione opus fuisse. Confer D. *Antonii Reiseri* Launoium confessorem p. 427. seq.

Sibrandi Lubberti de conciliis libri V. contra Bellarmin. Geneu. 1601. 8.

Ludouici presbyteri congregat. oratoril. Vide infra Thomasin.

[*Io. Maioris* disp. de auctoritate concilii supra pontif. maximum: v. in *Io. Gerson.* opp. tom. II. col. 1131-1145. *Harl.*]

[*Gebhard. Theodor. Meieri* politia ecclesiae primitiuae ad ciuilem formata. Helmstad. 1676. At non est generatim intelligendum. v. *Spittler.* Geschichte des kanon. Rechts, p. 29. sqq. *Harl.*]

D. Martini Lutheri von den Conciliis vnd Kirchen. Witeb. 1539. 4. et tom. 7. Ien. p. 218. tom. 7. Altenb. p. 235. [tom. XVI. p. 2730. in Walchii edit. opp. Lutheri.] Confer Sleidanum lib. 12. p. 345. et Seckendorfium lib. 3. de Lutheranismo p. 241. seq.

Petri Magni de concilio libellus. 1587. 4.

Marci Mantuae Bonauiti, vide supra in Iacobatio. Vnschuldige Nachrichten 1702. p. 628.

Io. Marius, Belga, de schismatum et concil. eccl. vniuersalis differentia, deque praestantia gallicae ecclesiae conciliorum, [Paris. 1540. 8. gallice, et in eius Illustrations de Gaule, Lugd. 1549. *F.*] e gallico latine edidit *Simon Schardius* cum Theodorici Niem de schismate, [et in historia sui temporis, Argentor. 1609. 8.]

Io. Anton. Massobrii tractatus de synodo dioecesana seu episcopi. Romae 1627. 4.

D. Io. Frid. Mayeri diss. quod papa non sit supra concilium. Gryphiswaldiae.

Petri Molinaei de conciliis, tom. 1. diss. Sedanensium. Geneu. 1661. 4.

Petri de Monte, vide in Iacobatio et Rocaberto, tom. 18.

Iac. Naclanti tractatus, an acta generalis concilii necessario exigant confirmationem papae. Venet. 1562. [et de auctoritate papae et concilii, in eiusd. opp. tom. I. p. 580. sqq. ac 587. sqq. Venet. 1567. fol. *Harl.*]

Didaci

Didaci Nugni Cabezudi tractatus de auctoritate papae et concil. Venet. 1612.

[*Oeders* Nachricht vom Ansehen der Kirchenversammlungen, sonderlich der Tridentinischen. Suobaci, 1736. 8. *Harl.*]

[*Io. Aug. Orsi* de Rom. pontificis in synodos oecumenicas et earum canones auctoritate. Acc. diss. qua eccl. monarchiae forma explicatur. Rom. 1740. II. 4. Eiusd. de irreformabili Rom. pontificis in definiendis fidei controuersiis iudicio. tom. I. P. I. II. (acc. diss. circa modum a Pet. de Marca propositum conciliandi summam R. P. auctoritatem cum libertate suffragiorum in conc. oecum.) tom. II. ib. 1739. 4. *Beck.*]

Ioannis Andreae Osiandri assertiones theologicae de conciliis. Tubingae 1666.

Antonii Paulutii, infra in Rocaberto, tom. 4.

De Concilio, liber *Reginaldi Poli* cardinalis. Rom. 1562. 4. Louan. 1569. 8. et in Rocaberto, tom. 18.

P. Francisci Porteri, Hiberni, systema decretorum dogmaticorum e conciliis. Auenione 1693. Acta Erud. p. 335.

[T] *Vrbanus Regius in Colloqulo de concilio Mantuano tom. 4. opp. germanice editor. pag. LXVI. seq. non adeo aspernatur conciliorum auctoritatem, sed partium studio et dominandi, quod est in papa et episcopis, nihil boni ex illis exspectandum queritur. Idem dixeris de b. Lutheri et aliorum protestantium durius in concilia dictis, quae collegit Allatius p. 33. contra Hottingerum et contra Creyghtonum p. 63. seq.*

Edm. Richerii Apologia pro Ioanne Gersonio pro suprema ecclesiae et concilii generalis auctoritate etc. Lugd. Bat. 1676. 4.

In Bibliotheca maxima pontificia *Io. Thomae Rocaberti*, quae tomis XXI. Rom. 1697. sqq. fol. lucem vidit, plura exstant scripta, quorum pleraque pontificis auctoritatem super concilia mordicus tuentur; [vid. Bünau. bibl. catal. l. c. p. 235. sq.] tomo 1. *Adami Tanneri* ex Commentar. in summam D. Thomae tom. 3. disp. qu. 4. tomo 3. *Andreae Duvalii*, doctoris Sorbonici, de suprema pontificis in ecclesiam potestate: tomo 4. *Antonii Paulutii*, ICti Veneti, iurisprudentia sacra de ecclesia, pontifice, comitiis ecclesiasticis: tomo 5. *Boëtii Eponis* de hierarchia ecclesiastica et de prouocatione a summo pontifice ad concilium generale: tomo 6. *Cataldini de Boncompagnis* de translatione concilii Basil. et potestate papae: tomo 7. *Camilli Campegii*, ord. praed. de pontificis supra reges et concilium auctoritate: *Cypriani Beneti* de prima orbis sede, concilio, ecclesiastica potestate et papae supremo insuperabilique dominio: [*Caes. Petri Mich. Delphini* decisio de proportione papae ad concilium, et de vtroque eiusd. principatu]: tomo 8. *Dominici Grauinae* de causis conciliorum etc. tomo 9. *Dominici Iacobatii* liber 3-10. tomo 10. *Dominici a S. Trinitate* de summo pontifice et sacris conciliis: tomo 11. *Emanuelis a Schelstrate* antiquitatis illustratae diss. 1. et 3. et ad concilium Constantiense de superioritate papae supra concil. tomo 12. *Francisci Suarezii* de conciliis: tomo 13. *Ioannis de Turrecremata*: tomo 15. *Lud. Thomasinus*: tomo 16. *Melchioris Cani*: tomo 18. *Pauli Fabuloti* et *Petri Labati* de papae superioritate supra concilia, *Petri a Monte* et *Reginaldi Poli*: tomo 19. *Rudolphi Cupers*, ICti, *Stanislai Hosii*, *Thom. Caietani* de comparatione auctoritatis papae et concilii: et tomo 20. *Thom. Stapletoni*, *Vincentii Ferre* de comparatione concilii generalis cum potestate papae.

papae. *Fabr.* Quidam theologi cathol. susceperunt opus, inscriptum: Magna bibliotheca, s. Notitia SS. ecclesiast. vett. et recc. Colon. 1734. fol. sed primum tantummodo vol. lucem adspexit. *Harl.*

Antonii de Rosellis monarchia, seu de potestate imperatoris ac papae, et de materia conciliorum. Venet. 1487. fol.

Emanuelis a Schelstrate, supra in Rocaberto, tom. 11.

[P] *Nicolai Simonis*, Carmelitae, a. 1511. defuncti, de potestate papae, imp. et concilii libri VI. memorantur a Valerio Andrea et Francisco Swertio in bibl. Belgica.

Tho. Stapletoni, supra in Rocaberto, tom. 20.

Francisci Suaresii, in Rocaberto, tom. 12.

Matthaei Sutliuii libri de conciliis contra Bellarmin. Lond. 1600. 4.

Mich. Thomasii Takaquet, episcopi Ilerdensis, de ratione habendi concilia prouincialia ac dioecesana, ac de iis quae in his praecipue sunt tractanda, cui adiungitur *Isidori* ordo de celebrando concilio, Rom. 1565. 4. et tom. 2. bibl. Hispan. p. 117.

Adami Tanneri, supra in Rocaberto, tom. 1.

Lud. Thomassinus de auctoritate papae supra concilium, Paris. 1667. 4. et tom. 15. Rocaberti. Vide Ellies du Pin tom. 18. bibl. eccles. p. 188. Histoire des ouvrages des Sav. 1695. Fevr. p. 284.

Gerh. Titii disp. theologica de conciliis, Helmst. 1656. 4.

Dominici a S. Trinitate, supra in Rocaberto, tom. 10.

Ioannis de Turrecremata de papae conciliique generalis auctoritate. Venet. 1563. 4. et tom. 13. Rocaberti.

Dan. Tossani de colloquiis et conciliis, quisnam eorum vsus in ecclesia. Heidelb. 1589. 8.

Francisci Turriani, S. I. de papae supra concilium auctoritate. Florent. 4.

Petri Pauli Vergerii cur et quomodo christianum concilium debeat esse liberum? 1557. 8. Eiusdem concilia papae vitanda, 1553. 4.

De conciliis synodia Vgonia, siue *Matthiae Vgonii*, episcopi Famaugustani, opus de omnibus ad concilia rite ac legitime celebranda pertinentibus. Brixiae 1541. fol. Venet. 1565. fol.

Simonis Vigorii de auctoritate concilii generalis supra papam, Colon. 1613. 8. Declaration aux docteurs de Sorbonne, 8. Apologia de suprema ecclesiae auctoritate contra Andream

dream du Val. Trecis 1615. 8. [in *Vigorii* opp. tom. I. p. 130-184. tom. II. p. 1-128. et tom. IV. p. 133. sqq. Paris. 1683. 4. *Harl.*]

Campegii Vitringae oratio de synodis. Franek. 1706. 4. Vnschuldige Nachrichten 1706. p. 536.

Guil. Wake, archiepiscopi postea Cantuariensis, liber insignis, qui inscribitur: the authority of christian princes over their ecclesiastical synods asserted, with particular respect to the Convocations of the Clergy of the Realm and Church of England. Lond. 1697. Omitto scripta plurima apud Anglos ab eo tempore de eodem argumento in vtramque partem vulgata, [P] Wakii sententiam tuentibus G. Tydallo, White Kennoto, Humfredo Hody, Beniamino Hoadly, etc. contrariam Francisco Atterbury, Samuele Hillio aliisque.

Eliae Weihenmaieri diss. de conuocatoribus ac directoribus priorum quatuor conciliorum oecumenicorum aduersus Baronium, Bellarminum, Binium, etc. Witeberg. 1692. 4.

Guil. Whitakeri praelectiones de conciliis contra Bellarminum etc. sex quaestionibus. Cantabrig. 1600. Herborn. 1601. 8. et tom. 1. opp. p. 569. Genev. 1610. fol.

Georgii Wicelii adhortatio ad episcopum Moguntinum, vt vocetur concilium.

And. Willeti synopsis papismi de conciliis aduersus Bellarmin. Oppenh. 1618. 4.

Francisci de Zabarellis, ad quem pertinet ius indicendi concilium, (tempore schismatis a. 1404. inter Innocentium VII. et Benedictum,) Mogunt. 1607. 8. et in Simonis Schardii syntagmate tractatuum de Imperiali iurisdictione, Argentor. 1609. fol. ex edit. a. 1545.

[Dissertation sur le concile de Trente, dans laquelle on prouve, que le concile general est au dessus du pape dans les matieres de la foi, et que le concile n'est pourtant pas infaillible, par Msr. de V. Amsterd. 1702. 12. *Harl.*]

IV. Concilia et synodi ecclesiasticae auctoritatem diuersam obtinent, prout celebratae sunt vel a singularum dioeceseon clericis ac praesulibus, quales in singulis prouinciis bis per annum fieri cautum est canone Apost. 37. et Nicaeno 5. Vide *Petr. de Marca* VI. 13. de Concordia Sacerdotii et Imperii; vel quae sunt habita ab episcopis plurium dioeceseon sub vno metropolita, exarcho aut patriarcha; vel denique, quae communi nomine magnae partis orbis christiani ex variis prouinciis ac dioecesibus siue orientis siue occidentis ecclesiarum, quod postremum genus oecumenica, generalia atque vniuersalia concilia adpellari consueuerunt. Vide Suicerum in Σύνοδος. e) Quatuor duntaxat huiuscemodi sunt, quae ab oriente pariter et occidente, a romana ecclesia et protestantibus suscipiuntur:

Oo 2 1. Ni-

e) Add. *Sigm. Iac. Baumgarten* diss. de indole, auctoritate numeroque conciliorum oecumenicorum. Halae Magdeb. 1753. 4. — *Spittleri* Geschichte des kanon. Rechts, p. 33. sqq. 51. sqq. 58. sqq. §. 9-15. it. p. 83. sqq. §. 19. — *Douiat.* in Praenott. libr. II. cap. 1. de conciliis, p. 207-222. ibid. cap. 9. p. 245. sqq. ibique *Schott*, qui etiam laudat *Douiatii* Explication des lieux et des pays, qui ont donné le nom aux Conciles, insertam eius Histoire du Droit canonique, Paris. 1677. 12. *Harl.*

1. Nicaenum sub Constantino M.	aduersus haeresin Arii		a. C. 325.
2. CPolitanum sub Theodosio M.		Macedonii	381.
3. Ephesinum sub Theodosio minore		Nestorii	431.
4. Chalcedonense sub imp. Marciano		Eutychis	451.

Orientalis ecclesia praeterea amplectitur:

5. CPolitanum sub Iustiniano, de tribus capitulis et aduersus Origenianos et Eutychianos 553.
6. Trullanum sub Constantino Pogonato aduersus Monotheletas 680.
[P] Quinisextum Trullanum sub Iustiniano Rhinotmeto, contra Honorium et Monotheletas 691.
7. Nicaenum II. sub Constantino V. et Irene matre, pro imaginibus 787.
CPolitanum sub Basilio Macedone, contra Photium 869.
8. CPolitanum sub eodem Basilio, pro Photio 879.

At in romana ecclesia [f]) pro oecumenicis conciliis insuper habentur:

9. Lateranense I. a. 1119. sub Callisto II.
10. Lateranense II. a. 1139. sub Innocentio II.
11. Lateranense III. a. 1180. sub Alexandro III.
12. Lateranense IV. a. 1215. sub Innocentio III.
13. Lugdunense I. a. 1245. sub Innocentio IV.
14. Lugdunense II. a. 1274. sub Gregorio X.
15. Viennense a. 1311. sub Clemente V.
16. Constantiense a. 1414. sub Ioanne XXII. ad Martinum V.
17. Basileense [g]) a. 1431. sub Eugenio IV.
18. Florentinum a. 1439. sub Eugenio IV.
19. Lateranense V. a. 1512. sub Iulio II. et Leone X.
20. Tridentinum a. 1545. ad 1563. sub Paulo III. ad Pium IV.

V. Col-

f) Vide *Laur. Brancati* epitomen canonum pag. 133.

g) Basileense concilium inter generalia omittit Brancatius, Bellarminus etiam Constantiense lib. I. de concil. cap. 5. A Gallicana ecclesia nec Florentinum nec Lateranense V. pro vniuersalibus haberi, notat *Io. Launoius* parte VIII. epist. 11. p. 736. seq.

V. *Collectiones conciliorum, generalium et particularium.*

Primum omnium h) *Iacobus Merlinus*, doctor theologus et ecclesiae Parisiensis poenitentiarius, Lutetiae a. C. 1524. duos conciliorum tomos, a Petro Quentello a. C. 1530. i) Coloniae recusos, [v. *Panzer*. A. T. vol. VI. p. 409. nr. 562. et VIII. p. 89. nr. 1441.] et [P] a. C. 1535. denuo Parisiis impressos adornauit; vno quidem concilia vna cum romanorum pontificum epistolis decretalibus ab Isidoro quondam compilata, altero vero acta duorum Constantinopolitanorum, nec non Constantiensis et Basileensis concilii complexus.

Huius diligentiam imitatus *Petrus Crabbe*, Mechlinensis, ordinis Franciscani a. C. 1538. Coloniae apud Petrum Quentel, itidem duos conciliorum tomos Carolo V. imperatori dicatos, sed longe ampliores edidit, in quibus praeter adpendices et supplementa concilii Constantiensis et Basileensis, variasque synodos et epistolas, gesta concilii Chalcedonensis ex recensione Rustici, romanae ecclesiae diaconi, Liberati Carthaginiensis breuiarium, concilium Lateranense sub Innocentii III. pontificatu celebratum, gesta concilii Florentini ex interpretatione Bartholomaei Abrami Cretensis, et vitas romanorum pontificum adiecit. Quum vero ne sic quidem conciliorum historiae satisfecisse sibi videretur, anno vulgaris aerae 1551. iunctis *Orthuini Gratii* studiis, Coloniae ex officina Ioannis Quentel, nouum conciliorum opus tribus tomis comprehensum, Nicaeno II. Lateranensi V. plurimisque aliis conciliis additis, in publicum emisit. In tomo 2. p. 809. exhibuit etiam Leodiensis cleri epistolam contra Paschalem II. et tom. 2. p. 967. Opusculum tripartitum de variis negotiis et abusibus, nec non tom. 3. p. 819. consilium delectorum cardinalium et aliorum praelatorum

h) Quum doctor olim meus b. *Thomas Ittigius* notitiam collectionum conciliorum dederit in actis Eruditorum a. 1684. p. 348. eam hoc loco excerpere et obseruationibus meis ac supplementis auctam lectori exhibere volui. *Fabr.* Conf. de collectionib. concil. *I. G. Walch.* bibl. theol. select. tom. III. pag. 824. sqq. — *Christi. Guil. Franc. Walch.* prolegg. ad Entwurf einer vollständ. Histor. der Kirchenversammlung. §. 26. p. 30. sqq. — *Fuchs* Biblioth. der Kirchenversamml. part. I. p. 334. sqq. qui pleniores et integras singularum editt. subiecit inscriptiones. — *Planck* Einleitung in die theol. Wissensch. part. II. p. 276. sqq. — *Car. Frid. Walch.* ad Eckhardi Hermeneuticen iuris lib. I. cap. 8. §. 312. pag. 560. sqq. — *Noesselt.* Anweisung zur Kenntniss der besten Bücher in allen Theilen der Theologie, ed. III. p. 559. sqq. — *Lakics* Praecognita iuris eccles. vniuersi, sect. I. cap. 4. §. 132. sqq. pag. 205. sqq. qui etiam citat *Salmon* iudicia de illis collection. in Op. de studio concilior. part. II. c. 2. artic. 1. sqq. et c. 6. artic. 1. sqq. *Harl.*

i) Apud Labbeum, qui praefationes superiorum editionum tomo primo collectionis suae praemisit, praeter rem, typographi vel calami vitio traditur, editionem Coloniensem Merlinianam anni 1550. esse in 8. Est mihi in manibus editio Coloniensis a. 1530. perinde in fol. vt Parisienses tom. I. 1523. tom. II. 1524. et 1535. Tomus prior mera est Isidori collectio, sed, vt supra p. 17. ed. vet. et ed. nou. p. 165. notaui, interpolata et additis pontificum post Gregorium magnum decretis aucta. In editionibus a. 1530. et 1535. ad calcem tom. I. etiam addita bulla aurea Caroli IV. et bulla Pii V. de non adpellando ad futurum concilium. Harduinus [etiam Walch. fil. in prolegg. citat.] praeterea memorat alteram collectionem conciliorum, quam vocat, elegantissimam anni 1555. apud Franciscum Regnault, Parisiis in 8. quam non vidi. [*Fuchs* l. c. p. 335. memorat ed. Parif. 1536. in 8. haud diuersam a superioribus, nisi vt epistola nuncupator. ed. primae valde sit mutilata. *Harl.*]

rum de emendanda ecclesia Paulo III. iubente conscriptum et exhibitum a. C. 1538. quae tria scripta deinde omissa a Binio, dedit iterum Ed. Brown in adpendice ad fasciculum rerum expetendarum fugiendarumque. Crabbium in conciliis integre ac fideliter edendis summam diligentiam adhibuisse, *Guil. Witackerus* in praefat. ad tom. 2. opp. libenter fuit professus.

Anno 1555. Parisiis apud Audoënum Paruum *Franciscus Iouerius* Valentinus tripartitum sanctionum ecclesiasticarum opus, quarum prima classis synodos vniuersales, secunda particulares, tertia pontificum decreta continet, eum in finem Parisiis vulgauit, vt singulis sanctionum istarum generibus, quae hactenus permixta fuerant, seorsim collocatis, conciliorum lectio iucundior et facilior redderetur. Verum quum noui nihil adtulerit, sed potius de contrahendo volumine, ne vltra debitam magnitudinem excresceret, solicitus fuerit, aeque minus hoc loco rationem eius aliquam habendam ducimus, quam Bartholomaei [P] Carranzae et ceterorum, qui conciliorum tomos in summas et compendia redegerunt, de quibus supra p. 100. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 276.

Progredimur ergo ad *Laur. Surium*, Carthusianum, qui quatuor volumina conciliorum, Coloniae a. C. 1567. Gerwini Calenii iuris Licentiati, et heredum Io. Quentelii typis impressa diuulgauit et Philippo II. Hispaniarum regi inscripsit, in quibus non solum aliquot locorum millia, ad manuscriptorum codicum fidem diligenter collata, emendauit et integritati suae restituit, verum etiam libris octo constitutionum apostolicarum, quas vocant, et codice encyclio seu syntagmate epistolarum synodalium, pro defensione concilii Chalcedonensis ad Leonem imp. ex diuersis prouinciis scriptarum, concilio V. generali, plurimisque aliis antiquitatis ecclesiasticae monumentis, quae in id vsque tempus desiderata fuerant, conciliorum thesaurum locupletauit. Ad hanc editionem animaduersiones nonnullae *Latini Latinii* leguntur in eius Bibliotheca sacro-profana pag. 117. seq. De *Frontonis Ducaei* ad hanc editionem notis et variis lectionibus, quas deinde ad Binium edendas transmisit, vide *Petri Aurelii* opera tom. 3. 285. seq. 289. De fide non optima, qua in vulgandis conciliis Surius fuit vsus, b. D. *Casparem Loescherum* diss. de latrociniis in publicos scriptores §. 46. et 48.

Surianam conciliorum collectionem *Veneta* excepit, quae in quinque tomos distributa a. C. 1585. auspiciis Sixti V. ex Dominici Nicolini officina prodiit, actis concilii Nicaeni, quae Alphonsus Pisanus ediderat, nec non actis Ephesini concilii, quae Theod. Peltanus latino idiomate donauerat, et Caroli Borromaei conciliis Mediolanensibus, nonnullisque aliis conciliis et epistolis auctior; vt adnotationes breuiores margini, et pleniores contextui adiectas taceamus. [Plura de hac coll. scripsit *Fuchs* l. c. p. 338. sq. *Harl.*] Male Hendreichius pag. 580. Pandect. Brandenb. editionem Venetam conciliorum tribuit Binio. Male idem memorat editiones Coloniensem 1628. pro 1618. et Romanam 1628. pro 1608.

Seueri-

Seuerinus Binius, canonicus Colonienf. 1606. nouam conciliorum collectionem, fcholiis et adnotationibus ex Baronio [k]) maxime [?] depromtis, et ad curiae romanae placita accommodatis illuftratam, et duodecimo poft anno, vulgaris aerae 1618. iterum aliam in eruditorum confpectum hoc difcrimine prodire iuffit, vt prior editio mere latina quatuor tomis, tertio in duo volumina diuifo, contineatur, in pofteriore autem, quae longe amplior et illuftrior eft, graeca, praeter alias acceffiones plurimas et maximas, quaecunque reperiri potuerunt, accefferint, fingulis tomis in duo vel tria volumina diftributis; quamquam poftea Parifienfes, quum pofteriorem Binii editionem a. C. 1638. [l]) iterum Morellianis typis prelo fubiecerunt, totum opus in nouem tomos, feptimo in duo volumina partito, digefferunt. Ceterum e plurimis, quae Binius partim in prima, partim in fecunda editione conciliorum tomis primus inferuit, nominare iam fufficiat concilia Hifpanica, quae a. C. 1593. Madriti apud Petrum Madrigalium, *Garfiae Loaifae (Loayfa)* ftudio, cum eiusdem fcholiis et adnotationibus edita fuerant, et tom. IV. graeco-latinos conciliorum generalium, quae a. C. 1608-1612. Pauli V. aufpiciis Romae ex Vaticana typographia prodeuntia *Iac. Sirmondo* curante, fed multis mutationibus factis, lucem adfpexerunt, Sirmondi praefatio in eius operibus tom. 4. p. 606. recufa legitur.

Verum et voluminum numero, et augufto chartae et typorum apparatu, Binianas et omnes reliquas conciliorum collectiones antecellit *Regia*, quae aufpiciis Armandi Pleffaei Richelii in 37. tomos diffufa a. C. 1644. in fol. Parifiis in publicum exiuit, quae et ipfa nouis acceffionibus minime caruit. In ea enim Iacobi Sirmondi concilia Gallicana, Horatii Iuftiniani concilium Florentinum, quod paullo ante id tempus Romae excufum fuerat, Vigilii epiftola pro confirmatione fynodi V. et adpendix ad concilium Claromontanum cum differtationibus Petri de Marca, antiqua Angliae concilia, concilium Lemouicenfe ex manufcripto Thuanae bibliothecae codice fuppletum, aliaque, quae Binium et reliquos conciliorum editores latuerant, comparent. *Iacobus le Long* in bibliotheca hiftorica Galliae p. 89. ex Lengleto notat, fuiffe, qui obferuarint monumenta poteftatem regum principumque fpectantia in hac editione adcuratius, quam in aliis expreffa legi. Tamen et ipfe monet, in hac etiam exftare, quod Philippus Pulcher iure fuerit excommunicatus, et auctor fcripti Tolofae 1691. 12. excufi, lettre d'un Abbé à un [?] Prelat de la Cour de Rome p. 54. non fine indignatione teftatur, hoc fe videre, quod in conciliis, regis fumtu excufis, non leuis macula memoriae maiorum eius adfpergatur, decretisque regiam poteftatem circumfcribentibus

k) Binium Baronii perpetuum exfcriptorem vocat *Matthaeus Larroquanus* pag. 155. diff. de Liberio pontifice. Et ideo notas eius omififfe fe in fua conciliorum editione Harduinus profitetur. Binius in graecis, vt multa docent, parum exercitatus, iudice *Labbea* tom. I. p. 192. Malam quoque fidem illius in conciliis edendis arguit *Beueregius* notis ad Synodicum p. 170. 172. 175. etc. Confer *Tho. Comberi*, canonici Eboracenfis, fraudes Romanas in editione conciliorum priorum quatuor feculorum et a Baronio commiffas, Lond. 1689. 4. Acta Eruditorum tom. 2. fuppl. p. 39. *Tho. Iamefii* of the corruption of Scripture, Councels and Fathers, by the Church of Rome. Lond. 1611. 4. *Guilhelmi Grashovii* epiftolam ad Seuerinum Binium de conciliorum editione. Lond. 1624. et in *Eduardi Brown* adpendice ad fafciculum rerum expetendarum et fugiendarum num. XXIII. [*Vfferius* in antiquit. ecclefiae Britann. p. 235.]

l) 1636. ap. Fuchs. p. 540. quem vide. *Harl.*

tibus et regno schismatis notam impingentibus concilietur auctoritas. Labbeus tom. 1. p. 194. *Neque hic sollicitabo manes sollertis, mihi dum viueret amici, Regiae seu Lupareae, vt vocant, collectionis conciliorum editoris, quem Binianis erroribus tenatius, saltem per initia adhaesisse, saepius doluimus.* Indicem chronologicum et alphabeticum in hanc editionem habes in catalogo bibl. publicae Groninganae p. 38. seq.

Viginti tomis minor est conciliorum collectio, quam ab eo tempore *Philippus Labbeus* S. I. in se suscepit, et operi m) a. 1667. 17. Mart. immortuus *Gabrieli Cossartio* S. I. perficiendam reliquit, a. C. 1672. XVII. voll. fol. Parisiis absoluta. Sed quantum Regiae cedit voluminum numero, typis quippe minutioribus expressa, tantum conciliorum et tractatuum ad pleniorem conciliorum historiam pertinentium copia regiam superat; vt patet ex synopsi singulorum 17. tomorum, in qua asterisco notantur, quae in regia collectione desiderantur: qualia sunt Clementis Romani prior ad Corinthios epistola cum praefatione et notis Patricii Iunii, et posterioris epistolae fragmentum cum diuinatione Godofr. Vendelini, Constitutiones apostolicae graece et latine, interprete Francisco Turriano; Vrsini Afri tractatus de baptismo haereticorum, a Rigaltio in notis ad Cyprianum, non expresso auctoris nomine vulgatus; Ferdinandi de Mendoza libri tres de confirmando concilio Eliberitano; canones 84. Nicaeni, cum aliis eiusdem concilii sanctionibus et decretis, ex arabica versione ab Abrahamo Ecchellensi Maronita latine redditi, eiusdemque interpretis dissertatio et notae: concilium Carthaginiense I. a Luca Holstenio ex Vaticana bibliotheca emendatum; Marii Mercatoris commonitorium super nomine Celestii, Pelagii, et Iuliani; Petauii dissertatio de damnatione Photini; variorum patrum epistolae et responsa canonica; varia concilia ex libello synodico; Albaspinei ad concilia nonnulla obseruationes; Iacobi [?] Sirmondi ad epistolas pontificum et concilia Gallica notae postumae, aliaque ecclesiastica monumenta ab ipso edita; vt ipsius Labbei obseruationes passim interspersas, et cetera, quae partim in primo et secundo tomo, ex quibus huc paucula speciminis loco excerpsimus, partim in reliquis voluminibus occurrunt, silentio praetermittamus, quum longe plura sint, quam vt hic sigillatim recenseri possint aut debeant.

Iamque apud multos perfecta et omnibus numeris absoluta videri poterat conciliorum collectio, quum vir celeberrimus *Steph. Baluzius*, postquam et suopte ingenio a teneris ad haec studia propensus, et Petri de Marca, quem perquam sibi familiarem habuit, exemplo incitatus, et Colbertina, cui postmodo praefectus fuit, bibliotheca aliisque subsidiis adiutus, maximam ecclesiasticae eruditionis supellectilem collegisset, plurima in conciliorum collectionibus etiam postremis omissa, aut negligentius, quam oportuit, tractata deprehendit. Quamobrem, si ad emendanda, augenda, et complenda conciliorum acta animum adpel-

m) Io. Commirius p. 212. Poëmatum hoc Labbeo posuit epitaphium:
Labbeus hic situs est, vitam mortemque requiris?
Vita libros illi scribere, morsque fuit.
O nimium felix, qui patrum antiqua retractans
Concilia, accessit conciliis superum.

Idem de Cossartio p. 212.
Hic et concilia et coetus spectare piorum
Meo adsidentem Labbeo demum licet,
Et coniuratos Christum defendere patres etc.

adpelleret, operae se pretium facturum existimauit, eoque consilio nouam conciliorum collectionem seu potius reliquarum collectionum supplementum adparare coepit, cuius primus tomus a. 1683. Parisiis editus, a) et a. 1707. sub titulo supplementi conciliorum Labbei iterum expositus, ab a. C. 125. ad sexti vsque saeculi medium pertingit. Auspicatur a concilio Siculo contra Heracleonitas, Valentini progeniem, coacto, cuius memoriam antiquus auctor, sub Praedestinati nomine a Sirmondo editus, in libro primo de haeresibus ad posteros transmisit, ex quo etiam concilium Pergamense contra Colarbasianos, Romanum contra Venustianos, Carthaginiense contra Manichaeos, orientale contra Cerdonianos, et duo Achaica contra Valesios et Aetianos, suo quodque loco inserta memorantur. Longum esset, referre concilia, quae a Labbeo et aliis omissa, ex Eusebio, Athanasio, Hilario, Ambrosio, Epiphanio, Hieronymo, Augustino, Mario Mercatore, Victore Tununensi, Photio, aliisque auctoribus Baluzius suppleuit. Longius ea enumerare, quae vel a plurimis mendis liberauit, vel loco non suo posita monuit, vel egregiis obseruationibus illustrauit, vel accessionibus non poenitendis locupletauit. Quocirca vnum tantum ac alterum exemplum referemus.

Ad concilium Mediolanense, a. C. 355. in caussa Athanasii a trecentis et amplius episcopis habitum, ex vita Eusebii Vercellensis, quam tom. 4. Italiae sacrae Ferd. Vghellus publicauit, prolixam de rebus in eo gestis narrationem addit. Acta Ariminensis concilii a. 359. ex fragmentis [P] Hilarii, a Nic. Fabro ex Pet. Pithoei biblioth. editis, et Hieronymo, subiectis notis et variis lectionibus recensent. Synodum Seleuciensem eiusd. anni, quum eam tanto compendio in concilia relatam animaduerteret, vt etiam expositio fidei in illo concilio tradita omissa fuerit, paulo adcuratius enarrandam existimauit, vt harum rerum studiosi in vnum locum congesta reperire possent, quae Athanasius, Hilarius, Epiphanius, Seuerus Sulpitius, Socrates, aliique veteres de ista synodo tradiderunt. Concilium Rom. a. 367. in quo Damasus publica voce Liberium damnauit, quamuis eius mentio nullibi quam in vita Eusebii romani habeatur, non indignum tamen censuit, quod reliquis conciliis adiungeretur. Concilii Cabarsussitani a. 393. epistolam synodicam ab Augustino seruatam cum pluribus codicibus manuscriptis contulit, et varias lectiones adnotauit. Ad concilium Carthaginiense IV. quod a. C. 398. celebratum est, canonem 105. nunc primum ex Vrgellensis ecclesiae codice adiecit, ex quo etiam ad Regense concilium duos canones addidit, quos in vulgatis editionibus deesse deprehendit. Acta concilii ad Quercum contra Chrysostomum a. 403. habiti, quae in postrema conciliorum editione ex Photio relata fuerant, ex Palladii dialogo, quem Emerico Bigotio debemus, memorat. In epistola Vigilii ad Profuturum episc. Bracarensem scripta, quae quondam Euthèrio vel Eleutherio inscripta fuerat, eam partem, quae de Romanae ecclesiae primatu agit, omisit, fidem antiquorum codicum, ex quibus hanc epistolam edidit, sequutus. Sed his omissis ad ea, quae maiorem huius tomi partem occupant, transeamus.

Celebris

a) V. acta erudit. 1684. p. 348. Harl.

Celebris est *collatio* Augustini *anno inter Catholicos et Donatistas* a. 411. habita, cuius gesta Seuerini et Iuliani impulsu Marcellus Memorialis in compendium contraxit. Eorum vnicum, quantum constat, manuscriptum exemplar ab interitu seruatum hodie superest, quod quum superiore seculo Io. Tilii, Meldensis episcopi, beneficio in Francisci Balduini manus peruenisset, post eius mortem primum Papyrii Massoni, ac deinceps Petri Pithoei cura emendatius prodiit. A quo tempore collationis eius gesta etiam cum Optati Mileuitani operibus, et in conciliorum tomis excusa denuo fuerunt, Quum autem Baluzius multa adhuc emendanda restare intelligeret, id operae in se suscepit, vt codices editos cum manuscripto, quod nunc in Colbertina bibl. adseruatur, diligenter conferret, errata veteris librarii tolleret, et gesta haec longe saniora, quam vnquam antea prodierant, vulgaret. Adiunxit sermones ab Augustino ante et post collationem habitos, et quae in gestis tertiae cognitionis desiderantur, [P] ex Augustino breuiculo suppleuit. In notis vero, quas addidit, non solum emendationum suarum rationem exposuit, verum etiam plurima obscura et intellectu difficilia solerter explicauit, et inprimis ecclesiae Africanae notitiam egregie illustrauit.

Antiquam versionem *concilii Ephesini* ab Antonio Contio quondam editam, et in tomis conciliorum hactenus neglectam, nouae huic conciliorum collectioni inserere non dedignatus est, quum praesertim eam ope trium vetustissimorum codicum longe meliorem fecerit, et eruditis coniecturis suis vbique additis, a plurimis mendis et lacunis repurgauerit. Subiuncta est actio VI. concilii Ephesini, interprete Mario Mercatore nunc primum edita, cum epistolis quibusdam ad Nestorii caussam pertinentibus, quas inter Marii Mercatoris opera Garnerius iam ediderat. Succedunt fragmenta quaedam graeca, partim ex codicibus biblioth. regiae nunc primum edita, partim ex monumentis ecclesiae graecae a Cotelerio vulgatis depromta. Praemissum est actis concilii Ephesini commonitorium Cyrilli Posidonio datum, quum propter Nestorii negotium Romam mitteretur, inter Iac. Sirmondi schedas haud ita pridem repertum, nec non commonitorium Caelestini episcopi romani episcopis et presbyteris ad Ephesinum concilium euntibus datum, quod hactenus ineditum Baluzius adserit, oblitus, quod Christianus Lupus Ord. Fr. Eremit. S. Augustini, post variorum patrum epistolas ad Ephesinum et Chalcedonense concilium spectantes, illud ipsum commonitorium iam euulgauerat.

Totum illud *syntagma epistolarum a Lupo ex codice Casinensi* Romae descriptum, et postea in Belgio vulgatum, et in Actis Erudit. mense Augusto 1683. memoratum, Baluzius in nouam hanc conciliorum collectionem intulit, aegerrime ferens, quod MS. illum codicem, quo Lupus vsus fuerat, consulere haud potuerit. Quamuis enim nihil intentatum reliquisset, vt eius compos fieret, tanta tamen fuit monachorum illorum pertinacia, vt nulla arte nullisque precibus id impetrare potuerit. Suspicatur autem Baluzius, auctorem istius collectionis fuisse Africanum et trium capitulorum defensorem, et post Iustiniani tempora hoc synodicum aduersus tragoediam Irenaei, seu aduersus libros, quos Irenaeus Nestorii partibus addictus, tragoediam vocauit, compilasse, quod a Lupo admodum indiligenter emissum queritur. Notas, quas Lupus admodum prolixas ad ducentesimum vsque col-

lectio-

lectionis huius caput, cui immortuus est, *) adiunxit, Baluzius omisit, et [P] ipse breuiores animaduersiones singulis fere paginis subiecit, in quibus haud raro a Lupi scholiis dissentit. Quum enim Lupus in scholiis ad cap. 117. solum Damasum, damnasse Lucium Arianum et Maximum Cynicum, adserat, id negat Baluzius, eumque vehementer errare minime dubitat, quum Damasus Lucium non solus, sed cum concilio Italiae et totius occidentis damnauerit, Maximum autem non damnauerit, sed potius contra Nectarium partibus eius addictus fuerit. Quae Lupus de pactis inter Proclum et Domnum conuentis ex epistola Theodoreti ad Flauianum in scholiis ad c. 192. protulit, Baluzius mera esse commenta iudicat. Loca, e quibus Lupus euincere conatur, christianam fidem semper tradidisse, vnicuique fideli praesertim episcopo esse proprium custodem angelum, id minime probare, quod debent, Baluzius arbitratur.

Idem antiquam *Chalcedonensis concilii* versionem, quam Rusticus diaconus emendandam suscepit, et Petrus Crabbe primus integram edidit, quum antea exiguam eius partem Merlinus euulgasset, a Romanis conciliorum generalium editoribus, quos Binius et reliqui sequuti sunt, sub emendationis specie tantum non obliteratam animaduertens, antiqua Chalcedonensis concilii exemplaria magno studio conquisiuit, et cum editis tanta diligentia contulit, vt ipse paene vereretur, ne in adnotatione variarum lectionum, quas huc congessit, nimius fuerit. In prolegomenis huic concilio praefixis, vt et hoc addamus, inter alia contra Paschasium Quesnelium disputat, qui Iulium Puteolanum episcopum Ephesino concilio non interfuisse, et actionem concilii Chalcedonensis de Domno, a latino quodam impostore in gratiam romani pontificis confictam censuerat.

Post adpendices concilii Chalcedonensis, *codicem* illum *encyclium* iussu Cassiodori Senatoris ab Epiphanio Scholastico latinitate donatum, et primum a Surio vulgatum, cuius iam supra mentionem fecimus, eadem methodo, qua Chalcedonense concilium tractauit. Quum enim in Romana et ceteris, Romanam sequutis, conciliorum editionibus multa huic codici perperam inserta, multa haud exigui momenti intacta et praetermissa, ordinem epistolarum turbatum, ipsumque codicem loco alieno positum obseruasset: exemplaria manuscripta et edita antiqua et noua adcurate perlustrauit, et quantum inter se varient, ostendit.

Postremum huius tomi *concilium* est *generale quintum*, cuius emendationem etsi iam Labbeus antiquo Claudii Iolii codice adhibito aggressus fuerat, Baluzius tamen eodem codice, quo Labbeus vsus fuerat, penitius [P] inspecto, deprehendit, multa ab ipso neglecta et praeterita fuisse. Quapropter se rem nec a proposito suo alienam, nec eruditis ingratam facturum arbitratus est, si ea, consulto praeterea Bellouacensi codice, in noua hac conciliorum collectione fideliter suppleret. Videas igitur hic fragmentum ex iudicato Vigilii, duas Vigilii epistolas ad Iustinianum et Theodorum, iam olim a Monotheletis corruptas, eoque nomine in synodo generali VI. falsi postulatas, testimonium Theodori Cappadocis et Cethegi patricii, de iureiurando, quo se Vigilius obstrinxit, et litteras Iustiniani aduersus

*) 10. Iul. a. 1681. Vide *Ellies du Pin* tom. 18. bibl. eccles. p. 131.

Vigilium, vt maximum variarum lectionum adparatum taceamus. Additi sunt canones concilii V. quos ex veteri MS. bibliothecae caesareae Pet. Lambecius graece edidit, quos excipit constitutum Vigilii de damnatione trium capitulorum in Colbertino quodam codice inuentum, et ab epistola Vigilii ad Eutychium, quam in regiae bibliothecae codice repertam Petrus de Marca publici iuris fecerat, et erudita dissertatione illustrauerat, diuersum.

Post finem tomi primi accedunt *Addenda* ad concilium Chalcedonense, ab Hieronymo Casanata serius transmissa, et alia nonnulla, quae in diuersis conciliis edenda vel emendanda auctor obseruauit, qui toto hoc opere monstrauit, longe pleniorem et emendatiorem conciliorum collectionem fieri posse, si quis pulcerrimi istius et vtilissimi laboris consilium aliquando capiat. Quamuis vero optandum foret, vt ipse, qui consilium dedit, negotio huic, cui nemo aptior, manum admouisset, p) interim tamen maximae ipsi ab historiae ecclesiasticae studiosis gratiae debentur, quod saltem aliis egregii huius operis molem in se aliquando fortasse suscepturis fundamenta praestruxit, et vt maximum laborum compendium illis faceret, nullis vigiliis atque laboribus pepercit. *Hactenus de collectione conciliorum Baluziana.*

Petri Pithoei corpus conciliorum, amplius Labbeano, numquam lucem vidit: ea MSta vsus est Sirmondus q) ad gallicorum conciliorum editionem.

[P] Neque editum est supplementum conciliorum, quod e MSS. bibliothecae caesareae dare promisit *Lambecius* lib. i. p. 127. 132. 146. etc. ac post Lambecium *Daniel Nesselius* in sciagraphia magni corporis historici.

Fatis etiam prius interceptus fuit *Petrus Allixius*, quam conciliorum generalium corpus notis et dissertationibus illustrandum ac quinque voluminibus absoluendum, cuius a. 1693. r) spem fecit, ad vmbilicum perducere potuit.

Non

p) Tomi secundi conciliorum argumentum et elenchus editus est a *Baluzio* a. 1688. vt memorat *Iacobus le Long* p. 89. biblioth. historicae Gallicae. Obiit Baluzius 28. Iul. 1718. aetat. 88. De cuius vita et scriptis, Europe sauante 1718. August. p. 239. Iournal. des Sav. 1719. Iul. p. 18. seq.

q) Iournal des Sav. p. 1697. seq. *Mr. Desmarets, Avocat au Parlement, nous apprend dans la Preface qu'il a mise à la tête du Corps de Droit Canonique de* Mrs. Pithou, *que quand* Pierre, *l'ainé et le plus savant des deux freres, eut entrepris de revoir le texte du decret, et des decretales, et de le corriger, il fit venir pour cet effet avec beaucoup de peine et de depense des plus fameuses bibliotheques de l'Europe, un grand nombre d'anciens manuscrits de conciles generaux et provinciaux, dont il auroit donné le recueil au public s'il en avoit eu le tems. Ce recueil qui dès lors se trouva plus ample que n'est celui que le P. Labbe et le P. Cossart ont fait imprimer depuis, fuit preté en 1621. par Mr. Dupui au* P. Sirmond, *qui s'en servit pour publier ses Conciles de France, comme il le temoigne en plusieurs endroits de ses notes.*

r) Acta Erud. 1693. p. 96.

Non difficile fuisset *Ioanni Harduino* S. I. si hoc ei fuisset propositum, quadraginta tomis s) concilia edere, atque ita voluminum multitudine non Labbeanam modo, sed ipsam etiam regiam συναγωγὴν supergredi. Sed visum ipsi potius minuere, quam augere tomorum amplitudinem et numerum; igitur nouissima, quam ipsi debemus, collectio vndecim modo tomis, (siue duodecim, nam quintus in duo volumina diuisus est,) tota absoluitur, Paris. 1715. fol. non pauca tamen habet recens addita, multa emendatiora, et breuibus, sed adpositis et eruditis notis illuminata, praecipue laudatissimam operam ab eo positam videre licet in indice geographico episcopatuum, in quo geographiae ecclesiasticae veteri lucem nouam ac singularem ab eo adlatam esse nemo negauerit. Ceterum character typorum, graecorum praesertim, longe, quam in Labbeana, (nedum regia,) minutior, notae pleraeque omnes non Binii modo sed Labbei quoque praetermissae, omissa etiam multa alia, quae multi omissa nolent, atque ideo cogentur tanto sumtu etiam Labbeanam sibi editionem comparare, ne dicam [P] alterata quaedam et perperam posita, vt κυρίαις δόξαις calamus suffragaretur, cuius rei exemplum supra p. 65. ed. vet. et ed. nou. p. 230. adtuli: quare semper erit commodum, priores editiones conferre, vbi argumentum dubium fuerit, nec vno Harduino stare: imo peroptandum, concilia de integro bona fide recenseri a viris rei ecclesiasticae peritis et veritati candide litantibus, vt necessariis notis instructa et aduersus corruptelas praemunita legi tutius et maiore cum fructu possint. Quae libertatibus ecclesiae Gallicanae regumque potestati contraria, in indice praesertim operis Harduinus tradidit, a *Ludouico Ellies du Pin* notata sunt in scripto ad parlamentum Parisiense, cuius decreto 20. Decemb. an. 1715. opus ipsum tantisper prohibitum, constat. t) Conspectum conciliorum Harduini vide, si placet, in Actis Eruditorum an. 1715. p. 377. et in altero Diario Lipsiensi, cui titulus: Neuer Bücher-Saal, parte LI. pag. 143. et in *Pfaffii* Introduct. l. c. pag. 219. sq. *Fabr.*

Pp 3 [Plura

s) Histoire des ouvrages des Savans a. 1690. Fevr. p. 279. *Je ne connois point les auteurs de deux petits livres - - - - ce sont là des bagatelles en comparaison d'un grand ouvrage que le P. Harduin va commencer: je veux dire de donner les Conciles en quarante Volumes. Il est savant et assez laborieux pour une pareille entreprise.*

t) Conf. *Pfaffii* Introduct. in historiam theologiae litterariam, part. III. p. 213. et de decreto supremi senatus Parif. Paris. 1722. fol. (cum duplici titulo, altero gallico, altero latino,) eoque raro, quod mandato regis id scriptum proscriptum est et igni traditum, *Io. Ge. Walchii* bibl. theol. sel. III. p. 828. sq. qui laudat *Crusii* diss. epistolic. ad Wormium, Lips. 1728. 4. pag. 31. Huc etiam pertinet editio: Avis des Censeurs nommés par la Cour du Parlament de Paris, sur l'Examen de la nouvelle Collection de Conciles, faite par les soins du P. *Jean Hardouin,* Jesuite; avec les Arrets du Parlement, qui autorisent le dit avis et l'Arret du Conseil, qui en a empeché la publication, Vtrecht, 1731. 4. V. bibliotheq. raisonnée, tom. II. p. 409. — Collectio autem Harduin. est inscripta: *Conciliorum collectio regia maxima,* seu acta conciliorum et epistolae decretales, ac constitutiones summorum pontificum, graece et latine: ad *Philippi Labbei* et *Gabriel. Cossartii* labores, haud modica accessione facta, et emendationibus plurimis additis, praesertim ex codd. MSStis, cum nouis locupletissimis indicibus, studio *Io. Harduini.* Paris. e typographia regia. Conf. *Baumgartens* Nachricht. von einer Hallisch. Biblioth. tom. III. p. 258. sqq. *Harl.*

[Plura praestare studuerunt, et partim praestiterunt Coleti, et inprimis Mansi. Prioris opus inscriptum est:

Nicolai Coleti sacro-sancta concilia, ad regiam editionem, quae olim quarta parte prodiit auctior studio Phil. Labbei et Gabriel Cossartii; nunc vero integre, insertis Steph. Baluzii et Io. Harduini additamentis, plurimis praeterea vndecumque conquisitis monimentis notis insuper ac obseruatt. firmiori fundamento conciliorum epochas praecipue fulcientibus, longe locupletior et emendatior exhibetur. Venetiis ab anno 1728-1733. XXIII. voll. fol. vna cum duobus adparatus voll. ibid. 1728. et 1733. fol. Multa tamen in illa collectione culparunt viri docti. conf. *I. G. Walch.* bibl. theol. sel. III. p. 829. sq. Posterioris opus est inscriptum:

Io. Dominici Mansi sctorum conciliorum et decretorum collectio noua; seu collectionis conciliorum, a Phil. Labbeo et Gabriele Cossartio primum vulgatae, dein emendatioris et amplioris opera Nic. Coleti Venetiis recusae, supplementum, in quo additamenta, variantes lectt. et emendatt. ad concilia Veneta Labbeana, noua itidem concilia ac decreta permulta exhibentur, Lucae tom. VI. 1748-1752. fol. Conf. acta erudit. 1750. pag. 241. Mansi tamen postea laborem iterum adgressus, nouam collectionem edidit, et multo plura quam Coletus praestitit, quamquam non omnium exspectationi respondit.

Sacrorum conciliorum noua et amplissima collectio, in qua praeter ea, quae Phil. Labbeus et Gabr. Cossartius et nouissime Nicol. Coleti in lucem edidere, ea omnia insuper in suis locis optime disposita exhibentur, quae *Io. Dominicus Mansi*, archiepiscopus Lucensis, euulgauit. Editio nouissima ab eodem optime merito praesule, potissimum fauorem etiam atque opem praestante Em. cardinali Dominico Passioneo, Sctae sedis apostolicae bibliothecario, aliisque item eruditiss. viris manus auxiliatrices ferentibus, curata, nouorum conciliorum nouorumque documentorum additionibus locupletata. Ad MS. codd. Vatican. Lucenses aliosque recensita et perfecta. Accedunt etiam notae et dissertatt. quam plurimae, quae in ceteris editt. desiderantur. Tomus primus adparuit Florentiae 1759. ceteri sqq. annis, fol. Mansio a. 1769. mortuo, ex eius chartis relictis a tom. XV. continuatum est opus, et tomus XXXI. (qui finem actorum synod. Basileens. et Florent. nec multum vltra a. 1443. continet,) a. 1798. huc vsque lucem adspexit Venet. in fol. Conf. ephem. litter. Gotting. 1760. p. 12. sqq. et *Ernesti* neue theolog. biblioth. tom. II. p. 483. sqq. Sed viri eruditi multa desiderant notantque, iudicantes, multa deesse concilia germanica, ex Schannato, Honthemio, Würdtweinio aliisque supplenda, historicum criticum multa in contextu corrupto, corruptis lectionibus, interpolationibus etc. notanda deprehensurum esse; multa ex lingua, geographia, temporum conditione etc. esse emendanda aut illustranda; multa ad historiam et criticam conciliorum, praesertim a morte Mansi, esse conferenda; haud pauca esse leuia, neque correctores satis diligentes fuisse in tollendis vitiis typographicis. — *Christi. Guil. Franc. Walchius* in: kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistorie, Lips. 1770. 8. p. 235. sq. quamquam censet, Mansi collectionem esse huc vsque optimam, et reliquis, praesertim Harduin. in qua acta variorum conciliorum mutilata neque integra reddantur,

tur, esse valde praeferendam, tamen multa in illa carpit desideratque; 1) multa in ea esse superflua, praecipue notitias de singulis conciliis misere historicas, ex Binio receptas, et ab hoc plerumque ex Baronio exscriptas, esse plane delendas, aut cum narrationibus solidius scriptis commutandas; interdum quidem ex Sirmondo ac Pagio meliora fuisse adiecta, sed vbi illi nihil dedissent, ibi nullas additas esse emendationes, quaedam bis terue esse recusa: 2) ratione artis criticae nullam esse conformitatem, quae de conciliis ex Sirmondi conciliis gallicis, ex Baluzio sumta sint, ea esse praeclara, et Leonis epp. secundum Quesnelli et Ballerinor. editiones, egregie repetitas; sed in reliquis deesse artem criticam: 3) illustrationes esse valde dissimiles; si alii VV. DD. Aubespin. Sirmond. Labbeus et alii reliquerint, eas esse repetitas; contra difficillimos canones, ab aliis non aeque illustratos, carere saepius explicatione; interdum integras recentiorum VV. DD. Marcae, Petauii etc. commentationes in quasdam res, ad historiam conciliorum pertinentes, esse insertas, quum tamen multo plures, maiore iure locum quoque habere debuissent. Sed viris eruditis relinquam iudicium, arbitrans, plenam omnibusque numeris absolutam collectionem vnius hominis vires superare: doleo autem, mihi caras Coleti Mansique collectiones ad manus non esse. At spem habeo, fore vt ab aliis mihi amicis, qui illa opera consulere possunt, in comparatione conciliorum Fabriciana, ex Coleti Mansique collectione, ea, quae desunt, suo tempore suppeditentur. *Harl.*]

De conciliis) in Gallia habitis.*

Petri Frizon Gallia purpurata siue de rebus gestis pontificum et cardinalium, atque epitome conciliorum Galliae, Paris. 1638. fol.

Conciliorum synodorumque Galliae breuis et accurata historia, auctore *Philippo Labbe* S. I. Paris. 1646. fol.

Concilia antiqua Galliae, a Constantini temporibus ad finem decimi saeculi, tres in tomos ordine digesta, cum epistolis pontificum, principum constitutionibus et aliis Gallicanae rei ecclesiasticae monumentis, opera *Iac. Sirmondi* S. I. cuius notae ad calcem cuiusque voluminis subiiciuntur. Paris. 1629. fol. III. voll. Vide tom. 4. opp. Sirmondi p. 626. [Paris. 1696. fol. et Venet. 1718. *F.*] Eadem concilia cum Sirmondi notis repetita postea

*) Collectiones conciliorum specialium et particularium VV. DD. post Fabricium indicarunt quoque earumque numerum partim auxerunt; ex. gr. *Io. Ge. Walch* in bibl. theolog. selecta, tom. III. p. 831. eius filius, theologus Gottingensis, in: Entwurf einer vollständ. Historie der Kirchenversamml. p. 34. sq. 45. sq. et in Grundsätzen der zur Kirchenhist. des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren etc. p. 194. sqq. *Noesselt* in: Anweisung etc. p. 560. sqq. *Ge. Sigism. Lakics* in Praecognitis iur. eccl. vniuersi p. 409. sq. cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 444. sq. *D. Planck* in: Einleitung in die theolog. Wissenschaften, tom. II. p. 272. sqq. *Franck* in cat. biblioth. Bünau. tomi III. vol. I. capp. IV. V. praecipue cap. VI. vbi plurium librorum notitia reperiri poterit; et conf. *Spittler* Geschichte des kanon. Rechts etc. period. I. ac II. atque *Fuchs* in prolegg. ad I. part. Biblioth. der Kirchenversammlungen. *Harl.* etiam *Flügge* Einl. in das Stud. d. Kgsch. p. 297. sq.

poſtea in magnis collectionibus, Regia, Labbei v) et Harduini. Petrus Aurelius w) olim promiſit, ſe plures collectionis illius Sirmondianae errores oſtenſurum. Non tamen illud praeſtitit. Edita etiam nonnulla conciliorum decreta ab eodem Sirmondo cum adpendice codicis Theodoſiani etc. [conf. *Baumgarten* Nachrichten von einer Hallisch. Biblioth. tom. III. p. 429. ſqq. *Harl.*]

[P] Conciliorum antiquorum Galliae a Sirmondo, (magno auctoris auunculo,) editorum ſupplementa, opera *Petri de la Lande*, Ricomagenſis, Theſaurarii eccleſiae Regalis S. Frambaldi Siluanectenſis, Pariſ. 1660. fol. Audaciam huius Lalandei perſtringit *Baluzius* notis ad epiſtolam CXXX. Lupi Ferrarienſis.

Concilia XV. Galliae Narbonenſis, cum ſtatutis Guidonis Fulcodii, archiepiſc. Narbonenſis, collecta et notis illuſtrata a *Stephano Baluzio*, Tutelenſi. Pariſ. 1668. 8. [in *Steph. Baluz.* Miſcell. tom. VII. Pariſ. 1718. 8. ſunt quaedam concilia.] Idem Baluzius quaedam conciliorum decreta vulgauit cum Petri de Marca opere de Concordia Sacerdotii et Imperii. [*De Marca* opus prodiit etiam Francof. 1708. fol.]

Synodicon eccleſiae Pariſienſis ab a. 1196. Pariſ. 1674. 8. Journal des Sav. 1675. p. 9.

Concilia eccleſiae Rothomagenſis, edita ſtudio *Franciſci Pommeraye*, Benedictini e Congregatione S. Mauri, cum notis *Antonii Godini*, Rothomagi 1677. 4. et cum auctario *Guil. Beſſini* ex eiusdem S. Mauri congregatione, officialis Fiſcanenſis, Rothomagi 1717. fol. Europe Savante 1718. Martio p. 83.

Aquitanica quaedam concilia etiam edidit *Philippus Labbeus* tomo poſteriore bibliothecae nouae MSS. Pariſ. 1657. fol. p. 764. ſqq.

Nonnulla itidem Galliae concilia in lucem producta ab *Edmundo Martene* in noua collectione veterum monumentorum, Rothom. 1700. 4. tom. IV. et in theſauro nouo anecdotorum, Pariſ. 1717. fol. [et tom. VII. in *Edm. Martene* et *Vrſ. Durandi* collect. ampliſſ. vett. ſcriptor. et monumentor. Pariſ. 1733. fol. ſingula, vbi reperiantur, memorantur

v) Labbeus etiam poſtumas Sirmondi notas primus addidit.

w) *Petrus Aurelius* reſponſione ad Sirmondum de canone Arauſicano p. 306. *Vt magis intelligi poſſit, quam immerito tantulam animaduerſionem tomis illis iniquam dixeris, et meum in te pudorem ſis aſpernatus; profiteri non vereor, non tres literulas, ſed res grauiſſimas; non in vna voce, ſed permultis locis, ita in tomis tuis detortas, et ſine cauſſa vlla deformatas eſſe, vt ſine publica expurgatione praeteriri nullo modo poſſint. Quem laborem, niſi quis alius ſuſcipiat, ego eccleſiae Gallicanae catholicaeque vniuerſae bono deberi non patiar diutius, et quae prima mihi vacui temporis facultas a ſodalibus tuis eccleſiae populatoribus continget, eam huic muneri conſecrabo, quo planius fiat, te fruſtra ad curandum canonis vnius reduuiam exarſiſſe, quum de tuendo tomorum tuorum ipſo capite laborare debueris; et perperam laureolam in hoc muſtaceo quaeſiſſe, quam in illa tomorum mole aegre reperies: et me, qui talia obiicere potuerim, moderatione aliqua, non mala mente, de trium litterarum vna vocula commouiſſe te magis, quam reprehendiſſe.*

rantur in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 270. ſqq. vbi nubes aliorum Galliae conciliorum et ſcriptorum ad ea pertinentium excitatur. *Harl.*]

Concilia prouinciae Turonenſis ſtudio *Ioannis Maan*, ad calcem hiſtoriae eccleſiaſticae Turonenſis ab eodem vulgatae, Auguſtae Turonum 1667. fol.

Conſtitutiones ſynodales Caturcenſes, editae et renouatae per *Antonium* [?] *de Luſtigio*, epiſcopum Caturcenſem an. 1502. Petracorae 1503. fol.

Concilia nouiſſima Galliae a tempore concilii Tridentini celebrata, in editionibus regia Pariſ. et Colonienſibus omiſſa, editore *Ludouico Odeſpun* de la Meſchinieres, presbytero Turonenſi. Pariſ. 1646. fol. Eadem poſtea dedere Labbeus et Harduinus. Singula autem Galliae concilia, quando habita et vbi in tomis conciliorum vel in aliis collectionibus reperiantur, ordine alphabetico exponit *Iacobus le Long* in bibliotheca hiſtorica Galliae p. 89-113.

Canones eccleſiaſtici ad eccleſiae Gallicanae vſum collecti ab *Adriano Behotio*, magno archidiacono Rothomagenſi. Pariſ. 1605. 8.

Decretorum eccleſiae Gallicanae ex conciliis eiusdem oecumenicis, ſtatutis ſynodalibus patriarchicis, prouincialibus ac dioeceſanis, regiis conſtitutionibus, ſenatus conſultis, epiſcoporum Galliae ſcriptis, aliisque cum veterum tum recentium monumentis collectorum libri VIII. opera *Laurentii Bochelli*, Creſpeienſis Valeſii, in ſuprema Pariſienſi curia aduocati. Pariſ. 1609. 1621. fol.

Omitto notitiam conciliorum, quae paſſim traditur a Carolo Cointe in Annalibus Francorum, nec non a Sammarthanis fratribus in Gallia chriſtiana, quae cum pulcerrimo auctario iam recuditur: tum ſingulorum epiſcoporum decreta, conſtitutiones et cenſuras eccleſiaſticas, quales longe plurimae exſtant in bibliotheca Telleriana p. 165. ſeq. et 191. [et in *Iac. Dacherii* ſpicilegio, tom. II. V. et VI. Pariſ. 1664. 4. atque in *Lupi* opp. tom. IV. et V. Venet. 1725. fol. *Harl.*] quibus poteſt addi Recueil des ordonnances, mandemens et cenſures de Mr. l'Eveque d'Arras. 1710. 8. Acta Erudit. 1710. pag. 438.

Recueil des actes, titres et memoires concernans le clergé de France. [ab a. 1579-1735.] Pariſ. 1716. fol. quinque volum. Journal des Savans 1717. p. 622. [et in ed. recent. Pariſ. 1768-1771. voll. XIV. mai. 4.]

Synodicon in Gallia reformata, or the acts, deciſions, decrees and canons of the famous National Councils of the Reformed Churches in France, by *John Quick*. Lond. 1692. fol. 2 Volum. Acta Erud. 1693. p. 23.

D. Thomas Ittigii Hiſtoria ſynodorum nationalium a Reformatis in Gallia habitarum, Pariſienſis an. 1559. Pictauienſis an. 1560. Aurelianenſis an. 1562. Lugdunenſis an. 1563. et Charentonenſis an. 1631. variis illuſtrata obſeruationibus. Lipſ. 1706. 1707. 4.

[P] Tous les synodes Nationaux des Eglises Reformées de France par *Jean Aymon.* Hagae Com. 1710. 4. duobus Volum. Acta Erud. tom. V. Supplem. p. 375. Journal des Sav. 1711. p. 353. Memoirs of literature tom. I. p. 128. 181. 187. 191. 206. 230. 235. 239. Bibliotheque choisie de Mr. Jean le Clerc tom. 21. p. 377. History of the works of the learned a. 1710. p. 605. 643. etc.

[A Noesseltio et Planckio memoratur adhuc: Conciliorum Galliae tam editorum, quam ineditorum collectio — ab a. C. 177. ad an. 1563. cum epistolis pontificum, principum, constitutionibus et aliis ecclesiasticae rei gallicanae monimentis, opera et studio monachorum congregationis S. Mauri: tom. I. vsque ad an. 519. prodiit Paris. 1789. fol. *Harl.*]

De conciliis in Hispania habitis.

Concilia Hispanica a *Garsia Loaysa* collecta editaque Madrit. 1593. fol. deinde inserta posterioribus Binii editionibus, nec minus regiae, Labbeique et Harduini.

Concilium Illiberitanum cum *Ferd. Mendozae* obseruationibus, Madrit. 1594. fol. et *Gundisalui Tellez.* Lugd. 1665. fol.

Breuis epitome decretorum, quae in Valentinis synodis statuta sunt, ordine alphabetico digesta a *Casp. Scholano.* Valentiae 1616. 8.

Iosephi Saënz, cardinalis *de Aguirre,* notitia conciliorum Hispaniae. Salmanticae 1686. 8. *) Acta Erud. 1688. p. 71. et 1694. p. 447.

Eiusdem collectio maxima conciliorum Hispaniae et noui orbis. Rom. 1694. fol. tomis quatuor. Acta Erud. an. 1696. pag. 120. 164. 214. 217. Ex his quaedam ab Harduino delibata.

[A Planckio citatur quoque: *Iosephi Catalani* — collectio maxima conciliorum Hispaniae — tom. I-VI. Romae 1753-1756. fol. *Harl.*]

Omitto constitutiones synodales in singulis dioecesibus Hispaniae, vt constitutionum prouincialium Tarraconensium libros V. ab *Anton. Augustino* editos Tarracone 1580. 4. [et aliorum concilior. Hispan. in *Edmund. Martene* et *Vrs. Durandi* coll. ampliss. vett. scriptorum, tom. IV. et VII. *Harl.*] aliasque aliarum prouinciarum, vulgatas lingua Hispa-

*) Ediderat *Cardin. de Aguirre* Notitiam conciliorum Hispaniae atque noui orbis, epistolarum decretalium et aliorum monimentorum sacrae antiquitatis, in eaque rationem ac summam operis, de conciliis Hispaniae edendi descripsit; postea tamen mutauit animi sententiam, nec omnia monimenta, vti pollicitus fuerat, in ipsum transtulit opus, inscriptum: Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et noui orbis — — cum notis et dissertatt. quibus sacri canones, historia ac disciplina ecclesiastica et chronologia illustrantur. Romae, 1693. et 1694. fol. v. *I. G. Walch* l. c. qui conferre iubet *Clement.* biblioth. cur. histor. et critique, tom. I. p. 97. et *Widekindi* Verzeichniß von raren Büchern, p. 39. *Harl.*

Hiſpanica, quarum locuples catalogus exſtat in bibliotheca Telleriana p. 148. et 167. [et in cat. bibl. Bunau. l. c. p. 266. ſqq.]

De recentioribus nonnullis ſynodis Hiſpaniae, quibus etiam interſunt laici, vide *Rich. Simonis* epiſtolas ſelectas, gallice editas, tom. 2. epiſt. 20. p. 109. ſeq.

De conciliis in Italia habitis.

Romana quaedam concilia primus luci adſeruit *Lucas Holſtenius* in collectione romanà bipartita veterum hiſt. eccleſiaſt. monumentorùm poſtuma. Rom. 1662. 8.

Alexander Raynaldus, teſte Allatio p. 23. Apum Vrbanarum, enumerauit omnia concilia Romae habita, adiecitque ex Vaticanis codicibus ab aliis ignorata vel derelicta: tradidit exemplar Scipioni Cotellucio cardinali, tunc temporis R. E. bibliothecario.

[?] *Caroli Borromaei* concilia prouincialia Mediolanenſia. Mediolan. 1599. fol. Venet. 1600. 4. Lugd. 1683. fol.

Multa ſynodorum per varias Italiae dioeceſes celebratarum acta ſeparatim edita [in *Lupi* opp. tom. IV. V. VI. in *Muratorii* ſcript. rerum italic. tom. II. part. 2. in *Martene* et *Durandi* collect. ampliſſ. vett. ſcriptor. tom. IV. et VII. etc.] recenſentur ordine alphabetico in bibliotheca Telleriana p. 159-164. et 190. ſeq. [et in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 275. ſqq. *Harl.*]

Conciliorum regni Neapolitani fragmenta, *Fr. Thomae Mariae Alfani*, ord. praedicator. ſtudio et labore collecta, ac notis et diſſertationibus illuſtrata duobus tomis, quorum prior ſynodos ante concilium Tridentinum, alter poſt illud habitas, complectitur. Hoc opus ad prela paratum habere ſe profitetur auctor, qui ſub Thomae Niſalae nomine Florentiae 1715. 8. Ioannis cardinalis de Turrecremata flores ſententiarum ex Thomae Aquinatis ſcriptis collectos de ſummi pontificis auctoritate edidit. *Fabr.*

[*Planck* l. c. p. 273. memorat quoque *Synodicon* eccleſiae Beneuentanae — cura et ſtudio *Vincentii Mar. Vrſini*, poſtea Benedicti XIII. P. M. Beneuent. 1695. Romae 1724. fol. Addatur: *Sguropuli* hiſtoria concilii Florentini, gr. ſcripta, latine reddita (a *I. Matthaeo Caryophilo*,) Romae exc. Steph. Paulinus, Romae, ſine anno, 4. tom. I. II. et a *Creyghton*. Haag. Comit. 1660 fol. v. infra ad concilia, a. 1438. et ſupra, vol. XI. p. 711. ſq. ibique not. *w. Harl.*]

De conciliis habitis in Anglia.

Hiſtoriam conciliorum anglicanorum breuiter exponit *Martinus Kempius* in Bibliotheca Anglorum theologica, edita Regiomont. 1677. 4. cap. XXI. p. 540-610. praecipue ex Io. Lud. Ruellii et Io. Lud. Hartmanni conciliis illuſtratis.

Henricus Spelmannus ex tribus, quos meditatus est, conciliorum Britannicorum tomis primum tantummodo edidit, Lond. 1639. fol. complectentem synodos ab initio christianae religionis ad periodum dynastiae Anglo-Saxonicae siue annum Christi 1066. Concilia, decreta, leges, constitutiones in re ecclesiarum orbis Britannici, videlicet Pambritannica, Pananglica, Scotica, Hibernica, Cambrica, Mannica, Prouincialia, Dioecesana. Secundus tomus ab illo tempore vsque ad excussum ab Henrico VIII. papae iugum, a Carolo Speelmanno nepote editus Lond. 1664. fol. manum admouente *Guilelmo Dugdalo*, minus emendatus minusque plenus. Tomus tertius, qui insequuta tempora debebat persequi, necdum lucem adspexit. [conf. *Io. Fabricii* histor. bibliothecae tom. II. p. 339. et thesaur. bibliothec. tom. II. p. 93. sqq. *Harl.*]

Laurentii Howel synopsis canonum SS. apostolorum et conciliorum oecumenicorum et prouincialium ab ecclesia graeca receptorum, nec non conciliorum, decretorum et legum ecclesiae Britannicae et Anglo-Saxonicae. Lond. 1708. fol. History of the works of the learned a. 1708. p. 237. Ausführlicher Bericht von Büchern VII. p. 728. [Journ. des Savans, 1710. Febr. p. 196. Vnschuldige Nachrichten, 1709. pag. 720. *Harl.*]

[P] Prouinciale, siue constitutiones Angliae, cum summariis et adnotationibus *Guil. Lindewood, (Lyndwood)* Antw. 1525. fol. et Prouinciale vetus prouinciae Cantuariensis, cum selectioribus Lindewoodi notis, ex recensione *Roberti Sharrok.* Oxon. 1664. 8. *Fabr.* Fabric. noster in bibl. med. et inf. lat. tom. III. p. 152. ed. Mansi citat *de Lindewoode* constitutt. prouinciales archiepiscopor. Cantuariensium XIV. a Steph. Langthono ad Henric. Chircilleium, libris V. quae cum constitutionibus Othonis et Otthoboni, a *Ioanne de Athona* illustratis, et cum catalogo quorumdam archiepiscopor. Cantuariensium prodiere, (Fabric. ibi tradente,) Paris. 1505. fol. Londin. 1557. 8. Oxon. 1679. et curante Sharrokio, ib. 1663. (non, 1664. vt Fabr. h. l. in bibl. gr. scripsit,) 8. Conf. *H. Wharton* auctarium ad Cauei histor. litterar. SS. eccl. tom. II. p. 125. ad a. 1422. vbi in ed. Basil. in not. *c.* tradit, prouinciale prodiisse primum a. 1501. deinde Paris. Badii Ascensii typis a. 1501. denuo ibid. 1506. In *Baumgarten* Nachricht. von einer hallisch. Bibl. tom. III. p. 426. recensetur editio auctior, Oxon. 1679. fol. — Add.

Dav. Wilkins concilia magnae Britanniae et Hiberniae, a synodo Verolamiensi a. dom. CCCXLVI. ad Londinens. a. dom. MDCCXVII. Acced. constitutiones et alia ad historiam ecclesiae anglicanae spectantia. Londin. 1737. fol. IV. voll. quorum duo priora complectuntur duo voll. Spelmanni, at emendatiora. Conf. acta erudit. 1740. p. 1. et *Baumgarten.* l. c. p. 262. sqq. The principal Acts of the General Assembly of the Church of Scotland, Edinburgh, a. 1691. et sqq. fol. *Harl.*

Etiam synodorum quorumdam notitia peti poterit ex magna collectione actor. publicor. *Tho. Rymeri* ab a. 1101. ad 1616. tomis XVI. in fol.

Syno-

Synodos, conuocationes et conuentus ecclesiae anglicanae persequitur *Gullelmus Wake*, archiepiscopus Cantuariensis, in libro anglice edito de statu ecclesiae clerique anglicani. *Fabr.* et *Kempius* in bibl. Anglorum theologica, cap. XXI. p. 540. minus tamen adcurate, teste I. G. Walchio, l. c. p. 834. not. *Harl.*

De conciliis habitis in Germania. y)

Statuta seu Decreta prouincialium et dioecesanarum synodorum ecclesiae Coloniensis. Colon. 1554. fol.

Acta synodalia Osnabrug. ecclesiae ab a. 1628. ad 1653. Col. 1653. fol.

[Concilia Germaniae, quae - - *Io. Frideric. Schannat* magna ex parte primum collegit; dein *Ios. Hartzheim* — plurimum auxit, continuauit, notis, digressionibus criticis, charta et differtatione chorographicis illustrauit, tom. I-V. Colon. Agripp. 1759. sqq. (v. acta erudit. 1760. p. 97. et Ernesti neue theolog. bibl. vol. II. p. 99.) — tom. VI-IX. editus - notis illustratus ab *Hermanno Scholl*, ibid. 1765-1768. — et tomus X. quem (vsque ad 1747.) edidit *Aegid. Neissen*, ib. 1775. fol. [T. XI. s. Index quintuplex opera Ant. Ant. Ios. Hesselmann, Colon. 1790. fol.] — Varia tamen in hoc opere vel omissa vel commissa vitia notarunt viri eruditi. — A Planckio citantur l. c. p. 273. sq.

Collectio processuum synodalium et constitutionum ecclesiasticarum dioecesis Spirensis ab a. 1397. vsque ad a. 1720. a. 1786. fol.

Concilia *Salisburgensia*, prouincialia et dioecesana — iam inde ab hierarchiae origine ad nostram aetatem celebrata — recensuit, digessit, — praefatus est *Florian. Dalham*, presbyter e scholis piis — theolog. doct. Aug. Vindob. 1788. fol. *Harl.*]

Sed quo pluribus innotescat atque ad promouendum tam praeclarum opus stimulus addatur, age hoc loco opportuno, adponam integram delineationem collectionis nouae conciliorum, aliorumque ecclesiasticorum monumentorum Germaniae nostrae, quam laudatissimo

y) Conf. kurtzer Entwurf derer in Teutschland von Anfange des Christenthums gehaltenen general- prouincial- vnd particular-Concilien, in *Io. Christ. Lünigii* spicilegio ecclesf. part. I. pag. 822. sqq. Lips. 1716. fol. — *Io. Mich. Heineccii* schediasma de colloquiis religiosis, publice et priuatim intra bina haec saecula habitis, eorumque vtilitate egregia, quo ad editionem istorum eruditorum symbolae efflagitantur, Halae Magdeb. 1719. 4. — In *Lünigii* opere citato, eiusque continuatione, in *Christ. Lupi* synodorum decretis et canonibus illustratis, tomi V. Louan. 1665. 4. et in eius opp. Venetiis, 1724-1729. tom. XII. fol. in tom. IV. V. VI. sunt permultarum synodorum et conciliorum particularium german. statuta etc. quae singula, et in aliis opp. obuia, praeter ea innumeros paene libros de conciliis, synodis, conuentibus et colloquiis theologorum in Germania habitis, enumerant indicantque *Franck*, in catal. bibl. Bünau. tom. III. vol. I. sect. VI. p. 278-289. et plura *Pfaff.* in conspectu paullo post repetito. *Harl.*

tiſſimo ſtudio parat eruditiſſimus vir *Chriſtophorus Matthaeus Pfaffius,* theologus primarius et Cancellarius Tubingenſis. [z])

ECCLESIAE GERMANICAE *tum veteris tum recentioris* ACTA PVBLICA, *inde a primis eius initiis vſque ad noſtra tempora digeſta, concilia omnia, imperatorum germanorum capitularia quaeuis et edicta eccleſiaſtica, pontificum romanorum bullae epiſtolaeque, eccleſiae germanicae res iuraque ſpectantes. Concordata, auiſamenta et grauamina nationis germanicae, acta reformationis, ſciſſam in tres partes eccleſiam germanicam exhibentia, tum, quae in comitiis imperii concluſa, tum, quae in conuentibus colloquiisque publica autoritate habitis diſceptata enataque fuere, confoederationes denique et pacificationes religioſae. Omnia ex inſtrumentis authenticis, vbi dantur, fontibus ſaltem ſuis depromta recenſebit, atque, vbi opus quidem id videbitur, illuſtrata dabit, diſſertationemque praeliminarem adiiciet Chriſtophorus Matthaeus Pfaffius.*

Lecturis ſalutem plurimam dicit CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS, *theologus Tubingenſis.*

Saepiſſime iam animum noſtrum ſubiit cogitatio, qui contigerit, vt, cum eccleſiarum fere quarumuis orientalium et occidentalium concilia actaque publica in vnum viri doctiſſimi digeſſerint, atque patriae ſubinde ſuae res ornare certatim contenderint, nemo hactenus [P] inter ciues noſtros exſtiterit, qui germanicae eccleſiae acta publica conciliaque in corpus quoddam conflare et iuxta temporum ordinem diſpoſita, luci exhibere ſuſtinuerit. Quum enim cumulata laude donati fuerint hactenus viri praeſtantiſſimi, qui eccleſiae graecae et orientalium acta publica conciliaque recenſuere, id quod poſt multos alios praeſtitere *Beueregius, Iuſtellus, Allatius, Clemens Galanus, Ludolphus:* qui porro eccleſiae romanae italicaeque res eiusmodi compilationibus ornauere, tum qui conciliorum romanas dedere collectiones, tum qui vitas pontificum romanorum enarrauere, tum qui opera eorundem epiſtolasque et bullas in lucem prodire iuſſere, vt *Vghellum,* qui *Italiam ſacram* ſcripſit, vt *Borromaeum,* qui *concilia Mediolanenſia* edidit, vt *Pithoeum,* vt *Queſnellum* aliosque, qui *codicem canonum eccleſiae romanae* exhibuere, taceamus: qui etiam eccleſiae Africanae conſtitutiones canonesque illuſtrauere, *Iuſtelli, Schelſtratius, Capellus, Ellies du Pin:* qui rurſus eccleſiae Hiſpanicae concilia in vnum iacta curis ſuis adſperſere, inter quos *Garciam Loai-*

z) Add. *Eſtor* in: Anmerkungen veber das Staats- vnd Kirchenrecht p. 44. Sed Pfaffii opus haud emiſſum eſt, quia nullus bibliopolarum, vt ait *I. G. Walchius* l. c. p. 836. in nota, ad id adduci potuit, vt ſumtus ſuppeditaret, ad illud opus deſcribendum neceſſarios: conf. *Pfaffii* introduct. in hiſtor. theolog. litterar. part. III. p. 235. Neque tamen omittere volui hunc conſpectum, quoniam et multa, ſcita vtilia ac neceſſaria, continet, et forſan alius, qui, fauente meliore fortuna, tale opus concinnaturus eſt, valde iuuari poterit. Num vero *Stock.* prof. Francof. ad Oder. quem Hiſtoriam concilior. nation. german. molitum eſſe, *C. Guil. Fr. Walch* in: Entwurf einer Hiſt. der Kirchenverſ. p. 895. in addendis ex nouu. bibl. German. tom. XXIII. part. 2. p. 460. adnotauit, conſilium ad finem feliciorem perduxerit, equidem neſcio, et vero dubito. *Harl.*

Loaisam et *Iosephum Saënz, de Aguirre*, cardinalem, maxime nominamus: qui et ecclesiae Gallicanae concilia statutaque passim contulerunt, *Pithoeus*, *Sirmondus*, *Bochellus*, *de la Lande*, *Odespunius*, *le Cointe*, *Baluzius*, *Pommeraeus*, *Martenius*, *de Taix*, [aa]) *Sammarthani*, *Quickius*, *Aimonius*, alii: qui denique ecclesiae Anglicanae concilia actaque exposuere, *Lindwoodus*, *Speelmannus*, *Dugdalius*, *Howelus*, *Rymerus*, aliique, cum et ii, qui reconditiorem plenioremque et solidiorem historiarum notitiam sibi comparare auent, facile peruideant, nihil se acturos, si ex scriptoribus saltem singularibus, *Actis Publicis* insuper habitis atque neglectis, sapiant. Mirum subinde cuipiam videatur necesse est, quod inter Germanos hactenus ecclesiae patriae acta nemo in ordinem digerere atque disponere tentauerit, digestaque in dias luminis auras quantocyus emiserit. Fuit hinc opus hoc desideratum hactenus, atque a viris doctissimis, barbaris maxime exterisue, qui in interiora historiae ecclesiasticae Germanicae penetralia visceraque ἐπιθυμᾶσι παρακύψαι, vt expoliretur perficereturque, expetitum. Quamuis enim, quae huc pertinent, passim a summis, qui historiam ecclesiast. scriptis excoluere, viris exhibeantur, nulla tamen hactenus collectio in vnum facta a quoquam fuit, vbi, quae in amplissimis voll. iisque subinde rarioribus miris modis dispersa exstant, quae et nonnisi iis, qui historiam literariam ad vnguem norunt, singula cognita esse possunt, iam coadunata atque congregata reperirentur. Nec profecto defuere eruditissimi viri, qui haud [P] ita pridem, cum adhuc extra Germaniam versaremur, frequenter nos monuere, vt hanc spartam nobis exornandam sumeremus. Sed manum quo minus rei adiiceremus, tum vasta rerum congerendarum moles operisque amplitudo, cui exornando impares lacerti humerique nostri videbantur, tum officii, quo tum defungebamur, quibus Serenissimi Wirtembergiae Ducis, FRIDERICI LVDOVICI, institutio sacrorumque apud eumdem peragendorum cura eo tempore fuerat concredita, ratio effecit. Nunc autem, quum inde fere a biennio literis sanctioribus in academia Tubingensi docendis simus admoti, quum et nuper valetudo, qua valde afflicta diu laborauimus, tantisper nobis, Deo dante, restituta fuerit, tentandum nobis est, num spem virorum doctissimorum assequi quadantenus, exspectationemue pro tenuitatis nostrae modulo tantisper sustinere valeamus. Exhibemus itaque hic rerum a nobis dandarum conspectum, eo fine, vt et videant eruditi, quid e promisso opere habeant exspectare, et, si quae sint a nobis vel errata vel omissa, (quae profecto haud satis humana cauet natura,) literis ad nos datis supplere iidem et corrigere possint. Quae itaque daturi sumus, *Acta*, haec fere sunt, a nobis secundum temporum seriem ita disponenda.

Circa medium saec. IV. concilium Agrippinense, quod nouissime exhibuit quoque Harduinus, lectis Crabbii, Surii et Sirmondi vestigiis. De eiusdem epocha disputauere Cointius, Henschenius, Pagius. De αὐθεντίᾳ post Elliesium du Pin latius agemus. Acta edita sunt ex historia Seruati Tungrensis, ad quam Papebrochius conferendus est, et Herigero, abbate Laubiensi.

A. 386.

aa) *Guil. de Taix*, Memoires des affaires du Clergé de France 1576-1586. Parif. 1625. 4.

A. 386. Treuirense concilium ex Sulpitio Seuero.

397. Anastasii I. epistola ad episcopos Germaniae, apud Harduinum et Lunigium.

440. Leonis I. epistola ad episcopos Germaniae de chorepiscopis.

444. Concilium Vesontinum contra Chelidonium ex Sirmondo trahi huc poterat, nisi idem id potius Viennense esse notasset.

497. Epistola episcoporum Germaniae ad Anastas. II. pont. rom. apud Goldastum.

590. Epistola Pelagii II. ad episcopos Germaniae et Galliae, quam tamen suppostitiam esse constat.

590. Concilium Metense ex Gregorio Turonensi apud Sirmondum, Pagium, Natalem Alex. et Harduinum.

630. Dagoberti, regis Francorum, capitularia tria ex Baluzio, [P] lex nempe Ripuariorum, lex Alemannorum, et lex Baiuuariorum.

697. Concilium Traiectense, cuius acta habet Marcellinus, illustrauit Cointius, suspectum Henschenio, Mabillonio, Pagio.

Epistolae et Acta Bonifacii, Germanorum apostoli, pontificumque romanorum Gregorii II. Gregorii III. Zachariae I. et Hadriani I. apud Baronium, Goldastum, Duchesnium, Gretserum, Serarium, Dacherium, Schilterum, Harduinum et Lunigium.

Capitularia, epistolae, diplomata et edicta Caroli M. ad res ecclesiae germanicae spectantia apud Pithoeum, Baronium, Goldastum, Baluzium, Harduinum, Lunigium, alios.

740. Concilium Germanicum sub Bonifacio apud Baronium et Harduinum.

742. Concilium aliud Germanicum sub eodem apud eosdem, itemque Goldastum, Serarium, Lehmannum, Cointium, Holstenium, Schilterum, Baluzium, Natalem Alex. Mabillonium, Pagium, Lunigium. Ceterum idem hoc concilium et *Franciscum* adpellari videas.

743. Liptinense, quo vel maxime pertinet *indiculus superstitionum paganicarum*, ex Baronio, Sirmondo, Cointio, Conringio, Schiltero, Baluzio, Pagio, Natali Alex. et Meindersio.

744. 745. Germanicum apud Baronium, Goldastum, Schilterum, Baluzium et Harduinum.

745. Romanum, (iam enim et romanorum conciliorum acta tum damus, vbi ad ecclesiae germanicae res enarrandas necessaria sunt,) apud Cointium et Harduinum.

747. Germanicum, quod e Willibaldo I. A. Schmidius quoque notauit.

753. Metense apud Harduinum, quod ad a. 757. Schmidium notare videmus.

A. 756.

A. 756. Liptinense, quod tamen fictitium esse, notarunt Simondus, Baluzius et Pagius.

761. Duriense apud Canisium, Sirmondum et Harduinum.

763. Niuernense apud Sirmondum et Harduinum.

764. Wormatiense apud eosdem.

765. Attiniacense apud eosdem.

770. Wormatiense apud eosdem, Baronium item et Goldastum.

771. Valentinianum ex Reginonis Chronico apud Sirmondum.

[P] 772. Wormatiense apud laudatos autores, maxime vero Baluzium, qui de purgatione sacerdotum decretum ibi factum exhibet, atque Harduinum.

772. Dingoluingense, quod Marcus Welserus primus edidit, repetitum a Baronio, Cointio, Natali Alex. Pagio et Harduino.

773. Romanum, notatum etiam Struuio in Syntagm. hist. Germ. p. 194.

775. Duriense apud Baronium, Sirmondum, Mabillonium, Pagium et Harduinum.

776. Wormatiense apud Baronium, Sirmondum, Pagium et Harduin.

777. Paderbornense apud Labbeum, Pagium et Schatenium.

779. Duriense aliud post Sirmondum Caueus notat. Hinc factum, vt entia hic praeter necessitatem diligentissimus Lunigius multiplicaret.

780. Paderbornense siue Lippiense apud Labbeum et Schatenium.

782. Paderbornense apud Schatenium, et Coloniense quoddam apud Lunigium, qui et Lippiense hic notat.

785. Paderbornense apud Schatenium, Pagium, etc.

786. Paderbornense notat Caueus. Verum et entia hic praeter necessitatem multiplicantur.

786. 787. Wormatiensia apud Pagium et Harduinum.

788. Ingelheimense l. c. et apud Sirmondum. Accedere possunt, et, quae ex Chronico Reichersbergensi, quod nuper Ludewigius recusum edidit, peti possunt.

789. Aquisgranense apud eosdem et Baluzium.

790. Wormatiense apud Sirmondum et Harduinum.

792. Ratisbonense apud Cointium et Harduinum.

794. Francofurtanum illud et insigne datum et illustratum apud Goldastum, Baronium, Petauium, Sirmondum, Aguirre, Baluzium, Dorschaeum, Maimburgium, Nat Alex. Pagium, Dallaeum, Spanhemium, Cabassutium, Harduinum, cum capitularibus actisque omnibus huc pertinentibus.

A. 797. Aquisgranense apud Baluzium et Harduinum.

799. Aquisgranense apud Sirmondum, Natalem Alex. Pagium et Harduinum.

800. Conuentus generalis Moguntinus apud Lyserum.

Canones alemannicae ecclesiae veteris a Goldasto editi.

802. Aquisgranense apud Sirmondum, Cointium, Baluzium, etc.

[?] 803. Ratisbonense apud Pagium, Baluzium et Harduinum.

Wormatiense apud Baluzium.

806. Ad Theodonis villam apud Baronium et Harduinum.

807. Salisburgense apud Canisium, Auentinum, Cointium, Mezgerum, alios.

809. Aquisgranense apud Baronium, Cointium, Schilterum, Baluzium et Harduinum.

813. Moguntinum apud Baronium, Cointium, Sirmondum, Cabassutium, Natalem Alex. Serarium, Harduinum, Lunigium. A. 1532. Basileae editum habetur.

813. Aquisgranense apud Baluzium.

ad A. 814. Treuirense notat Lunigius, ex Sirmondo videlicet, Duchesnio et Harduino.

Capitularia, donationes, diplomata, reformatio, rescripta et acta Ludouici Pii et sequentium imperatorum vsque ad Arnolphum apud Goldastum, Baronium, Sigonium, Schilterum, Baluzium, Harduinum, Lunigium, Struuium. De αὐθεντίᾳ omnium agetur curatius.

A. 816. Aquisgranense apud Sirmondum, Cabassutium, Natal. Alex. Baluzium, Harduinum, Lunigium.

817. Aquisgranense apud Goldastum, Baronium, Sirmondum, Baluzium, Harduinum, Leibnitium.

817. Romanum de donationibus sedi romanae factis, in iure canonico et apud Raph. Volaterran. Sigon. Baron. Cointium, Harduinum, alios, quos citat Struuius in Syntagm. hist. Germ. p. 210. 211.

818. Aquisgranense apud Baluzium et Harduinum.

ad A. 819. Ingelheimense notat Lunigius, id quod tamen alios fugit.

A. 821. Theodonis-Villare et Triburiense apud Sirmondum, Harduinum, Cointium, Goldastum, Baluzium.

826. Ingelheimense apud Baluzium, Sirmondum, Harduinum.

Gregorii IV. epistolae quaedam apud Baronium et Harduinum ad episcopos Germaniae.

828. Aquisgranense apud Cointium, Pagium, Baluzium, etc.

829. Moguntinum apud Baronium et Sirmondum.

829. Wormatiense apud Baluzium, Cointium, Pagium et Harduinum.

A. 830.

A. 830. Aquisgranense praesente Gregorio IV. pontifice de reformandis sacerdotum et monachorum moribus apud Henricum Mutium.

[†] 831. Nouiomagense apud Harduinum.

833. Moguntinum fictitium apud Lyserum, vbi et nescio, quo iure, Aquisgranense notat Lunigius.

833. Wormatiense apud Cointium et Harduinum. Gesta duorum conciliorum Moguntiaci et Wormaciensis, edita Basileae apud Henricum Petri 1532. 4.

833. Hamburgense apud Lambecium.

834. Moguntinum apud Lyserum.

835. Metense apud Sirmondum, Pagium et Harduinum.

835. Theodonis-Villare apud Sirmondum, Harduinum, Cointium.

836. Aquisgranense apud Baronium, Sirmondum, Harduinum, Natalem Alex. Pagium.

836. Wormatiense apud Schmidium.

840. Ingelheimense apud Sirmondum, Pagium et Harduinum.

841. vel 842. Aquisgranense apud Harduinum.

843. Coloniense apud Harduinum et Baluzium, quum Agrippinense haud sit, sed Gallicanum aliud, omittitur.

Sergii II. epistola apud Harduinum.

844. Theodonis-Villare apud Harduinum et Baluzium, itemque Natalem Alex.

847. Moguntinum apud Baronium, Harduinum, Serarium, Lunigium, alios.

Leonis IV. epistola ad Lotharium et Ludouicum imp. apud Baron.

848. Moguntinum apud Baronium, Mabillonium, Harduinum, Sirmondum, Serarium, Natalem Alex. Pagium, Mauguinum, Leibnitium, alios.

852. Moguntinum apud Baronium, Harduinum et Pagium.

857. Moguntinum apud Baronium, Serarium, Freherum, Harduinum.

858. vel 859. Metense apud Harduinum et Baluzium, itemque Sirmondum et Pagium.

859. Moguntinum apud Sirmondum.

860. Confluentinum apud Baronium, Sirmondum et Harduinum.

860. vel 861. Aquisgranense apud Goldastum, Sirmondum, Baluzium et Harduinum.

Nicolai I. epistolae ex Baronio et Lunigio.

862. Aquisgranense apud Baronium, Sirmondum et Harduinum.

863. Romanum apud Baronium et Goldastum.

[P] A. 863. Metense apud Baronium, Sirmondum, Harduinum, Natalem Alex. et Pagium.
Coloniense fictitium apud Goldastum, vbi et epistolae episcoporum Germaniae ad Nicol. I. quales duae et in Baronio atque Lunigio.
Wormatiense apud Aventinum et Goldastum. Idem ad a. 868. referunt Pagius, Cabassutius, Natalis Alex. Harduinus, Lunigius, acta prolixiora promisit Nesselius.
Hadriani II. epistolae apud Baronium, Harduinum et Lunigium.
Acta Teutgaudi Treuirensis et Guntharii Agrippin. apud Baronium, Lunigium et alios.
869. Metense apud Sirmondum, Schilterum, Pagium, Baluz. et Hard.
870? vel 871. Coloniense fictitium apud Goldastum, Freherum et Harduinum.
870. Romanum apud Baronium.
873. vel 874. Coloniense apud Meibomium et Harduinum.
875. Romanum, et a. 876. Ticinense apud Baronium, Harduinum, Struuium et alios.
887. Coloniense apud Harduinum.
888. Moguntinum apud Harduin. Nat. Alex. Schatenium, Paullinium.
888. Metense apud Harduinum, Sirmondum, Nat. Alex.
890. Forcheimense apud Lunigium.
890. Wormatiense apud Hard. Pagium, Cabassutium et Nat. Alex.
895. Moguntinum apud Serarium, Nat. Alex. alibi.
895. Triburiense apud Baron. Henschenium, Harduinum, Nat. Alex. Lambecium et Schilterum. Prodiit et separatim.
899. Triburiense apud Sigebertum Gemblacensem.
Iohannis VIII. epistolae quaedam ad episcopos germanos, horumque epistola ad Iohannem, et Hattonis archiep. Mogunt. epistola ad Iohannem IX. apud Harduinum et Lunigium.
ad A. 903. Synodum Leodiensem diligentissimus Lunigius notat, quam inuenire hactenus non potuimus.
ad A. 912. idem notat concilium Confluentinum.
A. 916. Synodus Altheimensis ex Hermanno Contracto et Iuone apud Schilterum.
922. Concilium Confluentinum, quod exstat apud Harduinum.
928. Duisburgense apud eumdem.
932. Erfordiense apud Schilterum, Leibnitium et Harduinum.
[P] 943. Bonnense apud Leibnitium et Harduinum.
Agapeti II. quaedam epistola apud Harduinum.

A. 947.

A. 947. Virdunense apud Harduinum.

948. Mosomense apud Baronium et Harduinum.

948. vel 949. Ingelheimense apud Goldastum, Sirmondum, Schilterum, Freherum, Pagium, Leibnitium, Natalem Alex. et Harduinum.

948. Treuirense apud Harduinum et Masenium.

949. Romanum apud Harduinum.

951. vel 952. Augustanum apud Goldastum, Canisium, Natalem Alex. Pagium et Harduinum.

ad A. 956. Augustanum, sed dubium notat Lunigius.

Leonis VII. epistola ad Gallos et Germanos apud Harduinum.

A. 963. 964. Acta conciliorum Romanorum, Ottonis I. et Leonis VIII. ex Goldasto, Baronio, Natali Alex. Pagio, Schiltero, Struuio, Lunigio, aliis.

963. Concilium Moguntinum dubium notat Lunigius, scilicet ex Trithemio.

964. Coloniense ex Trithemio.

972. Ingelheimense apud Baronium, Pagium et Harduinum.

Benedicti VI. epistola quaedam apud Harduinum.

Pilgrimi Laureacensis epistola ad Benedictum VII. apud eumdem.

Benedicti VII. epistola ad Gallos et Germanos apud eumdem.

992. Concilium Aquisgranense apud Hermannum Contractum.

995. Mosomense apud Baronium, Pagium et Harduinum.

996. Concilium Romanum fictitium de VII. electoribus institutis apud Baronium, Harduinum et alios. Vide Struu. in syntagmate iuris publici dissert. 16. §. 3.

Gregorii V. epistola ad Germanos apud Baronium.

1000. Synodus Gandensis apud Leibnitium.

Ottonum imperatorum constitutiones ecclesiasticae donationesque et diplomata, itemque Senatus Romani consulta et Leonis VIII. bulla ex Baronio, Goldasto, Holstenio, Schiltero, Harduino, Struuio, auctoribusque apud hunc citatis, itemque Lunigio.

Epistola Vdalrici, episcopi Augustani ad Nic. I. eiusdemque canonisatio in concilio Romano a. 993. facta apud Goldastum, Baronium, Schilterum, Cherubinum, Calixtum, Harduinum, alios.

[P] 1001. Varias synodos sub initium saeculi XI. habitas, Palithinam siue Poeldanam, Francofurtanam et Frizlariensem Tangmarus apud Leibnitium memorat.

1005. Concilium Tremoniense apud Meibomium, Schilterum, Pagium, Leibnitium et Harduinum.

A. 1006. Francofurtanum apud Baluzium, Leibnitium et Harduinum; ad a. 1011. refert Lehmannus.

1007. Aliud Francofurtanum, prioris adpendix, apud Gretserum et Ludewigium.

ad A. 1010. Gandersheimense notat Lunigius, de quo tamen nihil habet Leukfeldius.

A. 1011. Bambergense apud Harduinum.

1018. Neomagiense apud Meibomium et Leibnitium.

1018. Goslariense apud Leibnitium.

1022. Salegunstadiense apud Cabassutium, Natalem Alex. Pagium et Harduinum, Orthuinum, item Gratium, Leibnitiumque et Lunigium.

1022. vel 1023. Aquisgranense apud Harduinum.

1022. Moguntinum siue Salegunstadiense (quae, nescio, quo iure, in duo diuidit Lunigius,) apud Leibnitium, Natalem Alex. Serarium, Pagium, Harduinum. Addit aliud Moguntinum ad a. 1023. Schmidius cum Lysero. Ceterum heic in annis mire variant scriptores. Ita enim ad 1026. nouum Salegunstadiense memorant auctores vitarum Meinwerci et Godehardi apud Leibnitium.

1027. 1028. Ad hos annos Francofurtense, Moguntinum siue Geizlicense, itemque Palithinum siue Poeldense, scriptores apud Leibnitium et Harduinum notant.

1031. Triburiense apud Harduinum.

1035. vel 1036. Triburiense aliud apud eumdem, itemque Freherum et Pagium. Vnum hoc idemque cum priore esse notauit Schmidius.

1043. Treuirense apud Leibnitium.

1044. Constantiense apud Harduinum.

1046. Sutrinum apud Baronium, Pagium et Harduinum.

1047. Germanicum quoddam apud Pagium et Schmidium, qui notat, a Cossartio id omissum fuisse; habet idem et Baronius.

[P] 1049. vel 1051. Moguntinum apud Boeclerum, Leibnitium, Pagium et Harduinum.

1049. Wormatiense apud Natalem Alex. et Pagium.

1052. Goslariense apud Hermannum Contractum.

1053. Wormatiense apud eumdem.

1054. Moguntinum apud Harduinum.

1056. Coloniense apud Lupum et Harduinum.

1061. Basileense apud Baronium, Schilterum et Harduinum.

1062. Osboriense apud Natalem Alex. Pagium et Harduinum.

A. 1069.

A. 1069. Moguntinum apud Pagium, Harduinum et Lunigium. Acta Moguntiae cuſa ſunt in forma maiore.

1071. Moguntinum aliud apud Harduinum et Lunigium.

1072. vel 1073. Erfordienſe apud Baronium, Serarium, Leibnitium et Harduinum.

1074. Erfordienſe alterum apud Serarium et Piſtorium.

1075. Moguntinum apud Harduinum.

1076. Triburienſe apud eumdem et Baronium.

1076. Wormatienſe apud Goldaſtum, Meibomium, Natalem Alex. Pagium, Harduinum et Lunigium.

1076. Romanum apud Lupum et Harduinum.

1076. Papienſe apud Harduinum.

1078. et ſeqq. Romana concilia apud Lupum, Natalem Alex. Pagium et Harduinum.

1080. Moguntinum apud Harduinum.

1080. Herbipolenſe apud Bertholdum et Harduinum.

1080. Brixinenſe apud Lupum, Natalem Alex. Harduinum, Lunigium, maxime vero Goldaſtum.

1080. Vltraiectinum apud Natalem Alex.

1085. Berbacenſe apud Lupum et Natalem Alex.

1085. Moguntinum apud Auentinum, Kranzium, Goldaſtum, Freherum, Piſtorium et Harduinum.

1085. Quintilineburgenſe apud Baronium, Lupum, Natalem Alex. Pagium et Harduinum, itemque Goldaſtum et Vrſtiſium.

1086. Moguntinum apud Dubrauium, Pagium, etc.

1086. Oppenheimenſe in Chronica Auguſtenſi et Bertholdo.

1094. Conſtantienſe apud Pagium et Harduinum.

[P] Acta, conſtitutiones. decreta et epiſtolae imperatorum Henrici II. et Henrici IV. apud Auentinum, Baronium, Goldaſtum, Magdeburgenſes, Vrſtiſium, Reuberum, Harduinum et Lunigium.

Clementis II. epiſtola ad clerum Bambergenſem apud Gretſerum, Pagium et Ludewigium.

Leonis IX. diploma de corpore S. Dionyſii apud Harduinum.

Gregorii VII. dictatus, acta epiſtolaeque decretales apud Goldaſtum, Baronium, Cherubinum, Schilterum, Rechenbergium, Harduinum, Lunigium et Ditmarum.

A. 1105.

A. 1105. Quintilineburgense siue Northusanum apud Goldastum, Pistorium, Leibnitium et Harduinum.

1105. Moguntinum apud Harduinum.

1106. Augustanum apud Ditmarum.

1108. Moguntinum apud Kranzium.

1111. Lateranense apud Baluzium, Natalem Alex, Pagium et Harduinum.

1115. Coloniense apud Harduinum.

1116. Coloniense aliud apud eumdem.

1118. Coloniense aliud apud eumdem.

1118. Frizlariense apud Pagium et Harduinum.

ad A. 1121. Conuentum Quedlinburgensem Lunigius notat. Ex Harduino scilicet.

A. 1122. Wormatiense apud Goldastum, Pagium et Harduinum.

1129. Leodiense apud Kranzium.

1130. Herbipolense apud Baronium et Pagium.

1131. Moguntinum apud Serarium et Harduinum.

1131. Leodiense apud Leibnitium, Pagium et Harduinum.

1148. Treuirense apud Pagium et Harduinum.

1151. Moguntinum apud Kranzium.

1152. Constantiense apud Theodor. Engelhusenium, quem Leibnitius dedit.

1159. Moguntinum apud Serarium.

1160. Papiense apud Goldastum, Baronium, Pagium, Harduinum et Lunigium.

1161. Laudense apud Goldastum, Natalem Alex. et Harduinum.

[P] 1165. vel 1166. Herbipolense apud Goldastum, Baronium, Pagium, Harduinum et Lunigium.

1168. Lateranense apud Harduinum.

1177. Venetum apud eumdem.

1178. Salisburgense quoddam Lunigius notat.

1179. Lateranense apud Cabassutium, Natalem Alex. Pagium et Harduinum.

1186. Mosomense apud Pagium et Schmidium.

1186. Geilhusanum apud Schilterum.

1189. Ratisbonense apud Freherum.

1196. Bambergense apud Hoffmannum.

Epistolae

Epistolae pontificum romanor. Paschalis II. Calixti II. Innocentii II. Lucii II. Eugenii III. Hadriani IV. Alexandri III. Clementis III. et Innocentii III. apud Baronium, Cherubinum, Baluzium, Harduinum, Lunigium, aliosque quam plurimos, Goldastum, Vrstiliium, Martenium, etc.

Acta Innocentii II. et Lotharii II. apud Baronium, Lunigium, aliosque.

Senatus Romani consultum sub Conrado III. apud Goldastum.

Acta Henrici V. cum Paschali II. et Calixto II. iuramentum pontifici praestitum, privilegiaque sedi romanae data, constitutionesque et epistolae apud Baronium, Goldastum, Cherubinum, Schilterum, Pfeffingerum, Leibnitium, Harduinum, Ditmarum et Lunigium.

Epistola procerum Germaniae ad Hadrianum IV. de delenda infami pictura, coronationem Lotharii II. repraesentante; ex Radeuico apud Schilterum.

Friderici I. Acta cum pontificibus rom. Eugenio III. Hadriano IV. et Alexandro III. Constitutiones itidem, rescripta et epistolae, apud Goldastum, Baronium, Schilterum, Harduinum et Lunigium.

Principum Germaniae rescriptum ad Innocentium III. de electione Ottonis IV. apud eosdem.

Ottonis IV. donatio, sedi romanae facta, apud Baronium. Eiusdem reformatio apud Goldastum. Iuramentum sedi romanae praestitum apud Lunigium.

1219. Concilium Salisburgense apud Freherum.

[F] 1225. Germanicum siue Coloniense siue Moguntinum, (inde enim factum, vt entia hic rursus praeter necessitatem Lunigius multiplicaret, ex vnico tria faciens concilia, Germanicum, Coloniense et Moguntinum,) apud Natalem Alex. et Harduinum.

1226. Leodiense apud Harduinum.

1228. Romanum apud Raynaldum, Natalem Alex. et Harduinum.

1233. Moguntinum apud Harduinum.

1235. Moguntinum aliud apud Raynaldum et Harduinum.

1245. Acta concilii Lugdun. contra Frider. II. apud Harduinum.

1248. Scheningense apud Ostrogothos in Suecia habitum, inter concilia Germaniae memorat Lunigius, qui forsan alicubi *Sueuiam* pro *Suecia* legit. Ponit enim *zu Scheningen in Schwaben.*

1248. Vratislauiense apud Raynaldum, Harduinum, alios.

1260. Coloniense apud Natalem Alex. Harduinum et Lunigium.

1260. Moguntinum apud Serarium.

1261. Moguntinum aliud apud Serarium, Leibnitium et Harduinum.

A. 1266. Coloniense apud Harduinum et Lunigium.

1267. Vratislauiense apud Harduinum, aliosque, quos notat Schmidius.

1267. Viennense in Austria apud Freherum, Lazium, Canisium, Lambecium, Natalem Alex. et Harduinum.

1273. Leodiense in Chronico Elwangensi.

1274. Salisburgense apud Mezgerum, Natalem Alex. et Harduinum.

1276. Triburiense apud Lambertum Schaffnaburgensem.

1280. Coloniense apud Natalem Alex. Harduinum et Lunigium.

1281. Salisburgense apud Mezgerum, Natalem Alex. et Harduinum. Post hoc aliud Salisburgense adhuc Mezgerus ponit.

1287. Herbipolense apud Natalem Alex. et Harduinum.

1291. Salisburgense apud Mezgerum, Harduinum et Lunigium.

1292. Aschaffenburgense apud Harduinum.

1300. Coloniense apud Harduinum.

Statuta ecclesiae Constantiensis ab Edmundo Martenio edita.

Ottonis IV. Acta cum pontificibus rom. apud Baronium, Lunigium, etc.

Eiusdem Decretum de bonis ecclesiasticis apud Goldastum.

Friderici II. imp. constitutiones, apologia, aurea bulla, acta contra haereticos, cum pontificibus rom. et contra synodum Lugdunensem, [P] epistolae, etc. apud Radeuicum, Petrum de Vineis, Albertum Stadensem, Matthaeum Parisiensem, Baronium, Goldastum, Cherubinum, Schilterum, Harduinum et Lunigium.

Acta pontificia contra Conradum, apud Cherubinum.

Conradi V. edictum apud Goldastum.

Richardi Angli constitutio apud Goldastum.

Conradini querelae apud Goldastum.

Rudolphi Habsburgici, Adolphi et Alberti I. imperatorum, electorumque imperii principumque acta, donationes, sedi romanae factas, spectantia, constitutionesque aliae, qualis illa Rudolphi pro primis precibus, apud Goldastum, Lunigium, etc. itemque in adpendice actorum Comaclensium, etc.

Epistolae pontificum romanorum Innocentii III. Alexandri IV. Vrbani IV. Gregorii X. etc. apud Baronium, Goldastum, Baluzium, Harduinum, etc.

Legatorum pontificiorum statuta et mandata Germanis a. 1225. et 1246. praescripta apud Lunigium.

A. 1306.

A. 1306. Colonienſe. Ad hunc enim annum et ſequentes 1307. et 1310. Henrici II. archiep. Colonienſis acta ſynodalia exhibet Lunigius. Adde Harduinum.

1310. Moguntinum ſeparatim cuſum. Adiice eumdem.

1310. Salisburgenſia duo. Conſule eumdem.

1310. Treuirenſe. Inſpice Edmundi Martenii theſaurum anecdotorum, qui huius concilii notitiam et acta dedit. Adde tamen et Lunigium.

1322. Colonienſe apud Harduinum et Lunigium.

Statuta ſynodalia Colonienſia annorum 1327. 1328. 1330. quae et exhibet Lunigius.

1327. Moguntinum. Euolue Statuta Moguntina.

1335. Colonienſe apud Lunigium.

1350. Bremenſe apud Lambecium.

1359. Moguntinum apud Serarium.

1370. Colonienſe. Etenim ſtatuta ſynodalia Frid. III. archiep. Colon. ab a. 1370. vſque ad a. 1400. exhibet Lunigius.

1372. Moguntinum apud Serarium.

1387. Salisburgenſe apud Natalem Alex. et Harduinum.

[☧] Henrici VII. Lützelburgici acta eccleſiaſtica apud Goldaſtum, Schilterum, Leibnitium et Lunigium.

Ludouici Bauari et Iohannis pontif. rom. ordinumque imperii acta apud Goldaſtum, Flacium, Herwartum, Freherum, Schilterum, Harduinum, Lunigium, alios.

Electorum reſcriptum ad Benedictum IV. apud Goldaſtum, Lunigium, aliaque apud hunc haud negligenda.

Grauamina nationis Germanicae 1345. 1346. apud Goldaſtum.

Eduardi Angli acta eccleſiaſtica apud Goldaſtum.

Caroli IV. mandata, conſtitutiones et epiſtolae, itemque reformatio apud Goldaſtum, Cherubinum, Schilterum, Leibnitium, Lunigium, et Struuium.

Wenceslai conſtitutio pro primariis precibus, itemque reformatio aliaque apud Goldaſtum et Lunigium.

Clementis VI. epiſtola contra Flagellantes apud Harduinum.

Vrbani VI. epiſtola ad Wenceslaum apud Lunigium.

Bonifacii IX. conſtitutio pro libertate eccleſiaſtica apud Goldaſtum et Lunigium.

1405. Pragenſe apud Raynaudum et Harduinum.

1408. Pragenſe apud Raynaudum.

A. 1409. Francofurtanum apud Harduinum.

1414. Conſtantienſe illud inſigne, cuius acta ampliſſima non ſolum apud collectores conciliorum, ſeparatimque cuſa exſtant, ſed et aucta ſuppletaque et meliorem in formam fuſa conſpiciuntur maxime apud Goldaſtum, Holſtenium, Schilterum, Hermannum von der Hardt, Leibnitium, Schelſtratium, Lenfantium, Lunigium, aliosque, quos longo recenſet ordine vir ſummus *Io. Andreas Schmidius*. bb) Nouiſſime acta huius concilii acceſſionibus haud contemnendis ornauere viri praeſtantiſſimi, *Edmundus Martene*, monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri, S. Germani a Pratis, et *Burgeois du Chaſtenet*, Parlamenti Pariſienſis aduocatus, quas et nos actis communibus adiiciemus. Alia quaedem eaque et ipſa nondum cuſa haud paruae molis, protocollum quoque [?] concilii Conſtantienſis authenticum, exſtitere apud virum celeberrimum, qui vero nuper viuis exceſſit, et cuius mortem lachrumis acerbis respublica deflet literaria, *Stephanum Baluzium*, in bibliothecam regiam Pariſienſem iam, vti accipimus, inuehenda.

1420. Salisburgenſia duo apud Natalem Alex. Harduinum et Lunigium.

1420. Lubecenſe apud Lunigium.

1421. Pragenſe apud Raynaldum et rerum Bohemicarum ſcriptores, quorum longum agmen dant Caueus et Schmidius.

1423. Colonienſe apud Harduinum et Lunigium.

1431. Baſileenſe apud auctores, quos citant Caueus et Schmidius. Addi merentur Goldaſtus, Orthuinus Gratius, Cherubinus, Leibnitius, Lunigius, et qui nouiſſime anecdota huius concilii acta dedit, Martenius. Plura adhuc dabunt Lenfantius et von der Hardt, queis fauſta vt adſit Lucina, precamur. Ampliſſima huius concilii acta atque ea nondum cuſa apud Baluzium vidimus.

1435. Synodus Argentoratenſis apud Martenium.

1437. Synodus Pomeranica apud Ludewigium.

1440. Friſingenſe concilium apud Harduinum et Lunigium.

1449. Lauſannenſe apud Harduinum cum aduiſamentis Nicolai V. caeteriſque actis huc pertinentibus.

1451. Moguntinum apud Serarium.

1452. Colonienſe apud Harduinum.

ad A. 1470. Colonienſe aliud Lunigius memorat. Statuta iudicialia Theodorici, archiepiſcopi Colonienſis, edita 1529. 4.

A. 1479.

bb) Supplemento ad Caſp. Sagittarii τὰ μακαρίτα introductionem in Hiſtoriam eccleſiaſticam tom. 2. pag. 982. ſeq.

A. 1479. Confluentinum apud Lunigium, vbi et grauamina quaedam nationis Germanicae exhibentur.

1489. Stargardense apud Ludewigium.

1499. Moguntinum apud Serarium.

1499. Sedinense apud Ludewigium.

Acta in causa Ruperti Palatini contra praetensiones pontificum apud Herwartum, Schilterum, Goldastum, Leibnitium, Struuium.

Sigismundi imp. reformatio, concordata cum Martino V. auisamenta et grauamina nationis Germanicae a. 1416. et 1427. Constantiae et Moguntiae sub ipso producta, constitutiones, [P] acta et epistolae apud Goldastum, Leibnitium, Müllerum, Struuium, Harduinum, Lunigium, alios.

Alberti II. sanctio pragmatica apud Goldastum.

Vnio electorum ad schisma tollendum apud Müllerum, 1438. Adde Lunigium.

Acta Friderici III. auisamenta, reformatio, grauamina nationis Germanicae eidem bis ac ter proposita, iuramentum Nicolao V. praestitum, concordata maxime nationis Germanicae cum Nicolao V. a. 1447. facta, et declaratione Gregorii XIII. explicata, apud Goldastum, Vrstisium, Duarenum, Fuggerum, Kulpisium, Cherubinum, Schilterum, Leibnitium, Dattium, Müllerum, Cortreium, Lunigium, Struuium.

Iohannis XXIII. Bulla apud Harduinum et Lunigium.

Eugenii IV. Bullae, res ecclesiae Germanicae spectantes, apud Harduinum, Bzouium, Wadingum, Cherubinum, Lunigium.

Nicolai V. Bullae apud eosdem.

Calixti III. confirmatio indultuum de precibus primariis apud Harduinum et Lunigium.

Indulgentiae Papales per Raymundum Perandum in Germania a. 1489. publicatae, apud Lunigium.

Innocentii XIII. Indultus de primariis precibus apud Lunigium.

Pii II. quaedam epistolae et retractionum maxime bulla apud Goldastum, Harduinum et Lunigium.

1505. Grauamina nationis Germanicae apud Orthuinum Gratium et Goldastum.

1510. Grauamina nationis Germanicae cum edicto Maximiliani I. apud Goldastum, Schilterum, Struuium et Lunigium.

1511. Maximiliani I. mandatum, legatis Romam missis datum, de conuocatione concilii vniuersalis.

1513. Edictum Maximiliani I. de abolitione concilii Pisani et Turonens. apud Goldastum et Schilterum.

A. 1516. Concilium Coloniense apud Lunigium.

1517. Theses Lutheri indulgentiis Tetzelianis oppositae.

1518. Maximiliani I. literae ad Leonem X. de Luthero, apud Lunigium et Goldastum.

1518. Colloquium Augustanum inter Caietanum et Lutherum, cuius fontes Schmidius indicauit.

[?] 1518. Colloquium Lipsiense.

1520. Bullae Leonis X. contra Lutherum, apud Cherubinum, Lunigium, Harduinum, etc.

1521. Acta Conuentus Wormatiensis, cum Caroli V. ad Lutherum et Hadrianum VI. epistolis, itemque edicto contra Lutherum, apud Goldastum, Orthuinum Gratium, Melanchthonem, Lunigium. Alios fontes, qui anhelat, Schmidium consulat.

1522. Hadriani VI. Breue ad Fridericum, electorem Saxoniae, aduersus Lutherum; apud Cherubinum, Harduinum, Lunigium.

1522. Acta Conuentus Norimbergensis, vbi grauamina nationis Germanicae fuere proposita, apud P. Martyrem, Orthuinum Gratium, Goldastum, Hortlederum, Strupium, Lunigium.

1524. Acta Conuentus Ratisbonensis, apud Goldastum, Hortlederum, Lunigium, itemque Harduinum, qui et canones Campegii de reformando clero Germaniae exhibet.

1525. Recessus Augustani excerpta, ex corpore Recessuum petenda.

1526. Prima confoederatio religiosa Torgensis, inter Iohannem electorem Saxoniae et Philippum Landgrauium Hassiae, apud Hortlederum.

1526. Recessus Spirensis, excerpenda quaedam ex corpore recessuum, Hortledero, etc.

1526. Acta Caroli V. et Clementis VII. apud Lunigium.

1526. Colloquium Homburgense apud Scultetum et Lambertum.

1527. Statuta iudicialia Hermanni archiepiscopi Colon. edita 1529. 4.

1528. Concilium Bituricense contra Lutherum, apud Harduinum.

1528. Concilium Senonense vel potius Parisiense contra Lutherum, apud eundem et Lunigium.

1529. Conuentus Spirensis, cuius acta dabuntur ex corpore Recess. Imperii, Goldasto, Hortledero, Mullero, Coelestino, Lunigio, cum instrumento *Protestationis* et edicto Caroli V. contra Anabaptistas.

1529. Colloquii Marpurgensis acta, separatim cusa, sed et danda ex Goldasto et Ioh. Brentio, qui historiam arcanam eiusdem conscripsit, e tabulario Reutlingensi adiiciendam itemque Paullinio. Tacemus vero fontes eos prorsus, quos celeberrimi viri Schmidius et Loescherus citant.

A. 1530.

[f] A. 1530. Acta Conuentus Auguftani fuppeditabunt Melanchthon, Coeleftinus, Chytraeus, Hortlederus, Heuterus, Goldaftus, Seckendorfius, Mullerus, et Receffuum imperii corpus, itemque Lunigius aliique, vt alios adhuc fontes, quos Wernsdorfius et Loefcherus monftrant, taceamus. Dabimus vero hic non folum Confeffionem Auguftanam ex exemplo Brentiano, fed etiam fcripta nomine imperatoris Caroli V. et Statuum imperii Romano-Catholicorum, imo et priuatis a doctoribus Romanenfibus Auguftanae Confeffioni oppofita, ab Andr. Fabricio Leodio tota et Dau. Chytraeo ex parte faltem edita, tum quia apparent rariffima, tum quia fine iis theologia Auguftanae Confeffionis, ipfis vtpote oppofita, nequit intelligi. Addemus et Tetrapolitanam Confeffionem.

1531. Foedus Smalcaldicum apud Hortlederum et Lunigium.

1532. Acta conuentus Schweinfurtenfis apud Goldaftum, Seckendorfium, in der Strasburgifchen Kirchen-Ordnung, Magirum, etc. aliosque apud Loefcherum.

1532. Prima pacificatio religiofa Norimbergenfis apud Goldaftum, Hortlederum et Lunigium, in corpore receffuum imperii et in Recueil des traités des paix.

1532. Indultus primariarum precum per Clementem VII. datus, apud Lunigium.

1532. Caroli V. edictum ad ordines imperii de tollendo diffidio religionis et concilio conuocando, apud Lunigium.

1534. Tractatus Cadanenfis apud Goldaftum et Hortlederum.

1534. Clementis VII. Conftitutio contra epifcopos, concordatis nationis Germanicae contrauenientes, apud Lunigium.

1535. Receffus imperii Wormatienfis contra Anabaptiftas Weftphalos, in Corpore Receffuum.

1536. Concilium Colonienfe apud Harduinum, idem et feparatim cufum Colon. 1538. fol. Addi poffent, fi rerum id pateretur moles, reformatio Hermanni archiepifcopi Colonienfis, cum Colonienfium antididagmate, Bucerique hanc in rem fcriptis, actisque iftis Colonienfibus omnibus et feparatim cufis et apud Lunigium aliosque inueniendis. Sed eo excurrere vix nobis licebit.

[f] 1536. Pauli III. Bulla in Coena Domini, quam fub fequentibus pontificibus, nefcio cur, ad naufeam vfque repetierit facetus homo, Laërtius Cherubinus.

1536. Confirmatio foederis Smalcaldici apud Hortlederum, Lunigium, et in Recueil des traités des paix.

1536. Acta collegii Beuergenfis, ex archiuis Caffellanis petenda, hactenus apud Wigandum.

1536. Formula Concordiae Wittebergenfis, data a Luthero, Bucero, Melanchthone, Myconio, Goldafto, Ofiandro, Hofpiniano, Magiro, multisque aliis paffim, Wigando, Hofpiniano, Seckendorfio, Chytraeo, Garthio, Luthero ipfo, quos omnes fere Loefcherus hic in partes vocat.

A. 1537.

A. 1537. Ferdinandi I. literae ad Lutherum apud Goldastum et Lunigium suppositítiae esse videntur.

1537. Acta conuentus Smalcaldici, vbi et articuli Smalcaldici fuerunt producti, et contra Schwenckfeldium actum, separatim cusa. Exstant et apud Hortlederum, et, qui vtramque heic semper paginam facit, Seckendorfium.

1538. Foedus Romano-Catholicorum Smalcaldico oppositum, der Catholische Gegen-Bund, apud Hortlederum, Lunigium et in Recueil des traités des paix.

1539. Acta Comitiorum Francofurtensium apud Goldastum et Hortlederum.

1539. Concilium Hildesheimense apud Lunigium.

1540. Acta conuentus Hagenoënsis apud Melanchthonem et Hortlederum.

1540. Acta conuentus Wormatiensis, apud eosdem.

1541. Acta Colloquii Ratisbonensis apud auctores a Schmidio citatos, Goldastum etiam, qui et edictum Caroli V. Spirense 1541. habet, Hortlederum, Bucerum, qui acta amplissima edidit, Lunigium. Adde recessum Ratisbonensem hoc anno factum, in corpore recessuum exstantem. *Interim Ratisbonense* apud Io. Erdmannum Bieckium.

1542. Ferdinandi I. declaratio, sociis Augustanae Confessionis facta, apud Lunigium.

1544. Recessus Spirensis in Corpore Recessuum.

[*] 1545. Concilium Tridentinum separatim toties cusum et apud Harduinum quoque exhibitum, cuius historia repetenda ex Sarpio, Card. Pallauicino, collectione epistolarum et obseruationum Vassoriana aliisque infinitis fere monumentis, quae luculenta profecto recenset celeberr. Schmidius. Solum addimus Lunigium, qui acta quaedam concilii Tridentini quoque exhibuit.

1545. Caroli V. approbatio articulorum Louaniensium apud Goldastum et Lunigium.

1545. Acta Colloquii Ratisbonensis, haurienda e fontibus a Schmidio adductis.

1546. Vnio Caroli V. et pontificis romani apud Goldastum et Hortlederum.

1546. Pauli III. indulgentiae ad exstirpandam haeresin Lutheranam, apud Hortlederum et Lunigium.

1548. Concilium Moguntinum separatim cusum.

1548. Synodus Augustana apud Harduinum.

1548. Synodus Treuirensis apud eumdem, Masenium et Lunigium.

1548. *Interim Augustanum*, apud Goldastum, Osiandrum, in corpore recessuum, Lunigium et alibi passim, separatim saepius cusum.

1548. *Interim Lipsiense* apud Ioh. Erdmannum Bieckium.

1548. Recessus Augustanus in corpore recessuum.

A. 1549.

A. 1549. Concilium Colonienſe apud Harduinum et ſeparatim cuſum.

1549. Moguntinum, ſub D. Sebaſtiano, archiepiſcopo et electore, apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Harduinum, Lunigium, idemque ſeparatim editum Mogunt. 1549. fol.

1549. Treuirenſe, ſub Ioanne archiepiſcopo, apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Harduinum et Lunigium, et ſeparatim cuſum Colon. 1549. 4. adiunctis aliis archiepiſcoporum ſtatutis prouincialibus.

1549. Argentoratenſe ſub Eraſmo epiſcopo celebratum, cuius ſtatuta et decreta prodierunt Moguntiae 1566. fol.

1549. Caroli V. conſtitutio de obſeruat. canonum, apud Lunigium.

1550. Synodus Cameracenſis ſeparatim impreſſa.

1552. Transactio Paſſauienſis, cum adpendice et ſeparatim edita, et apud Goldaſtum, Londorpium, Meierum, in corpore receſſuum, apud Hortlederum, Cortreium, Lunigium, in Recueil des traités des paix et alibi paſſim.

[P] 1554. Ferdinandi I. edictum de Catechiſmis, aliaque apud Goldaſtum et Lunigium.

1555. Pax Auguſtana religioſa apud Goldaſtum, Schilterum, Londorpium, Cortreium, Lunigium etc. qui et acta huc pertinentia habent.

1556. Synodus Barthenſis ſeparatim edita.

1556. Colloquium Iſenacenſe a Flacio, Paullinio aliisque datum.

1557. Wormatienſe ſeparatim cuſum atque etiam apud Melanchthonem, Goldaſtum, Freherum, Oſiandrum, Fornerum, Altingium, Lunigium. Acta eius MSS. a Ioach. Camerario ſcripta exſtant in bibliotheca Vniuerſitatis Tubingenſis.

1558. Conuentus Francofurtanus apud Goldaſtum, Hoſpinianum, Boſſuetum, alios. Acta eiusdem pleniſſima manuſcripta habentur in tabulario illuſtris conſiſtorii Stutgardiani.

1559. Proteſtatio ſtatuum euangelicorum contra reſeruatum eccleſiaſticum, apud Lunigium.

1560. Colloquii Vinarienſis acta, a Simone Muſaeo et Marquardo Frehero edita.

1560. Colloquii Heidelbergenſis acta, ab Altingio aliisque data.

1561. Conuentus Naumburgenſis, a D. Hönnio celeberrimoque viro *Valentino Erneſto Loeſchero* deſcriptus. Compoſitum in eodem ſcriptum fuit, quo enarratae fuere rationes, quae Proteſtantes adegerint, quo minus concilio Tridentino praeſentes ſe ſiſterint. Eiusmodi ſcripta publica tria danda ſunt, vnum de a. 1537. alterum de a. 1546. tertium de a. 1564. apud Goldaſtum, Hortlederum, Lunigium inuenienda. Vide, ſi placet, librum commentarium, quem de actis ſcriptisque publicis eccleſiae Wirtembergicae ſcripſimus, p. 37. 38. Caeterum ampliſſima acta

conuentus Naumburgensis, sed manuscripta, asseruantur in tabulario illustris consistorii Stutgardiani.

A. 1564. Colloquium Maulbronnense, cuius fontes in libro citato pag. 76. sq. satis indicavimus.

1564. Ferdinandi I. literae ad pontificem de danda laicis communione sub vtraque, cum breui concessorio Pii IV. apud Goldastum, Pelissonium, Lunigium.

[P] 1564. Ferdinandi I. literae ad Georgium Wicelium, apud Orthuinum Gratium. Cassandri Consultatio et Wicelii via regia.

1564. Pii IV. indultus primariarum precum apud Lunigium.

1564. Maximiliani II. epistola ad Pium IV. de coniugio clericis non prohibendo, apud eumdem et Goldastum.

1565. Concilium Cameracense apud Harduinum.

1566. Synodus Dioecesana Argentoratensis separatim cusa.

1566. Pii V. Bulla apud Lunigium.

1567. Synodus Augustana apud Lunigium.

1567. Constitutiones et decreta synodalia ciuitatis et dioecesis Constantiensis, a Marco Sitico cardinali, episcopo Constantiensi, prodierunt separatim Constantiae 1568. 4.

1568. Pii V. constitutio de resign. bonorum ecclef. apud Lunigium.

1568. Colloquium Altenburgense separatim cusum.

1569. Constitutiones et decreta in synodo Salisburgensi, edita sub D. Ioanne Iacobo archiepiscopo. Dilingae 1574. 4.

1570. Concilium Mechliniense separatim cusum, itemque apud Cabassutium, Natalem Alex. et Harduinum.

1570. Synodus Guelpherbytana, vbi formula concordiae inter Saxonicas Sueuicasque ecclesias condita fuit. Acta separatim prodiere. Vide dissert. de actis scriptisque publicis ecclesiae Wirtemberg. p. 41.

1571. Conuentus Dresdensis Crypto-Caluinianorum, quos vocant, acta separatim cusa.

1571. Colloquium Franckenthalense cum Anabaptistis, separatim cusum.

1574. Torgauiense apud Osiandrum et Hutterum.

1576. Acta conuentus Lichtenbergensis apud Hutterum.

1576. Declaratio concordatorum nationis Germanicae per Gregorium XIII. apud Cherubinum, Lunigium etc.

1576. Varia acta Maximiliani II. apud Lunigium.

A. 1576. Acta conuentus Maulbronnensis apud Hutterum et Osiandrum. Vide libellum de actis scriptisque publ. eccl. Wirtemb. p. 41.

1576. Acta conuentus Torgensis apud Hutterum.

1576. Acta conuentus Riddagshusani apud eumdem.

[P] 1576. Synodus Antwerpiensis, separatim cusa.

1576. Colloquium Ieuerense, a Selneccero, Wigando et Feustkingio datum.

1577. Acta conuentus Bergensis apud Hutterum.

1577. Acta conuentus Sangerhusani apud eumdem.

1578. Acta conuentus Tangermundensis apud eumdem.

1578. Acta conuentus Langensaltzensis apud eumdem.

1578. Colloquium Herzbergense ex editione Olearii, non Seruestana, et Huttero.

1579. Conuentus Iuterbocensis apud Hutterum.

1579. Conuentus Torgensis apud Hutterum alibique. Ceterum acta ad formulam concordiae spectantia plurima prodiere, quae recensere nunc non vacat. Habet et eiusmodi quaedam Goldastus. Dabimus hic et plura ἀνέκδοτα.

1580. Vratislauiensis synodus separatim cusa, Vratislauiae 1585. 4. cum Vratislauiensis ecclesiae statutis synodalibus antiquis.

1581. Gregorii XIII. Constitutio de emendatione Calendarii apud Goldastum et Lunigium.

1582. Conuentus Erfurtensis, vbi apologia formulae concordiae fuit confecta.

1583. Acta conuentus Quedlinburgensis apud Hutterum aliosque, quos longo agmine Schmidius recenset. Habentur eadem amplissima, sed manuscripta, in tabulario illustris consistorii Stutgardiani, vt taceam Lunigium, qui Recessum Quedlinb. exhibet.

1586. Concilium Cameracense apud Harduinum.

1586. Colloquium Mompelgardense, cuius fontes nuper cc) indicauimus.

1589. Badense, de quo itidem nouissime dd) egimus.

1590. Emmendingense a Fechtio datum.

1593. Neuburgense siue Bipontinum apud Hutterum.

1601. Ratisbonense apud Thuanum, Ludolphum, Hunnium, Cramerum, Tannerum aliosque, quos nuper citauimus, ee) et quos in partes celeberrimus Schmidius vocat. Cum post-colloquio.

cc) De actis scriptisque publicis eccles. Wirtemberg. p. 79. seq.

dd) ib. p. 80.

ee) ib. p. 84. seq.

A. 1606. Acta Donawerdenſia apud Londorpium et Meierum.

[ſ] 1606. Pacificatio Viennenſis cum Hungaris apud Meierum et in Hiſt. diplomatica eccl. Hung.

1607. Concilium Mechlinienſe ſeparatim cuſum, itemque apud Cabaſſutium, Natalem Alex. et Harduinum.

1609. Synodus Conſtantienſis ſub Iacobo epiſcopo Conſtantienſi. Prodiit Conſtantiae 1609. 4.

1609. Literae Maieſtatis Rudolphi II. apud Goldaſtum, Meierum et Lunigium.

1610. Vnio Halenſis ſiue Heilbrunnenſis, cum actis reliquis apud Londorpium, Lunigiumque, et in Recueil des traités des paix.

1610. Liga Catholico - Romanorum imperii ſtatuum Herbipolenſis apud Londorpium, Meierum, Lunigium.

1610. Synodus Antwerpienſis et Argentoratenſis, omnes ſeparatim cuſae.

1610. Decreta ſynodalia dioeceſis Auguſtanae, ſub D. Henrico, epiſcopo, promulgata editaque Dilingae 1611. 4.

1611. Acta Aquisgranenſia apud Meierum.

1612. Indultus primariarum precum Pauli V. apud Lunigium.

1613. Grauamina Statuum Romano - Catholicorum et Proteſtantium apud Londorpium, Meierum et Lunigium.

1613. Colloquium Durlacenſe ſeparatim aliquoties cuſum.

1615. Colloquium Neuburgenſe, de quo nuper egimus.

1618. Acta Pragenſia, Bohemica, Sileſiaca, Auſtriaca, apud Londorpium et in Recueil des traités des paix.

1620. Aſſecuratio Romano-Catholicorum apud Lunigium.

1620. Pauli V. indultus primariarum precum apud eumdem Lunigium.

1620. Transactio Vlmenſis inter Ligiſtas et Vnitos apud Londorpium et Lunigium, itemque in Recueil des traités des paix.

1625. ſqq. Oſnabrugenſes variae ſynodi apud Lunigium.

1625. Conuentus circuli Saxon. inferioris acta habent Londorpius et Adlzreiterus.

1627. Synodus Colonienſis, et

1628. Oſnabrugenſis ſeparatim cuſae.

1629. Pacificatio Lubecenſis apud Londorpium, et in Recueil des traités des paix.

1629. Edictum Reſtitutorium apud Londorpium, Meierum, Lunigium et in Recueil des traités des paix.

A. 1629.

[P] A. 1629. Compositio pacis Dillingensis.

1629. Pupilla Augustanae confessionis cum defensione contra compositionem Dillingensem.

1630. Replica circuli Sueuici ad imperatoris edictum restitutorium per ICtos Tubingenses separatim cusa.

1631. Acta conuentus colloquiique Lipsiensis apud Londorpium, Meierum, Vogelium, Kromayerum, Calixtum, Lunigium, alios.

1635. Pacificatio Pragensis apud Londorpium, Meierum, Vogelium, Lunigium, inque Corpore Recessuum etc.

1638. Indultus primariarum precum per Vrbanum VIII. apud Lunigium.

1645. Colloquium Thoruniense apud Calixtum, Hülsemannum, Prawdekium, a S. Hyacintho, Hartknochium, Calouium, Hoornbekium, Andreae, *Iaegerum* nostratem.

1645. Pacificatio Lintzensis cum Hungaris, in histor. diplomatica eccles. Hungar.

1646. Recessus Monasteriensis Ferdinandi III. apud Lunigium.

1648. Instrumentum pacis Westphalicae, cum Innocentii X. bulla et protestatione nuncii pontificii, in corpore recessuum et apud Londorpium, Pufendorfium, Happelium, Cortreium, Lunigium, etc. itemque in Recueil des traités des paix.

1651. Recessus Norimbergensis, quo pacificatio Westphalica executioni data fuit, apud Londorpium et Lunigium.

1651. Colloquium Rheinfeldense apud Valerianum Magnum et Haberkornium aliosque, quos refert Schmidius.

1661. Cassellense, separatim cusum, quod plurimis scriptis polemicis, quae Schmidius citat, occasionem dedit.

1662. Decreta et statuta dioecesanae synodi Coloniensis, sub D. Maximiliano Henrico archiepiscopo celebratae, edita separatim Colon. 1666. fol.

1665. Decreta et constitutiones synodales ecclesiae et episcopatus Lausannensis per I. B. de Strambino episcopum confirmatae. Friburgi 1666. 4.

1695. Leopoldi et Innocentii XII. Constitutiones abusum electionum sacrarum concernentes apud Lunigium.

Articulus IV. Pacis Rysuicensis Grauaminaque statuum imperii [P] protestantium hinc enata, quae in Antonii Fabri Staats-Cantzley et in electis iuris publici recensentur.

Acta Silesiaca de a. 1706. seqq. apud eosdem exstantia itemque separatim cusa.

1715. Caroli VI. edictum contra iniurias, queis diuersae fidei socii inconsulte se inuicem lacerant, apud Fabrum et Lunigium.

Et haec quidem ſunt *Acta* illa, quae in vnum compingere, ſi hoc quidem viris doctis, ſi et bibliopolis, qui ſumtus rebus dare velint, arrideat inſtitutum, ſi et, quod primum praecipuumque eſt, vires valetudinemque largiatur nobis diuina bonitas, fert animus. Accedimus autem ad rem praeparati atque haud paruo ad hoc opus exornandum ſtudio collato, qui non ſolum ſcriptores rerum Germanicarum omnes a Schardio, Piſtorio, Reubero, Frehero, Goldaſto, Caniſio, Lindenbrogio, Vrſtiſio, Schiltero, Meibomio, Paullinio, Leibnitio, Ludewigio aliisque editos peruolauimus, ſed et rerum eccleſiaſticarum collectiones a Goldaſto et Lunigio, maxime vero conciliorum collectoribus factas cum cura inſpeximus atque euoluimus, etſi et in Goldaſto ſiue fidem ſiue curam, in Lunigio id maxime, quod, vnde ſua habeat, qui tamen, quae in prima parte Spicilegii eccleſiaſtici dedit, ex libris impreſſis mutuatus eſt, nullibi adſcripſit, deſideremus. Hinc, quae e Goldaſto, quae itidem e Baronio, quae et e Lunigio, qui data a prioribus documenta monumentaque in ſcenam foecundior ipſe reduxit, dabimus, ad artis criticae diplomaticaeque trutinam reuocabimus, atque fontes, e quibus viri iſti biberunt, ſollicite, vbi id quidem nobis cognitum erit, indicabimus. Contulimus et, quae ex Londorpii, Meieri et Mülleri, Fabrique itidem aliorumque ampliſſimis compilationibus ad rem totius eccleſiae Germanicae, (particularium enim eccleſiarum Germanicarum acta publica heic enarrare nobiscum prorſus haud conſtituimus,) ſpectant. Nec tamen cogitare velimus quenquam, infinitorum fere voluminum hanc noſtram collectionem fore, maxime, ſi acta iſta colloquiorum et conuentuum, et Conſtantienſis Baſileenſisque conciliorum acta omnia hactenus edita, vt cetera iam taceamus, praelo dare aueamus. Dabimus enim ſaltem neceſſaria, dabimus certa, dabimus ſelecta. Colloquiorum et conuentuum acta, vbi prolixiora ſunt, vbi et a litigantium vtraque parte data, coarctabimus, quantum res ſinit, et breuiabimus, ita tamen, vt rebus nihil decedere videatur, totumque opus paucis in forma maiore voluminibus conſtet. Germanica ob barbaros, qui [P] noſtra non norunt, (ob hos enim vel maxime hunc laborem noſtrum inſumimus,) Latina ea fide, ad quam interpres aſſurgere poteſt, faciemus. Vbique vero ab omni partium ſectaeue ſtudio, (quod profecto cane peius et angue nobis eſt, odio plus quam Vatiniano, quamdiu ſpiritus hos noſtros artus reget, a nobis proſequendum,) nobis cauebimus, dexteritatisque noſtrae et fidei, addimus et induſtriae curaeque nullo rerum faſtidio nauſeaue aut longioris operis mora minuendae, cumulata, ſperamus, ſpecimina exhibebimus, atque etiam ſubinde, quae hucusque lucem non conſpexere, acta vel a viris doctis nobiscum communicata, vel e tabulariis publicis petita immiſcebimus. Diſſertationem praeliminarem primas facere paginas actaque ipſa praecurrere iubebimus, vbi de horum αὐθεντίᾳ iuxta rerum temporumque ordinem atque de ſingulorum eorundem neceſſitate et vſu luculentius diſſeremus. Totum vero opus notis noſtris, breuioribus licet, quae acta, vbi id quidem opus videbitur, illuſtrent explicentque, diſtinguemus, variaque et iuris ſubinde publici et iurisprudentiae eccleſiaſticae capita, vbi fatemur, nos aliquando a viris doctiſſimis, (nondum enim ſub incudem omnia heic ſatis reuocata ſunt,) diſſentire, maxime quod ius ſacrorum inueſtiturasque eccleſiaſticas concernit, curate enucleabimus. Nec tamen, quae in conſpectu hoc noſtro notamus, ſingula exhibebimus, niſi ita viri eruditiſſimi, quorum conſiliis aſſurgemus, exiſtimauerint. Scripſimus enim ſaltem hic omnia, ne quis clamitet, haec vel illa omiſſa et neglecta a nobis eſſe. Enimuero ſunt multa concilia Germanica et acta vetera

parui

parui admodum imo nullius momenti, quibus profecto charta saltem maculatur, oculusque et studium lectoris fallitur. Dantur et talia conuentuum colloquiorumque acta, quae impune negligi possunt, in quibus tamen omnibus vel dandis vel omittendis prudentiorum atque etiam Bibliopolarum rationes spectabimus. Addidimus et quaedam concilia haud Germanica, maxime Romana, vbi ad res ecclesiae Germanicae momentum quoddam conferunt. Colloquia ff) plurima conuentusque priuatos plane tacuimus atque pede sicco praeterimus, queis ea saltem, quibus publica constat [¶] auctoritas, acta dare constitutum est. De necessitate atque vtilitate instituti nostri multa disserere cum iniuria lectorum nostrorum, prudentiorum saltem, coniunctum videri posset, cum norint omnes, nullam historiam adcuratam solidamque dari posse, nisi quae ex *actis publicis* extrahatur. Sunt, qui hac ratione historiam Germanicam politicam post alios eosque itidem doctissimos viros nuper exposuere, (iam enim inde ab aliquo tempore magna lux studio huic, plaudentibus omnibus, qui literas amant, adfunditur,) viri plane eximii, *Burcardus Gotthelf Struve et Iacobus Carolus Spener*, hic olim, cum ante decem annos Musas Oxonienses ambo magno studio frequentaremus, socius noster longe suauissimus desideratissimusque, qui ex *actis publicis* sua ambo deprompsere, adeoque *pragmaticam* rerum notitiam dedere, quae genuinum historiarum vsum simul doceat. Scilicet ita viam nobis parare animus est ad historiam ecclesiae Germanicae vniuersalem conficiendam, quam, si ita rerum nostrarum rationes siuerint, seposito partium studio suamque in rem abire iussis sectae praeiudiciis, exarare olim forsan nobis continget. *Acta* vero *publica* ecclesiae Germanicae nunc daturi rogamus viros doctos, quibus harum rerum studium familiare est, et qui in publicum egregiam notitiae, qua fulgent, supellectilem conferre amant, vt, si videant, vel quaedam a nobis omissa esse, qualia vel maxime in pontificum romanorum actis, epistolis decretalibus bullisque, quarum collectiones omnes nondum possidemus, vel imperatorum romanorum constitutionibus, edictis rescriptisue, qui diligentiam rebus hic afferre volunt librorumque adfluxu gaudent, reperire poterunt, ea per literas nobiscum beneuole communicent, vt porro, quae superuacanea atque nullius momenti vsusque videbuntur adeoque in hac collectione omittenda, atro lapillo notent, vt denique, si qua habeant inedita conciliorum, conuentuum vel colloquiorum acta, diplomata vel epistolas, ad ornandum hoc opus nostrum publicamque rem augendam vsibus nostris ea consecrent, denique vero de ordine rerum totiusque collectionis methodo ineunda placita sua nobiscum conferant. Quod restat, si hoc institutum adplausu eruditorum haud careat, nouam addere collectionem, quae alterius appendix videri possit, poterimus, sua vtilitate et elegantia haudquaquam priori cessuram, vbi ecclesiae Germanicae veteris libros ecclesiasticos, missalia vetera, symbola, litanias antiquissimas et progressu temporum subinde variatas interpolatasque, codicemque canonum aliumque canticorum veterum ecclesiae Germanicae [¶] et statuta eiusdem synodalia, Moguntina, Treuirensia, Coloniensia, Salisburgensia, Argen-

ff) Colloquiorum religiosorum publice et priuatim intra bina proxima saecula habitorum historiam et acta dare nouissime promisit vir celeberrimus D. *Io. Michael Heineccius* in schediasmate hac de re edito Halae Magdeburgicae 1719. 4. Breuiorem eorum historiam singulari concinnatam studio debemus Reu. D. *Io. Andreae Schmidio* in tomo II. introductionis Casp. Sagittarii ad historiam ecclesiasticam p. 1495-1608.

Argentoratensia aliaque dabimus, adiectis quoque iis auctoribus Germanis antiquioribus, qui de diuinis ecclesiae officiis ac ministeriis cultusque publici, prout olim is obtinuit, ratione scripsere, inter quos maxime Rabanus Moguntinus, Amalarius Treuirensis, Walafridus Strabo, Berno Augiensis, Rupertus Tuitiensis, Radulphus de Vico et Hugo de S. Victore, (Micrologum enim Gallum fuisse recte existimauit Mabillonius,) eminent, adiectis et porro confessionibus praecipuis recentioribus protestantium, tum qui Augustanam profitentur confessionem atque maximam partem sua sibi habent doctrinae christianae corpora, commune illud primum, postea Philippicum, Pomeranicum, Prutenicum, Thuringicum, Iulium, Wirtembergicum, vt alias confessiones particulares taceamus: tum qui Reformatorum titulo gaudent, tum etiam Anabaptistarum, additis quoque ordinationibus praecipuis ecclesiasticis, inter quas formula Missae Wittebergensis, a Martino Luthero confecta, et reformatio Hermanni Coloniensis primas tenent: additis denique actis controuersiarum particularium et litium theologicarum praecipuis, maxime vero iis, quae *Adiaphoristica*, *Interimistica*, *Antinomistica*, *Maioristica*, *Synergistica*, *Osiandrina*, *Flaciana*, etc. quae et *Crypto-Caluiniano* faceto nomine, quae *Irenica*, quae *Tubingensia*, quae *Calixtina*, quae *Terministica*, quae denique *Pietistica* ab infausta illa ineptaque *Pietismi*, quem adpellant, secta adpellaueris. Sed ab his quidem latius nunc enarrandis calamum facile abstinemus, idque vnicum monemus, iis typis, si quidem adsint, qui sumtibus haud parcant, bibliopolae, omnia exscriptum iri, quae elegantiam et nitorem Belgicorum, Anglicorum vel Gallicorum haud infeliciter imitentur, cum exterorum magis quam ciuium nostrorum gratia hoc, quicquid est operis, suscipiamus. Iam vero e vestibulo rerum et propylaeo vel tandem egredimur, qui aedificii amplissimi vastissimique molem e longinquo saltem spectandam dedimus, et ostia heic claudimus, teque, lector beneuole, vt conatibus hisce nostris faueas, rogamus.

[Subiungere placet concilia, in aliis terris habita. De conciliis et synodis, in *Belgio* habitis, praecipue de synodo *Dordracena* plura variorum exstant scripta, quorum inscriptiones reperies in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 290. sq. vbi etiam scripta nonnulla, quae in vtramque partem disputata continent, adducuntur. Hoc autem loco tantum modo memorari possunt:

Acta et scripta synodalia *Dordracena* ministrorum Remonstrantium in foederato Belgio. Harderuici sine anni nota, 4.

Acta synodi nationalis *Dordrechti* habitae a. 1618. et 1619. Accedunt plenissima, de quinque articulis, tam exterorum, quam prouincialium theologorum iudicia. Hanou. 1620. 4.

De *conciliis, synodis et colloquiis in Heluetia habitis.*

Ex multis, in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 291. sqq. memoratis scriptis, h. l. indicare sufficiat:

Concilii *Lausannensis*, a. 1448. habiti primum decretum, in *Edm. Martene*, et *Vrs. Durandi* collect. amplis. vett. scriptorr. tom. VIII. col. 995. sqq. Paris. 1733. fol.

Io.

Io. Salats, Gericht-Schreibers zu Lucern, historische Nachricht von dem den 29. Ienner a. 1523. zu Zürich gehaltenen Religions-Gespräche: in *Io. Conr. Fuesline* Beyträgen zur Erläuterung der Kirchen-Reformations Geschichte des Schweitzerlandes, part. II. p. 80. sqq. Tiguri, 1742. 8.

In *Hungaria:*

Caroli Peterfey sacra concilia ecclesiae romano-catholicae in regno Hungariae celebrata ab a. 1016. vsque ad a. 1715. acced. regum Hungariae et Legatorum sedis apostolicae constitutiones eccles. tom. I. ab a. 1016-1544. Viennae 1742. fol. tom. II. ab a. 1657-1734. Poson. 1742. Haec voll. ait *I. G. Walch.* l. c. pag. 836. cum iudicio legenda sunt, quum auctor nimium indulgeat prauis animi adfectibus religionis caussa, atque in lutheranorum reformatorumque sacrorum socios acerbius inuehatur.

Leges ecclesiasticae regni Hungariae et prouinciarum adiacentium, opera et studio *Ignatii* Comitis *de Batthyan* — collectae et illustratae, tom. I. Carlsburg. 1785. fol. Leges eccles. a concilio Sardicensi vsque ad a. 1076. regiae constitutt. ab a. 1092-1729. Hunc tantum tomum memorat *Noesselt.* l. c. pag. 562. sq. num vero plures in lucem emissi sint, dicere nequeo.

In *Polonia.*

Acta conuentuum et synodorum, in maiori Polonia a *Dissidentibus* celebratarum, edidit *Io. Iac. Scheidemantel*, Vratislau. 1778. 8. Multarum synodorum particularium in Polonia Prussiaque habitarum acta et colloquia collegit *Franck* in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 293. sqq. et *Planck* l. c. p. 274. monet; acta synodorum, in Septemtrione habitarum, nondum esse coacta; docetque, in quibus opp. plura sint dispersa. *Harl.*]

CAPVT III.

SYNOPTICAE VETERVM DE SYNODIS, VNIVERSALIBVS MAXIME, RELATIONES. a)

Latinorum Isidori Hisp. Gelasii, Gregorii M. libri diurni pontificum, nec non Bedae et Freculfi. 1. *Graecorum Germani CPol.* 2. *Nicephori CPol.* 3. *Photii CPol.* 4. *Anonymi.* 5. *Nili Rhodii.* 6. *De ineditis Photii Tyrii, Maximi, Mich. Pselli.* 7. *Synodicon vetus, vulgatum a Iohanne Pappo.* 8.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

Quatuor concilia vniuersalia amplecti se, profitetur Isidorus Hisp. lib. VI. etymolog. c. 16. cuius verba laudant *Gratianus* dist. 15. Iuo libro 2. Pannormiae, aliique iuniores. *Inter cetera autem concilia, quatuor esse scimus venerabiles synodos, quae totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor euangelia, vel totidem paradisi flumina. Harum prima* Nicaena

a) Conf. catal. bibl. *Bünau.* III. vol. 1. p. 231. sq. *I. G. Walch* bibl. theol. select. III. p. 837. sq. et *Chr. Guil. Franc. Walch.* Entwurf einer vollst. Historie der Kirchenversamml. p. 41. sq. — De synodis et synodicis scriptis multa reperiuntur in variis catalogis MSSt. codd. Hoc loco quosdam memorabo codd. in *Matthaei* notitia codd. gr. Mosquens. p. 331. sq. cod. LVI. in 4. nr. 8. *ἐκ τῶν συνοδικῶν κρίσεων Alexii,* patriarchae oecumenici: inc. *οἱ τὰς διγάμας εὐλογήσαντες·* et nr. 15. *διάταξις συνοδικὴ περὶ δευτερογαμίας·* inc. *τίμιον ἄνευ τὸν γάμον·* nr. 18. *συνοδικὸν σημείωμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς γεαρᾶς μηνὶ ἀπριλλίῳ κε. ἡμέρᾳ β. ἰνδικτ. ιδ. προκαθημένε λοιπᾶ — πατριάρχε ἐν τοῖς δεξιοῖς ἀλεξιακοῖς κατηχεμενάοις συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτᾶ ἀρχιερέων, τᾶ γαγγρῶν* etc. inc. *ὡς καθαρὰς καὶ ἀμώμας·* — *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 193. cod. CXX. fol. 28. de sanctis et oecumenicis synodis: init. *πρώτη σύνοδος γέγονεν οἰκουμενικὴ ἐν Νικαίᾳ·* sex numerantur synodi, et fol. 31. loca ex synodo Carthaginiensi, ex sexta synodo; — p. 85. sqq. vbi part. I. cap. 2. multi recensentur codd. in quibus continentur *synodi, libri canonum et rituum,* in cod. XXXIV. sunt collectiones canonum et alia quaedam; et quidem fol. 2. monitum de non seruato in synodorum canonibus temporum ordine, ob quarumdam synodorum prae ceteris dignitatem; definit prologus I. in catalogum decem synodorum, ex quorum canonibus haec collectio partim constat, adnotatis anno et canonum numero; fol. 23. iterum fusius de septem prioribus synodis oecumenicis, quo tempore, et quam ob caussam fuerint celebratae, qui ipsis insignes interfuerint, qui in ipsis damnati haeretici, eorum dogmata, ipsisque opposita a synodis doctrina orthodoxa; tum definitiones synodorum Chalcedonensis, CPolitanarum II. et VI. Nicaenae II. etc. — p. 581. cod. CCCLXXIV. fol. 315. de synodis oecumenicis septem: — pag. 102. cod. XXXVI. expositio omnium conciliorum secundum ordinem temporum, et duplex syntagma canonum, alterum breuius, vt in cod. XXXIV. alterum fusius, in quo canones ciuiles, ad vnumquodque caput pertinentes, non indicantur solum, sed integri adferuntur, et fol. 307. acta cuiusdam synodi, CPoli con-

Nicaena synodus CCCXVIII. episcoporum, Constantino Augusto imperante, peracta est; in qua Arianae perfidiae condemnata blasphemia; quam de inaequalitate Sanctae Trinitatis idem Arius *adserebat: consubstantialem Deo patri Deum filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. Secunda synodus CL. patrum sub Theodosio seniore* Constantinopoli *congregata est,*
V v 2 *quae*

congregatae sub Alexio Comneno, vt tolleretur offendiculum: atque ex cod. XXXVI. edidit Montfauc. p. 103. sqq. decretum editum circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonensi, et circa piam sententiam de adoratione SStarum imaginum ab imperatore Alexio Comneno, gr. et lat. — p. 112. in cod. XXXVII. synodi Sardicensis, Antiochena, et in templo Theologi celebrata: — p. 191. in cod. CXVII. loca ex synodis Laodicena, Carthaginiensi, Chalcedonensi, Neocaesariensi, et Ancyrana; — p. 111. in Niconis collectaneis, in codd. XXXVII. et p. 198. CXXII. loca ex synodis Antiochena, Sardicensi, et septima aliisque; — p. 563. in cod. CCCLXIV. variarum synodorum canones. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDXCVII. conciliorum synoptica collectio; synodorum XVI. quae recensentur in hoc cod. indicem dedit confector cat. codd. gr. Marc. p. 260. — Ibid. in pluribus bibl. *Nanian.* codd. adseruantur *canones synodici.* v. ind. ad cat. codd. gr. Nau. p. V. — *Florentiae* in bibl. Laurent. multis codd. sunt variorum conciliorum canones et acta aut excerpta quae a *Bandinio* in cat. codd. gr. Laurent. passim in vol. I. et vol. III. recensentur, (v. indic. ad vol. III. p. 489. sq.) in his in codd. XXII. et XL. plut. 5. collectio canonum septem conciliorum oecumenicorum et aliorum prouincialium: v. *Bandin.* vol. I. p. 46. et 70. sq. et excerpta, vol. III. p. 19. 20. 295. ac 324. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. αἱ ὑποθέσεις τῶν μεγάλων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, manu Patricii Iunii, et aliquid de V. synodo; v. cat. bibl. Leid. p. 402. nr. 8. atque 18. et p. 393. nr. 49. lat. index conciliorum XVII. — tum p. 392. nr. 184. excerpta ex synodis, conciliis etc. ib. nr. 172. catalogus latinus conciliorum alphabetic. quo nomina concilior. praecipuorum, loca et tempora, quibus singula extiterunt, breuiter indicantur; p. 329. nr. 111. — ibid. in cod. bibl. publicae de quatuor principalibus conciliis. — *Vindobon.* in cod. caes. XLV. nr. 44. anonymi notitia septem conciliorum oecumenicor. ex variis scriptis collecta; nr. 46. anonymi recensio compendiaria conciliorum ab orthodoxis et haereticis celebratorum, in duas classes distincta, et circa a. Ch. 652. quo ipse vixit, desinens; et nr. 47. anonymi notitia conciliorum generalium ac prouincialium vsque ad concilium oecumenic. quintum inclusiue, v. *Lambec.* VIII. p. 930. sq. 934. sq. (vbi recensionem compendiariam integram graece exhibet,) et p. 935. sq. — Ibid. in cod. CCXVII. nr. 4. codd. CCXLVI. nr. 20. CCXLVIII. nr. 15. CCV. nr. 3. et cod. XLVIII. nr. 9. anonymi epitome historiae conciliorum. v. *Lambec.* V. p. 103. (vbi ostendit, id opusculum diuersum esse a Photii synopsi histor. VII. concilior. generalium,) p. 250. 291. 14. et VIII. p. 963. Inc. χρὴ γινώσκειν· v. infra §. V. — ibid. in cod. LIII. nr. 90. anonymi narratio breuis de septem conciliis oecumenicis, simul etiam de concilio oecumen. VIII. et de concilio CPolitano contra Baarlamum et Acindynum, a. C. 1341. celebrato. v. *Lambec.* VIII. p. 1018. — In cod. CCCXXIV. narratio compendiaria de sex conciliis generalibus, vna cum Acoluthia in VII. synodum oecumenicam, et alia Acoluthia in sex priora concilia oecumenica. v. *Lambec.* V. p. 600. sq. ac p. 238. nr. 16. cod. CCXLIV. anonymi Professio fidei christianae orthodoxae sec. VII. prima concilia oecumen. quorum synopsis historica est inserta. — Synodi variae particulares in pluribus codd. Vindob. a *Lambecio* VI. part. 1. enumeratis. v. indic. I. ad illud vol. pag. 151. sq. voc. *synodi,* et infra ad §. VIII. fin. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. sec. cat. MSSt. Angliae etc. I. sunt plures codd. de synodis, ex gr. *Barocc.* LXXVI. de VII. synodis oecumen. — CXI. fragm. ex actis synodi oecum. quartae et aliarum; — CXXXI. declaratio synodi 318. patrum contra Paullum Samosatenum; — cod. LXXXVI. argumentum s. occasio synodorum vniuersalium et particularium, variorumque conciliorum canones, ac *Symeonis magistri* epitome canonum tam apostolorum, quam conciliorum; — ibid. in cod. *Guil. Laudi* XXXI. s. nr. 691. dicti cat. *synodicum,* continens in epitome omnes syno-

quae Macedonium *Spiritum sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstrauit, dans symboli formam, quam tota Graecorum et Latinorum confessio in ecclesiis praedicat. Tertia synodus* Ephesina *prima CC. episcoporum sub Iuniore Theodosio Augusto edita est, quae* Nestorium, *duas personas in Christo adserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens, manere in duabus naturis vnam Domini nostri Iesu Christi personam. Quarta synodus* Chalcedonensis *DCXXX. sacerdotum sub Marciano principe habita est; in qua* Eutychem *Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei et carnis vnam naturam pronunciantem, et eius defensorem* Dioscorum, *quondam Alexandrinum episcopum et ipsum, rursus Nestorium cum reliquis haereticis vna patrum sententia damnauit, praedicans eadem synodus Christum Dominum de virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinae et humanae confiteamur naturae.* [¶] *Hae sunt quatuor synodi principales, fidei doctrinam plenissime praedicantes. Sed, et si qua sunt concilia, quae sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor autoritatem, omni manent stabilita vigore; quorum gesta in hoc opere condita continentur.* Ante Isidorum *Gelasius* in synodo Rom. (a. 493.) apud eundem Gratianum loco laudato, *Burchardum* lib. 3. decreti c. 220. *Iuonem* etc. *Quamuis aliud fundamentum nemo possit ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, tamen ad aedificationem nostram eadem sancta romana ecclesia, post illas veteris vel noui Testamenti, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas: Sanctam synodum Nicaenam trecentorum XVIII. patrum, mediante maxime Constantino Augusto, in qua Arius haereticus condemnatus est; Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio Seniore Augusto, in quo Macedonius haereticus debitam damnationem excepit; Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, cum consensu beatissimi Caelestini papae, mediante Cyrillo Alexandrinae sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato; Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nesto-*

synodos orthodoxas ab apostolis vsque ad octauam CPoli habitam, sub Photio; in cod. XXXVIII. f. nr. 961. cat. synodorum complurium capita; — in *Bodlei.* cod. XCIV. f. nr. 2877. cat. ex synodico, quod legitur dominica orthodoxiae in magna ecclesia; item VII. SS. *oecumenicae* synodi. — in cod. *Bodlei.* MMCCLV. actes etc. acta synodor. national. sub Henrico II. rege. — cod. MMDCCCLXXVII. septem synodi oecumen. — cod. MMMMCXVII. expositio in synodos, lat. add. indic. ad illum cat. voc. *Concilia.* — *Cantabrig.* in collegii S. Benedicti cod. XXXII. f. nr. 1308. cat. part. II. de synodis; ibid. in cod. CCXXI. f. nr. 1481. cat. liber synodorum cum quibusd. canonibus; in eod. catal. vol. II. nr. 5905. in cod. *Th. Gale* LXXI. de synodo V. et VI. cum scholiis Balsamon. et multorum conciliorum canones, plerique cum scholiis; — nr. 9198. in cod. XII. *Io. Mori,* liber synodicus peruetustus, in quo multarum, quae nominantur, synodorum atque conciliorum canones aliaque continentur. add. cod. CXXXVII. *Dublin.* coll. Trinit. f. nr. 277. cat. vt multos alios praeteream codd. v. indic. ad id vol. II. part. 1. et 2. voc. *canones* et *concilia.* Similis collectio, a Io. Zonara facta, *Monac.* in codd. Bauar. XLV. et XLVI. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 5. p. 41. et 46. vt alios codd. Bauar. in quibus canones aut acta synodorum atque concilior. variorum exstant, et quos cel. *Hardt.* passim recenset, silentio praetermittam. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DLXXII. nr. 19. *synodicon* breue, incip. a synodo Antiochena a. 274. adu. Paul. Samosatenum habita et desinens in concilio VII. oecumen. Ad reliquos codd. *Paris.* noscendos, adeat huius generis litterarum cupidus ind. ad cat. MSS. regg. Paris. et, qui adhuc in aliis custodiuntur biblioth., consulat ille *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSSt. Nam breuitatis studio filum abrumpere cogor. *Harl.*

Nestoriana et Eutychiana haeresis simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatae sunt. Sed et si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, praeter istorum quatuor auctoritatem, et custodienda et recipienda decreuimus.

S. Gregorius magnus addit quintam synodum lib. 1. regesti epist. 24. cuius verba idem laudat Gratianus: *Sicut sancti euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor: Nicaenum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error conuincitur; Ephesinum primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima adprobatione custodio: quia in his, velut in quadrato lapide, sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis norma consistit. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quae Ibae dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur; et in quo scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata, refutantur. Cunctas vero, quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuersali sunt consensu constituta; se, et non illa destruit, quisquis praesumit aut soluere, quos religant, aut ligare, quos soluunt.*

[P] Sextam synodum adiungunt *Beda* libro de temporibus siue sex aetatibus mundi tom. 2. opp. p. 116. et *Freculfus* capite vltimo Chronici. *Bedae* verba haec sunt: *Agatho papa ex rogatu Constantini Heraclii et Tiberii principum piissimorum, misit in regiam vrbem legatos suos, in quibus erat Ioannes, romanae ecclesiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a reuerendissimo fidei catholicae defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum, quos petebant, libellis. Adfuerunt autem et episcopi* CL. *praesidente Georgio patriarcha regiae vrbis, et Antiochiae Macario. Et conuicti sunt, qui vnam voluntatem et operationem adstruebant in Christo, falsasse patrum catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu, Georgius correctus est. Macarius vero cum suis sequacibus, simul et praedecessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathematizatus, et in locum eius Theophanius, abbas de Sicilia, Antiochiae episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, vt Ioannes Portuensis episcopus, qui erat vnus ex ipsis, dominica octauarum paschae missas publice in ecclesia S. Sophiae coram principe et patriarcha latine celebraret. Haec est sexta synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata, et graeco sermone conscripta, temporibus papae Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis* CL. *residentibus. Prima enim vniuersalis synodus in Nicaea congregata est contra Arium,* CCCXVIII. *patrum, temporibus Iulii papae sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli* CL. *patrum, contra Macedonium et Eudoxium, temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso* CC. *patrum Nestorium, Augustae vrbis episcopum, sub*

Theodosio magno principe et papa Caelestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX. *sub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandissimorum praesulem monachorum. Quinta item Constantinopoli, temporibus Vigilii papae, sub Iustiniano principe, contra Theodorum et omnes haereticos. Sexta haec, de qua in praesenti diximus.* Freculphus tom. 14. bibl. patrum edit. Lugd. p. 1194. *Ut omissa superius paulisper repetamus, quae sint uniuersales sex synodi, quas totus oriens recipit et concelebrat, qui catholicam fidem sana mente retinent, ostendamus. Prima enim uniuersalis synodus in Nicaea congregata est contra Arium,* CCCXVIII. *patrum, temporibus Iulii papae sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli,* CL. *patrum, contra Macedonium* [?] *et Eudoxium, temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso,* CC. *patrum contra Nestorium Augustae vrbis episcopum, sub Theodosio Magno principe, et papa Caelestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX. sub Leone papa temporibus Martiani principis contra Eutychen, nefandissimorum praesulem monachorum. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigilii papae sub Iustiniano principe, contra Theodorum et omnes haereticos. Sexta synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata, et graeco sermone conscripta, temporibus papae Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino, intra palatium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis CL. residentibus.* Disertissime autem liber diurnus [b]) romanorum pontificum in professione fidei prima p. 28. *Sancta quoque uniuersalia concilia Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense, et secundum Constantinopolitanum, quod Iustiniani piae memoriae principis temporibus celebratum est, vsque ad vnum apicem immutilata seruare. Et una cum eis pari honore et veneratione sanctum* sextum *concilium, quod nuper Constantino piae memoriae principe, Agathone apostolico praedecessore meo conuenit, medullitus et plenius conseruare, quaeque vero praedicauerunt praedicare, quaecunque condemnauerunt, ore et corde condemnare.* In professione secunda p. 39. *Inter haec veneranda uniuersalia quinque concilia etiam sanctum sextum concilium uniuersale centum septuaginta quinque venerabilium praesulum praedicamus, quo, fauente Deo, et votum piae memoriae magni principis nostri Domini Constantini clementer implente, in urbe regia, eo praesidente, celebratum est, cui apostolicae recordationis Agatho papa per legatos suos et responsales praefuit, cuius venerabilem tomum celebriter adsequentes, eos, qui nouo et haeretico dogmate immaculatam Dei ecclesiam polluere nitebantur, et errasse manifestius probauerunt, et cum sui erroris auctoribus atque fautoribus, perpetuo anathemate damnauerunt.*

Recte atque veraciter statuentes, sicut duas unius Domini nostri Iesu Christi naturas, id est, Deitatem et Humanitatem, cuius duas natiuitates esse cognoscimus, de patre videlicet, ex aeterno; de matre, de qua humanitas ei accessit, ex tempore: ita duas quoque substantias vnius eiusdemque personae confitemur, iuxta subsistentiam unitas, ex quibus et in quibus idem Dominus noster Iesus Christus filius Dei, et adnunciatur, et creditur: [?] *quia totus Deus totus factus est homo, et in suis integer manens, etiam in nostris perfectus adparuit, absque solo*

b) Liber Diurnus romanorum pontificum, ab Iuone, Gratiano, Anselmo Lucensi aliisque laudatus, lucem primum vidit cum notis Ioannis Garnerii Paris. 1680. 4. Scriptus ei videtur ex vsu octaui saeculi.

solo peccato, quia in se saluare totum hominem venerat; ita quoque et duas naturales habere voluntates duasque naturales operationes, secundum sanctorum patrum doctrinam, decreuerunt.

Auctores vero noui haeretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum Constantinopolitanos, vna cum Honorio, qui prauis eorum adsertionibus fomentum impendit; pariterque et Theodorum Pharanitanum, et Cyrum Alexandrinum, cum eorum imitatoribus, simulque et hos, qui haeretica dogmata contra veritatem fidei synodaliter declaratam atque praedicatam, pertinaciter defendebant.

Pessimum etiam et Deo odibilem Macarium, (cum eius discipulo, et magistro impietatis, Stephano, et Polychronio deliro sene, nouo Simone,) cum omnibus haereticis scriptis atque sequacibus nexu perpetui anathematis deuinxerunt, qui vnam exsecrabiliter adserebant voluntatem, et vnam operationem in Christo; quam neque diuinam, neque humanam, neque inconditam, neque conditam poterant demonstrare, sed velut confusam atque congregatam. Sicut de naturis impius Eutyches, ita de naturalibus voluntatibus atque operationibus Christi, iuxta haereticorum praestigias, nitebantur defendere.

Sed et eos, qui vnam simul et duas voluntates et operationes in Christo dicere praesumebant, siue nec vnam, nec duas; vel qui proprietates naturarum Christi confundere vel exstinguere nisi sunt, vel nituntur, pari cum eis anathemate multauerunt.

Propterea quosquos, vel quaeque sancta sex vniuersalia concilia abiecerunt, simili etiam nos condemnatione percellimus anathematis.

Cum supra fatis haereticis, Sabellium, Paulum Somosatenum, Marim Persam, Montanum, Donatum, Eunomium, Nouatum, Sabbatium, Acacium, Anthimum, Iulianum Halicarnasseum, Theodosium, Gaianum, Priscillianum, Pelagium, Caelestium, et Iulianum, eorum discipulum, et cum eis simul omnes haereticos eorumque simul sequaces exsecramur ac condemnamus.

Quosque vero, vel quaeque eadem sex sancta concilia susceperunt, vt rectae fidei consortes suscipimus, et cum eadem reuerentia, ore et corde veneramur. Et in professione tertia pag. 50. *Ad haec vero suscipio et amplector et veneror definitionem, quam, Deo auspice, fecit sancta et vniuersalis ac magna sexta synodus, quae nuper in regia Constantinopoli vrbe, in qua et apostolicae sedis legatos praesidere manifestum est, quae* [P] *et per decretum christianissimi, ac piissimi, a Deoque coronati Constantini principis congregata est, et quae suscepit, suscipio, et quae vel quos abiecit, abiicio, similiter et quos anathematizauit atque damnauit, anathematizo et damno.*

Et hanc denique, dilectissimi, orthodoxae atque apostolicae fidei normam in omnibus tenentes, atque spiritalium patrum, lucidissimis veluti saeculi luminaribus, sacris inhaerentes doctrinis, oportet nostrae humilitatis religiosa deuotione, quae eorum magisterio, illustrante superna gratia, corde concepimus, ore etiam libero confiteri, vt in die aduentus Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi a dextris consistentes, illam desiderabilem de euangelio mereamur

vocem

vocem audire, dicentem: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis praeparatum est de origine mundi.

Denique septima et octaua synodus adiungitur in recentiore professione pontificia, quam cum libro diurno vulgauit Garnerius p. 28. *Sanctaque octo vniuersalia concilia, id est Nicaenum, CPolitanum et Ephesinum primum, Chalcedonense, quintum quoque et sextum CPolitana, et septimum item Nicaenum, octauum quoque CPolitanum vsque ad vnum apicem immutilate seruare.*

II. Graecas synopses conciliorum, siue breues de synodis vniuersalibus commemorationes, vt distinctius referam, prima est *Germani*, patriarchae ab a. C. 715-730. CPolitani, *de sex synodis oecumenicis, περὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, πόσαι εἰσὶ καὶ πότε, καὶ διὰ τί συνηθροίσθησαν, quot, quando et quare fuerint congregatae?* Incipit: *Χρὴ πάντα Χριστιανὸν γινώσκειν ὅτι ἕξ.* Prodierat sine nomine auctoris, cum *Henr. Iustelli* versione ad calcem Nomo-Canonis Photiani, Paris. 1615. 4. p. 180-183. et 283-287. et in biblioth. canonica Voëlli et Iustelli, Paris. 1661. fol. tom. 2. p. 1161-1165. recusa in *Harduini* conciliis tom. 5. p. 1458. seruata Iustelli versione, quam retinuit etiam *Steph. le Moyne*, qui ex codicis Oxoniensis fide scriptum hoc in Variis Sacris tom. 1. p. 81-123. iterum vulgatum, Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. auctori suo Germano restituit, et nonnulla suppleuit, quae Iustellus et Harduinus non habent, vt de quinta synodo p. 76. verba: *μεθ' ὧν καὶ τὴν Ἴβα λεγομένην Ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πέρσην γεγράφθαι Μάριν ἀπεῤῥίζωσεν, ὡς οὐ μόνον ὀρθῶν δογμάτων ἀντίπαλον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀσεβείας συμμέτοχον. Cum quibus epistolam, quae ab Iba dicebatur scripta ad Marin Persam, non tantum vt contrariam orthodoxae doctrinae, sed vt omni impietate refertam erasit et eradicauit.* Et p. 79. 80. clausulam:

[¶] Hae vero descriptae sunt sex sanctae et oecumenicae synodi, ad maiorem instructionem eorum, qui laboribus indulgent. Dictum est autem, quando, quare, quibus in locis fuerunt congregatae, quos et quae dogmata anathematizauerunt, quales orthodoxas doctrinas confirmauerunt. Beati vero, et ter beati omnes, qui diuina dogmata ab illis sancita indubitante corde custodiunt, et blasphemas doctrinas ab illis damnatas et reprobatas detestantur, perspicue et insigniter concomitante praeceptorum diuinorum impletione et obseruantia. Quae immobiliter et firmissime custodientes, faxit, vt nos omnes sine condemnatione sistamur coram tremendo et terribili tribunali Christi veri Dei nostri, cui et Deo patri simul cum illius spiritu

Ἰδοὺ πρὸς μείζονα γνῶσιν τῶν φιλοπόνων ἐγράφησαν αἱ ἅγιαι ἓξ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, πότε καὶ διατί καὶ ἐν ποίοις τόποις συνηθροίσθησαν, καὶ τίνας ἀνεθεμάτισαν μετὰ τῶν δογμάτων αὐτῶν, καὶ τίνα ταῦτα ὑπάρχουσι, καὶ ποῖα δόγματα ὀρθόδοξα ἐβεβαίωσαν. Μακάριοι οὖν καὶ τρισμακάριοι πάντες οἱ ἀδιαστάκτῳ καρδίᾳ, τὰ ὑπ' αὐτῶν κυρωθέντα φυλάττοντες θεῖα δόγματα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν κατακριθέντα βδελυσσόμενοι βλάσφημα δόγματα, προδήλως συνεπομένης καὶ τῆς τῶν δεσποτικῶν ἐντολῶν ἐκπληρώσεως, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀκλινεῖς γενομένους φύλακας ἀκατακρίτως παραστῆναι τῷ φοβερῷ καὶ φρικτῷ βήματι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμου-

sanctissimo, viuificante consubstantiali, gloria, honor, potentia, nunc et semper et in infinita sit saecula. Amen.

ὁμοουσίῳ αὐτοῦ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

III. In *Nicephori* CPolitani, (quem patriarcham fuisse constat ab a. C. 806. ad 815.) Epistola synodica ad Leonem III. papam, septem synodi breuiter describuntur et probantur hunc in modum:

Salubriter praeterea reuerenterque veneror, et amplector septem sacras et oecumenicas synodos: omniaque supernaturalia et salutaria dogmata et decreta, quae a sanctis et diuinis patribus nostris, quos olim spiritus sanctus ad ecclesiam suam regendam pascendamque [P] instituit, in illis exstant sancita et determinata.

Inprimis quidem sacram trecentorum et octodecim celeberrimorum patrum synodum, qui quondam apud Nicaeam ciuitatem, contra impium et furiosum Arium conuenerunt. Quae et impietatis auctorem ab ecclesia expulit, et fidem veram rectamque per sacrum illud diuinumque symbolum nobis exposuit: et Deum verbum, Deique filium, non creaturam, vt ille; sed patri homousion, et certum verumque Deum, et rerum omnium creatorem esse, orthodoxe determinauit.

Deinde vero centum et quinquaginta sanctorum diuinissimorumque patrum synodum: quae post Nicaeam in hac regia ciuitate coacta Macedonium impiissimum Spiritus sancti impugnatorem exauctoritauit: ostendens illum non esse quid creatum, sed verum Deum patri et filio per omnia homousion: eadem sacrum symbolum Spiritus sancti verbis fusius explicauit: quin et Apollinarium quoque hominem vere stolidum et mente destitutum, ab ecclesia pepulit.

Post hanc autem suscipio sacram ducentorum sanctorum patrum doctorumque hominum synodum, quae contra vesanum Nestorium, blasphemasque eiusdem voces Ephesi

Πρὸς τούτοις ἀσπασίως ἀποδέχομαι καὶ τιμῶ τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους· καὶ τὰ ἐν αὐταῖς δογματισθέντα καὶ κηρυχθέντα θεῖά τε καὶ ὑπερφυῆ καὶ σωτήρια δόγματα παρὰ τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, οὓς κατὰ καιρὸν ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ καὶ διέπειν.

Πρῶτα μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσαν τῶν τιή. ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν σύνοδον, κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς καὶ μανιώδους Ἀρείου· ὃν τῆς ἐκκλησίας ἐξώσασα, πίστιν ἡμῖν ἀληθῆ καὶ εὐθυτάτην διὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ θείου συμβόλου ἐξεφώνησε· τὸν ὂν λόγον, καὶ τοῦ Θεοῦ υἱὸν, οὐ κτίσμα κατ᾽ αὐτὸν, ὁμοούσιον δὲ τῷ Πατρὶ καὶ συνάναρχον, ὡς Θεὸν ἀληθινὸν καὶ κτίστην τῶν ἁπάντων ὀρθοδόξως ἐδογμάτισεν.

Εἶτα τὴν μετ᾽ αὐτὴν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων συναθροισθεῖσαν τῶν ρν. θεοπνεύστων πατέρων, τὸν ἀνόσιον πνευματομάχον καθελοῦσαν Μακεδόνιον, καὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἔννοιαν ἐξαπλώσασαν, καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγοις ἐπιτρανώσασαν, Θεὸν ἀληθινὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ οὐ κτίσμα αὐτὸν βεβαιώσασαν. καὶ Ἀπολινάριον τὸν Λαοδικέα, τὸν ὄντως ἄφρονα καὶ ἀνόητον τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύξασαν.

Μεθ᾽ ἣν τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον συναγηγερμένην, τῶν ἱερῶν διακοσίων διδασκάλων ἁγίαν σύνοδον κατὰ Νεστορίου τοῦ ματαιόφρονος καὶ τῶν ἐκείνου βλασφημιῶν, ὃν καθελοῦσα,

coiit, eumdemque gradu [P] et loco mouit: et vnam esse Christi et Dei nostri personam, duas vero eiusdem naturas, sine vlla confusione ac diuisione inter se vnitas determinans: vnum rursum eumdemque Deum et hominem simul esse declarans: ac sacram tandem virginem Mariam vere proprieque Deiparam esse pronuncians.

Complector quarto sacram sexcentorum et triginta diuinorum Deoque adflatorum patrum Chalcedone coactorum synodum: quae impiissimos Eutychem, et Dioscorum, obscuramque ac tenebrosam eorumdem confusionem condemnauit. His anathemate iugulatis, vnum eumdemque Christum Deum ac Dominum nostrum et hominem perfectum, et Deum rursum perfectum esse in duabus quidem naturis, in vna vero persona inconfuse indiuulseque exsistentem, pie depraedicauit.

Tum quintam rursum sacram centum et sexaginta quinque sanctorum patrum synodum, quae in hac iterum diuina Deoque addicta ciuitate coacta, impia Theodori, Nestorii, Origenis, Didymi, Euagrii, reliquorumque haereticorum praedicta sectantium dogmata, dudum quidem ante apud plerosque occultata, per id vero tempus acerbos denuo ramos surculosque proferentia, iuste excidit; quae enim ipsi mente delira, [P] et fabulose profitebantur, ea Iudaeorum et paganorum imaginationi verius, quam Christianorum fidei, consentanea erant.

Post hanc et sextam quoque sanctam et oecumenicam centum et septuaginta sanctorum virorum synodum, iterum in regia hac vrbe congregatam veneror: quae pro naturarum Christi ratione, eiusdem quoque proprietates, naturalesque operationes, et voluntates distinxit, ac praedicauit: et Theodorum episcopum Pharan, Honorium, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum,

σα, μίαν τῦ Χριςῦ καὶ Θεῦ ἡμῶν καθ' ἕνωσιν ὑπόςασιν, καὶ δύο Φύσεις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως σοφῶς ἐδειγμάτισε, τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ἀποφήνασα, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν, κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον ὁμολογήσασα.

Μετὰ ταῦτα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνδραμόντων ἑξακοσίων τριάκοντα ἐνθέων καὶ θεοφόρων πατέρων, ἥτις τὺς δυσσεβεῖς, Εὐτυχέα καὶ Διάσκορον, καὶ τὴν ζοφώδη καὶ ἐσκοτισμένην αὐτῶν σύγχυσιν κατεδίκασε· καὶ τύτυς ἀναθεματίσασα, τέλειον αὐτὸν Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν Χριςὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐν δύο Φύσεσι καὶ ὑποςάσει μιᾷ ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως εὐσεβῶς ἀνεκήρυξεν.

Ἔτι μὴν καὶ τὴν αὖθις κατ' αὐτὴν τὴν θεοφρύρητον πόλιν συγκροτηθεῖσαν ἁγίαν πέμπτην σύνοδον τῶν ρξε. ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἥτις τὰ Θεοδώρυ καὶ Νεςορίυ, πρὸς δὲ καὶ Ὠριγένυς, Διδύμυ τε καὶ Εὐαγρίυ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς κακοδόξων ἀσεβῆ δόγματα, τέως μὲν παρὰ τοῖς πολλοῖς κρυπτόμενα, τηνικαῦτα δὲ πικρῶς ἀναφυέντα καὶ ἀναβλαςήσαντα ἐξέτεμε, δι' ὧν γὰρ αὐτοὶ ἐληρώδυν μυθολογημάτων, Ἰυδαϊκῇ τε καὶ Ἑλληνικῇ μᾶλλον, ἢ Χριςιανικῇ δόξῃ ἐπηκολύθησαν.

Ἑξῆς τὴν ἕκτην τῶν ρο. ἱερῶν ἀνδρῶν οἰκυμενικὴν σύνοδον, καὶ αὐτὴν κατὰ τῦτο τὸ βασίλειον ἄςυ συνηγμένην, καὶ τῶν κατὰ Χριςὸν Φύσεων τάς τε ἰδιότητας καὶ Φυσικὰς ἐνεργείας καὶ θελήσεις κηρύξασαν· ἀναθεματίσασαν δὲ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπον, καὶ Ὀνώριον, Κῦρον τε καὶ Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον καὶ Πέτρον, τὺς συγχωρήσει Θεῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ ἱερωσύνῃ ἀσφθα-

qui permissu Dei per corruptionem et fraudem in ecclesiae sacerdotium irrepserant, Macarium Antiochiae antistitem, et Stephanum Macarii discipulum, et Polychronium puerilem insanumque senem, anathemati subiecit. Vnam enim hi duntaxat voluntatem, vnamque operationem, Christo seruatori nostro tribuendam docebant.

Recipio tandem septimam sacram centum et quinquaginta sanctorum patrum synodum, nostro hoc aeuo in ciuitate Nicaea denuo celebratam, quae omnes praecedentes sacras synodos, earumque dogmata ac decreta confirmauit, et quodammodo obsignauit: sacrarumque ac venerabilium imaginum cultum adorationemque iam inde ab initio ecclesiis traditam, suscepit; definiuitque non secus venerandas [P] esse, atque viuificae crucis effigiem. Eos proinde ex ecclesiis eiicimus, qui in harum contumeliam et euersionem futili garrulitate Christianis insultant, quasi Deorum loco hactenus illas habeant, venerenturque: quales sunt Theodosius, Basilius et Sisinnius, qui Dei permissione episcopalibus sedibus praefuere.

Has itaque praedictas sacras et oecumenicas synodos suscipio, et omnium electorum beatorumque patrum dogmata et opuscula, vt quae ab omni reprehensione alienam doctrinam salutisque fundamentum contineant, ex animo complector: demum quoscumque ecclesia catholica recipit, illos ego quoque recipio: et quoscumque illa auersatur, illos ipsos et ego itidem auersor. Exsecror etiam modisque omnibus detestor, qui a Simone mago adpellationem sortiti, et ab omni prorsus pietate exuti, ad praesentem vsque diem prauorum exitialiumque dogmatum opinionibus sanctorum traditionem infirmare, virulentumque zizaniorum semen orthodoxae fidei agro immiscere non cessant. Hos, (inquam,) omnesque eorumdem sequaces exse-

εἰσφθαρέντας· ἔτι καὶ Μακάριον τὸν Ἀντιοχείας ὀνομασθέντα πρόεδρον, καὶ Στέφανον τὸν τούτου μαθητήν· πρὸς δὲ καὶ Πολυχρόνιον, τὸν νηπιόφρονα γέροντα· οἱ ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἐδόξαζον.

Ἐπὶ ταύτης δὲ πάλιν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον συνελθοῦσαν τῶν ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς χρόνοις ρν΄. πατέρων ἑβδόμην καὶ ἱερὰν σύνοδον· ἥτις πάσας τὰς προλαβούσας ἁγίας συνόδους ἐπεσφράγισε, καὶ τὰ τούτων δόγματα· τῶν σεπτῶν καὶ ἱερῶν εἰκόνων τὴν ἀρχῆθεν παραδεδομένην τῇ ἐκκλησίᾳ προσκύνησιν ἀνεδέξατο, ὁρίσασα παραπλησίως αὐτὰς τῷ τύπῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ προσκυνεῖσθαι· ἀπεβάλομεν τῆς ἐκκλησίας τοὺς ἐφ᾽ ὕβρει καὶ καταστροφῇ τούτων κενολογήσαντας, καὶ τῶν Χριστιανῶν κατηγορήσαντας, ὅτι ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσεκύνησαν· τουτέστι Θεοδόσιον, Βασίλειον, Σισίννιον, τοὺς παραχωρήσει Θεοῦ ἱερατικῶν θρόνων ἄρξαντας.

Καὶ ταύτας τὰς εἰρημένας ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους ἀποδέχομαι, καὶ πάντων τῶν ἐκκρίτων καὶ μακαρίων πατέρων τά τε δόγματα καὶ πονήματα ἀσπάζομαι, ὡς διδασκαλίαν ἀνεπίληπτον, καὶ σωτηρίας θεμέλιον· καὶ οὓς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία προσίεται ἀποδέχομαι, καὶ οὓς ἀποστρέφεται ἀποστρέφομαι· ἀποβάλλομαι δὲ καὶ παντελῶς ἀποτρέπομαι τοὺς ἀπὸ Σίμωνος τοῦ Μάγου, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τῆς εὐσεβείας παντάπασιν ἀποπεπτωκότας, καὶ δόξαις πονηρῶν δογμάτων καὶ φθοροποιῶν ἐμφυρέντας, καὶ τὴν τῶν ἁγίων παράδοσιν ἀθετήσαντας, καὶ τὸν πικρὸν τῶν ζιζανίων σπόρον συναναμίξαι τῇ τῆς ὀρθοδοξίας ἀρούρᾳ τολμήσαντας, αὐτούς τε ἀναθεματίζω, καὶ πάντας τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς· καὶ ὡς λύμην τῆς κατὰ Χρι-

crot, et veluti ecclesiarum Christi pestes respuo et anathematizo.

τὸν ἐκκλησίας διαπτύω καὶ τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλω.

Illa Nicephori CPol. ad Leonem III. epistola, graece primum prodiit in actis synodi Ephesinae, licet tot saeculis illa iunior p. 303. Heidelb. 1591. fol. et latine in *Theodori Peltani* versione illorum [?] actorum p. 342. ibid. 1604. fol. Deinde veterem latinam versionem ad Baronium misit Fronto Ducaeus, descriptam ex magno codice conciliorum MSto bibl. canonicorum ecclesiae Virdunensis in Lotharingia. Dedit igitur eam *Baronius* in Annalibus ad a. 811. n. 19. seq. Denique cum Peltani versione legitur graece et latine in conciliis Labbei tom. VII. p. 1205. et Harduini tom. IV. p. 978. Graecis vtrobique ex praeclaro codice Seguieriano castigatis. *Fabr.* V. supra in vol. VII. p. 606. nr. 5. ac p. 604. nr. 3. alia eiusdem narratio s. fragmentum de sex synodis, ex eius antirrheticis, et de codd. *Mosquens.* synod. XXXII. nr. 55. et 56. atque XXXIII. *Matthaei* in Notit. codd. gr. Mosquens. ed. in fol. p. 54. et 56. sq. *Harl.*

IV. *Photii*, qui patriarchatum CPol. gessit ab a. 857. ad 867. atque iterum ab a. 877. ad 886. narratio de septem synodis, quae incipit: ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, saepius lucem vidit, atque pars est primae eius epistolae ad Michaelem Bulgariae principem, vt dicere me memini vol. XI. pag. 11. sqq. [vbi vid. notas, et de codd. add. cod. *Mosquens.* XX. in *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. in 8. p. 271. sq. *Harl.*] Nunc tantummodo addere iuuat, hunc esse libellum Photii de synodis, quem laudat *Allatius* p. 450. de consensu, atque alibi: et illam Photii epistolam versibus expressam gallicis Christianissimo Ludouico XV. oblatam a P. D. Bernardo Theatino, editamque Parisiis 1718. 4. hoc titulo: *Maximes pour la conduite du prince Michael, roi de Bulgarie.* Diuersa tamen est, et necdum edita eiusdem Photii ἐπιτομὴ τῶν πρακτικῶν τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων, quae incipit: ἀναγκαῖόν ἐστι μέλλοντας ἡμᾶς Χριστιανικῶν αἱρέσεων ἐπιμεμνῆσθαι, MS. in bibl. caesarea teste *Lambecio* III. p. 46. [inprimis p. 400. sqq. Kollar. nr. 64. cod. LXXVII.]

V. Anonymi Σύνοψις τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ποῦ καὶ πότε καὶ κατὰ τίνων ἑκάστη αὐτῶν συνήχθη. *Compendiaria narratio de septem vniuersalibus synodis, vbi, quando et contra quos quaelibet earum fuerit congregata.* Incipit: χρὴ γινώσκειν πάντα Χριστιανὸν, ὅτι ἑπτά εἰσιν ἅγιαι. *) Primus edidit graece è MS. bibl. Augustanae *Dauid Hoeschelius*, dicauitque Theod. Cantero, Augustae Vind. 1595. 4. Deinde Commelinus subiunxit graece Gelasii actis synodi Nicaenae editis Heidelb. 1604. fol. et latinam *Abrahami Sculteti* versionem, iisdem Gelasii actis per Rob. Balforeum, Scotum versis, ibid. Ab eo tempore *Ioannes a Fuchte* synopsin istam graece et latine cum Abrah. Sculteti versione iterum vulgauit, Helmst. 1614. 8. adiecta Ioach. Camerarii breui de synodis oecumenicis enarratione. Praeter Scultetum vertit etiam latine *Conradus Rittershusius*, cuius interpretatio legitur in eius

*) V. supra ad initium huius cap. inter codd. notitia. Alius anonymi synopsis de sex synodis oecumenicis: inc. χρὴ γινώσκειν ὅτι ς' εἰσὶν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, in *Voelli* et *Iustelli* bibl. iuris canon. vet. tom. II. p. 1161. sqq. *Harl.*

eius Commentario ad Nouellas p. 51. Argentor. 1615. et 1629. 4. nec non in libro secundo sacrarum lectionum, capite vndecimo p. 120. Norimb. 1643. 8. Multis partibus locupletior est, licet idem initium et multa eadem habeat synopsis de septem synodis oecumenicis, quam [P] ex codice Antonii Eparchi graece et latine edidit *Stephanus le Moyne* tom. 1. variorum sacrorum, Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. p. 81-118. Confessionem autem fidei, quam eidem p. 118-123 alio, vt videtur, auctore subiunxit, hoc etiam loco exhibere iuuat.

Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae, etc. Sic sentiens et confessus immutabiliter fidem in ecclesia catholica et apostolica aedificatam et adnunciatam, septem sanctas et generales synodos recipio.

Primam, quae Arium et illi consentientes cum abominanda eorum doctrina, quae docet creaturae adorationem, euertit et effringit.

Secundam, quae mente captum Macedonium ab ecclesiastica communione et statione remouit et abscidit, vt qui adhaereret insaniae ad Arianam proxime accedenti. Nam quum in ordinem creaturarum cogeret sanctissimum et omnipotentem Spiritum, a creaturae adoratione non cohibebatur.

Tertiam vero, vt quae tollat et euertat haeresin impii Nestorii nouam vbique et Deo aduersam. Nam totum hominem Deo Verbo vnitum hypostatice et indiuisibiliter, temere et inepte auellens a diuina Verbi persona, illum propriam personam habere sibi, et fingebat et monstrum illud doctrinae disseminabat. Quapropter filium et Verbum Dei, quod in carne adparuit, merum esse hominem somnians [P] per consequentiam, iste miserrimus, sanctissimam virginem Dei matrem, tantum Christi matrem vocare non erubuit.

Quartam, quae infelicissimum Eutychem et superbum Dioscorum anathematizauit et deturbauit, cum omni eorum societate et ineptis eorum figmentis. Nam Domini carnem nostrae non esse similem nec consub-

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· οὕτω φρονῶν καὶ διομολογῶν ἀπαρατρέπτως τὴν ἐν τῇ καθολικῇ καὶ Ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ἐφιδρυμένην τε καὶ κηρυσσομένην πίστιν, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι.

Τὴν μὲν πρώτην, ἥτε δὴ Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτῷ ἅμα τῇ βδελυκτῇ αὐτῶν κτισματολατρείᾳ, καθελοῦσαν καὶ διαῤῥήξασαν.

Τὴν δὲ δευτέραν, ὡς τὸν φρενοβλαβῆ Μακεδόνιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς χοροστασίας ἐξοστρακίσασαν καὶ ἀποτεμοῦσαν, Ἀρείῳ παραπλησίαν καὶ αὐτὸν μανίαν ἐκμεμηνότα· ἐν κτίσμασι γὰρ καὶ οὗτος τὸ πανάγιον καὶ παντουργὸν τιθεὶς Πνεῦμα κτισματολατρεῖν οὐκ ἠνέσχετο.

Τὴν δὲ τρίτην, ὡς καθαιρέτιν οὖσαν τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου καὶ τῆς αὐτῷ καινοποιηθείσης θεοστυγοῦς αἱρέσεως· οὗτος γὰρ τὸν ἀδιαιρέτως καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁλικὸν ἄνθρωπον τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως τῆς θεϊκῆς τοῦ Λόγου διασπῶν ὑποστάσεως ἰδιοϋπόστατον αὐτὸν ἐτερατολόγει τε καὶ ἐφαντάζετο. διὸ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν σαρκὶ ἐπιφανέντα υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ ὀνειρώξας, ἀκολούθως ὁ τρισάθλιος καλεῖν καὶ τὴν παναγίαν θεοτόκον, χριστοτόκον οὐκ ἠρυθρία.

Τὴν δὲ τετάρτην, ὡς τὸν δυστυχέστατον Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀλάστορα καταῤῥάξασαν καὶ ἀναθεματίσασαν μετὰ τῆς φαντασιώδους αὐτῶν φρενοβλαβείας καὶ πάσης αὐτῶν τῆς συμμοιρίας· τὴν γὰρ τοῦ Κυρίου

ſtantialem delirabant, ſed vnionem fieri duarum naturarum, poſt vnionem vero in vnam conſumi et conflari naturam, nulla naturarum, nec diuina nec humana, ſeruante ſartas tectas ſuas proprietates.

Quintam, vt reſcindentem et in cineres plane redigentem, ea, quae diu ante a tertia ſynodo fuerunt exſtincta. Inſuper et deteſtanda dogmata impii Neſtorii, in vrbe regia impie ſacra adminiſtrantis, et Theodori Mopſueſtiae iniquiſſimi epiſcopi, quae iterum fuerant quaſi flatu ſuſcitata; ſicut et omnes alios, qui iſtis ineptiis correpti laborabant. Vt et euellentem et demetentem doctrinas Origenis, Didymi, Euagrii, gentilium dogmatibus incoctorum, qui imprudenti et inepta ſententia, in vltimum impietatis barathrum delapſi ſunt. Nam diuinitatis gradus et inferiora ſubſellia fingebant et excogitabant, animarum praeexiſtentiam, et illarum, (ſecundum diuinitatem nutus ſui,) effluuia et lapſus, [P] in ſe ipſis ſubſtituentes et admittentes, illas ad diuerſa et varia corpora accedere, et in illa detrudi volebant, et ſuppliciorum finem, et daemonum reſtitutionem in priorem ſtatum, et ventriloquium eructantes, ore aperto fabulabantur, inaniterque iactabant et decantabant.

Sextam vero, vt reiicientem et auellentem Honorii, Sergii, Macarii ſocios ineptos et monſtra loquentes, ſimul et eos, qui illorum impietatem impotenter repraeſentabant, cum eorum peregrinis et alienis figmentis. Vnam quippe voluntatem, et vnam operationem, Chriſto Deo noſtro, ex duabus immutabilibus naturis emergenti, iſti miſeri peſſime tribuebant.

Cum his vero ſanctam magnam ſeptimam ſynodum Nicaenam ſecundam, hoſtes imaginum, vt ipſius Chriſti hoſtes, et ſanctorum accuſatores, tamquam excrementa reiicien-

σάρκα μὴ εἶναι ὁμοούσιον ἡμῖν ἐληρώδουν· ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν συναναλωθῆναι φησὶν, μηδετέρας ἀποσωζούσης σῶα τὰ ἰδιώματα μήτε τῆς θεϊκῆς μήτε τῆς ἀνθρωπίνης.

Τὴν δὲ πέμπτην, ὡς ἐκτεμοῦσάν τε καὶ ἀποτεφρώσασαν τέλεον τὰ καὶ πρώην μὲν ὑπὸ τῆς τρίτης συνόδου σβεσθέντα, ἔτι δὲ ἀναῤῥιπιζόμενα πάλιν μιαρὰ δόγματα τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου τοῦ τῆς Βασιλίδος ἀθέως ἱεραρχήσαντος, καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀθεώτερον ἐπισκοπήσαντος· ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτοὺς πάντας τοὺς τὴν τοιαύτην ματαιοφροσύνην νοσήσαντας. ἔτι δὲ καὶ ὡς διασπάσασάν τε καὶ ἐκθερίσασαν Ὠριγένην, Δίδυμον καὶ Εὐάγριον ἑλληνόφρονι λογισμῷ καὶ ἀσυνέτῳ γνώμῃ εἰς ἔσχατον βυθὸν ἀθεότητος ἐμπεπτωκότας· βαθμοὺς γὰρ καὶ ὑποβάσεις θεότητος ἀναπλάσαντες καὶ ψυχῶν προϋπάρξεις καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτῶν νεύσεως ἀποῤῥοίας τε καὶ ἀποπτώσεις ἐν ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες εἰς διάφορά τε καὶ πολυειδῆ σώματα μετεγγίζοντες ταύτας καὶ μεταβάλλοντες, καὶ τέλος κολάσεως, καὶ δαιμόνων ἀποκαταστάσεις, ἀπὸ κοιλίας τὸ δὴ λεγόμενον ἐρευγόμενοι ἀθυροστόμως ἐμυθολόγησάν τε καὶ ἐῤῥαψῴδησαν.

Τὴν ἕκτην δὲ, ὡς ἀποῤῥίψασάν τε καὶ κατασπάσασαν τοὺς ἀμφὶ Ὀνώριον, καὶ Σέργιον, καὶ Μακάριον, τοὺς τερατολόγους καὶ παράφρονας, ἅμα δὲ καὶ τοὺς τὴν αὐτῶν δυσσέβειαν ἀκρατῶς ἐναπομαξαμένους μετὰ τῆς ἐκφύλου καὶ ἀλλοκότου αὐτῶν πλασματολογίας· ἓν γὰρ θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν τῷ ἐκ δύο ἀπαρατρέπτων φύσεων πεφυκότι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν κακῶς οἱ δείλαιοι ἐπεγράφοντο.

Πρὸς ταύταις δὲ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἱερὰν καὶ μεγάλην ἑβδόμην σύνοδον ὡς τοὺς εἰκονομάχους καὶ διὰ τοῦτο Χριστομάχους καὶ ἁγιοκατηγόρους ἀποσκυβαλίσασάν τε

καὶ

tem et remouentem; et cum illis abominabilem Manichaeorum haeresin. Nam Domini nostri Iesu Christi sanctum corpus, et nobis consubstantiale, imagine repraesentare abhorrebant, illud nec figurari nec circumscribi posse debacchantes, ac propterea nec nobis esse consubstantiale, impotenter et furiose concludentes. Has ergo septem sanctas synodos generales recipio, anathematizans eos, quos illae anathemate [P] percusserunt, et amplexu et osculo excipiens, iterumque celebrans eos, quos illae laudibus et testimonio suo sunt prosequutae. Haec est fidei meae et eorum, quae ad illam pertinent et ab illa dependent, confessio. In ea spes mea collocata est, sicut et omnium aliorum, quibus pietas curae est, et quibus innatus est diuinus amor purae et sincerae Christianorum doctrinae.

καὶ καταβαλοῦσαν. καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ τὴν βδελυκτὴν Μανιχαϊκὴν αὐτῶν αἵρεσιν. τὸ γὰρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἅγιον σῶμα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν γράφειν εἰκονικῶς ἐμυσάττοντο, τὸ ἄγραπτον καὶ ἀπερίγραπτον αὐτοῦ καταβακχεύοντες, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι ἡμῖν ὁμοούσιον, μανικῶς συμπεραίνοντες. Ταύτας οὖν τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι, ἀναθεματίζων μὲν, οὓς ἐκεῖναι ἀνεθεμάτισαν, κατασπαζόμενος δὲ ἔμπαλιν καὶ μεγαλύνων, οὓς ἐπευφήμησαν. αὕτη μοῦ ἡ τῆς πίστεως καὶ τῶν εἰς ταύτην ἀνηκόντων καὶ περὶ αὐτὴν ὑφισταμένων ὁμολογία. ἐν ταύτῃ μοι ἡ ἐλπὶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅσοις εὐσεβεῖν μεμελέτηται καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀκιβδήλου δόξης τῶν Χριστιανῶν θεῖος ἔρως προσπέφυκεν.

Non omittendus etiam *Constantinus Harmenopulus*, [d]) ICtus circa a. 1380. defunctus, qui in protheoria epitomes sacrorum canonum [e]) non pluribus, quam septem synodis vniversalibus testimonium perhibet his verbis:

Prima synodus oecumenica Nicaeae sub Constantino Magno, aduersus Arium, qui creaturam esse dicebat Dei filium, conuenit, ac omnino CCCXVIII. diuis sanctisque patribus congressis, Arium anathemati subiecit. Secunda CL. patres habuit, coacta Constantinopoli sub Theodosio Magno, contra Pneumatomachos, quos anathemate feriit.

Τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἡ μὲν πρώτη ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, κατὰ Ἀρείου, τοῦ κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, συνηθροίσθη, τριακοσίων δέκα, καὶ ὀκτὼ θεοφόρων ἁγίων οὖσα πατέρων, ὃν καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου συνηθροίσθη κατὰ τῶν πνευματομάχων, ἑκατὸν πεντήκοντα

d) Dixi de eo volum. XI. p. 260. sqq. *Fabr*. In cod. Matrit. ad vol. XI. l. c. memorato, eoque pleniore, sunt fol. 186. Harmenop. de diuersis canonibus, tit. II. lib. II. tit. III. cap. 1. fol. 193. auerso, *Harmenop*. narratiuncula de tribus tomis synodicis sub impp. Constantino Porphyrog. Man. Comneno et Michaele Palaeologo, quae etiam exstat in cod. *Vindobon*. XII. nr. 1. sec. *Nessel*. catal. MSS. caesar. part. II. p. 27. et *Taurini* in cod. reg. CCLXXVI. ex qua illam gr. cum vers. lat. euulgarunt confectores cat. codd. gr. Taur. p. 380. sq. sed emendatior quoniam reperitur in cod. Matritensi, inde eam *Iriarte* p. 350. iterum typis exprimendam curauit: in eod. cod. fol. 201. sqq. sunt *Harmenopuli* epitome diuinorum et sacrorum canonum, praemisso indice illorum canonum, in epitomen redactorum, aliaque Harmenopuli scripta. *Harl*.

e) In Freheri Iure graeco-romano lib. 1. p. 1. et in Rittershusii Sacris Lect. p. 138.

Tertia sub Theodosio minore coiit Ephesi contra Nestorium, qui Christum tradebat nudum hominem esse, contraque Caelestinum. Adfuere patres CC. et in istos anathematis est promulgata sententia. Quarta Chalcedone conuenit sub Marciano, aduersus Dioscorum et Eutychem, qui duas Verbi, Dei pariter [et] et hominis, naturas, post vnionem commixtas, in vnam naturam redactas dicebant: ideoque a DCXXX. patribus ibidem anathemati subiecti fuerunt. Quinta sub Iustiniano I. Constantinopoli collecta, quum CLX. sancti patres adessent, quartae synodi decreta confirmauit, eique resistentes, et inter hos Origenem atque omnes haereticos anathemate mulctauit. Sexta itidem Constantinopoli habita, congressis CLXX. sanctis patribus, sub imperio Constantini Barbati, anathematis sententiam tulit in eos, qui vnam in Christo voluntatem et vnam agendi vim tradebant. Canones et ipsa nullos exposuit, vti nec quinta fecerat. Ideoque coacta in Trullo palatii Constantinopolitani synodus alia fuit CCXXVII. patrum, Iustiniani naribus mutilati, Barbati filii, iussu canonum duntaxat exponendorum caussa. Quapropter et isthaec sexta dicitur, vti quae suppleuerit, quod sextae deerat, canonum scilicet expositionem.

κοντα ἁγίων ὄντων πατέρων, οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ συνηθροίσθη κατὰ Νεστορίου, τοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν δογματίζοντος καὶ Κελεστίνου, διακοσίων ἁγίων ὄντων πατέρων· οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ τετάρτη ἐν Χαλκηδόνι ἐπὶ Μαρκιανοῦ συνηθροίσθη κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, τὰς δύο φύσεις τοῦ Θεανθρώπου Λόγου μετὰ τὴν ἕνωσιν λεγόντων συγκραθῆναι, καὶ εἰς μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι, ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων ὄντων πατέρων· οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ πέμπτη ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ πρώτου ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑξήκοντα καὶ πέντε ἁγίων ὄντων πατέρων, τὰ τῆς τετάρτης ἐπεκύρωσε δόγματα, καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ταύτῃ ἀνεθεμάτισε, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὠριγένην καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἅπαντας. ἡ δὲ ἕκτη ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ αὐτὴ συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων ὄντων πατέρων, ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, τοὺς μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζοντας ἀνεθεμάτισε· κανόνας δὲ οὐδὲ αὐτὴ ἐξέθετο, ὥσπερ οὐδὲ ἡ πέμπτη, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐν Τρούλλῳ συνηθροίσθη ἡ καὶ ἕκτη (πενθέκτη, vt vocat Theodor. Balsamo init. l. 7. Iur. Graeco-Romani) *λεγομένη, ἥτις κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνηθροίσθη τοῦ Παλατίου, διακοσίων εἰκοσιεπτὰ ἁγίων ὄντων πατέρων κατὰ κέλευσιν Ἰουστινιανοῦ τοῦ ῥινοτμήτου τοῦ υἱοῦ τοῦ Πωγωνάτου, δι' ἔκθεσιν καὶ μόνων κανόνων. ὅθεν καὶ ἕκτη προσαγορεύεται, ὡς τὸ τῇ ἕκτῃ ἐλλεῖπον ἀναπληρώσασα, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν κανόνων ἔκθεσις.*

Septima Nicaeae sub Constantino, et matre ipsius Irene, congregata fuit aduersus imaginum ahuersarios, qui a CCCLXVII. patribus isthic anathemati fuere subiecti.

Ἡ δὲ ἑβδόμη ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ συνηθροίσθη κατὰ τῶν εἰκονομάχων, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ ἑπτὰ ἁγίων ὄντων πατέρων. οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν.

[P] *Matthaeus* vero *Blastares* Hieromonachus [f]) in prooemio syntagmatis alphabetici canonum de octo synodis differit, ex quo tantum hoc loco adscribam quae de septima et octaua synodo scribit:

Elapsis (post sextam) centum viginti annis, octauo autem imperii Constantini et matris eius Irenes fluente, septima etiam synodus, vt prima olim, Nicaeam Bithyniorum metropolim pietatis forum ostendit. Trecentis autem sexaginta septem sacris viris ornata est: sacrae huius phalangis constituens duces, Tarasium Constantinopolitanum, magni inter Dei sacerdotes nominis, Petrum in sacerdotum ordine primas tenentem, et alium Petrum presbyterum, et sancti Sabae monasterii praefectum, qui Adriani papae romani locum sortitus est: Iohannem et Thomam presbyteros, et admodum inter monachos celebres, orientis patriarcharum locum tenentes, nimirum Apolinarii Alexandrini, Theodoriti Antiocheni et Eliae Hierosolymitani. Haec igitur sancta synodus eos, qui venerandas Christi et sanctorum illius imagines, per quas idolorum error expellitur, oh impura lingua! idola vocant, irresolubilibus anathematis vinculis communi suffragio subiecerunt: et duos et viginti canones in fidelium vtilitatem composuerunt: anno mundi VICIↃ CC XCVI. [g]) tunc temporis labente.

Χρόνων παρεῤῥυηκότων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ὀγδόου δὲ ἱσαμένου τοῦ Κωνσταντίνου τῇ βασιλείᾳ καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Εἰρήνης, Νικαίαν δὲ τῶν Βιθυνῶν μητρόπολιν κριτήριον τῆς εὐσεβείας, καὶ ἡ ἑβδόμη σύνοδος δείκνυσιν, ὥς γε δὴ καὶ ἡ πρώτη σύνοδος πάλαι· εἰς ἑπτὰ δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίους ἄνδρας ἱεροὺς ἐπληθύνετο, ταξιάρχας τῆς ἱερᾶς αὐτῆς φάλαγγος προβαλλομένη Ταράσιον Κωνσταντινουπόλεως τῶν ἐν ἱερεῦσι Θεοῦ περιβόητον, Πέτρον τοῦ τῶν ἱερέων τάγματος πρῶτον, καὶ ἕτερον Πέτρον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον τῆς τοῦ ἁγίου Σάββα μονῆς, τὸν τόπον Ἀδριανοῦ τοῦ Πάπα Ῥώμης κληρωσάμενον, Ἰωάννην τε καὶ Θωμᾶν πρεσβυτέρους, καὶ καλὸν ἐν ἀσκηταῖς λάμποντας, τῶν τῆς ἀνατολῆς πατριαρχῶν τὸν τόπον ἐπέχοντας· λέγω δὲ Ἀπολιναρίου Ἀλεξανδρείας· Θεοδωρίτου Ἀντιοχείας, καὶ Ἠλία Ἱεροσολύμων. Αὕτη τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς εἴδωλα τὰς προσκυνητὰς τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ εἰκόνας, ὢ μιαρᾶς γλώττης, ἀποκαλοῦντας, δι᾽ ὧν εἰδώλων πλάνη διώκεται, κοινῇ ψήφῳ δεσμοῖς ἀλύτοις τῷ ἀναθέματι ὑποβάλλουσι· καὶ κανόνας δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν εἰς τὴν τῶν πιστῶν ὠφέλειαν συντεθείκασιν ἑξάκις χιλιοστοῦ διακοσιαστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἕκτου τηνικαῦτα διϊππεύοντος ἔτους.

[P] Alia quaedam Constantinopoli quoque synodus celebrata est in celebri sanctorum apostolorum templo, quae inscribitur sancta et magna prima et secunda synodus. [h])

Γέγονέ τις καὶ ἑτέρα κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν σύνοδος, ἐν τῷ περιφανεῖ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναῷ, ἥτις ἐπιγέγραπται ἡ ἁγία καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα σύνοδος.

f) De hoc *Blastare*, vol. XI. pag. 588. sqq. [ibique not. *e*.]

g) A. C. 787.

h) *Asseman.* in bibl. iuris orient. canon. et ciu. tom. I. libr. I. cap. 6. §. 98. pag. 126. sqq. auctorem huius synopseos arguit oscitantiae, monuitque, non sub Basilio Macedone, sed sub Michaele, Theodorae filio, illam synodum a. 861. esse habitam, neque seditionem vllam in prima illius actionis accidisse; sed primam et secundam fuisse

Fertur autem eam Photii patriarchae Conſtantinopolitani diebus congregatam fuiſſe, quo tempore Baſilius Macedo romani imperii ſceptra tenebat: quinto et ſeptuageſimo anno a ſynodo ſeptima elapſo. Quum in primo enim conuentu ſeditio aliqua coorta eſſet, ſecunda etiam congreſſione diuinis patribus opus fuit, in qua decreta confirmarentur pariter et ſcriptis mandarentur, vt exinde vna ſynodus diſtincte nominetur. Et haec etiam canones ſeptemdecim compoſuit.

δος. ἐπὶ τῶν ἡμερῶν δὲ φασι ταύτην ἠθροῖσθαι Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡνίκα Βασίλειος ὁ Μακεδὼν τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων διεῖπεν ἀρχῆς, ἑβδομηκοστοῦ καὶ πέμπτου ἔτους μετὰ τὴν ἑβδόμην ἐξήκοντος σύνοδον· στάσεως δὲ τινος κατὰ τὴν πρώτην συμβάσης συνέλευσιν, καὶ δευτέρας συνδρομῆς τοῖς θείοις πατράσιν ἐδέησεν, ἐν ᾗ καὶ δογματισθέντα κυρωθῆναί τε καὶ γραφῇ δοθῆναι, ὡς ἐντεῦθεν διῃρημένως τὴν μίαν ὀνομάζεσθαι σύνοδον. κανόνας δὲ καὶ αὕτη συντέθεικεν ἑπτακαίδεκα.

Alii praeterea tres canones a ſynodo, quae Photium in throno Conſtantinopolitano vltima collocauit, poſt diuini Ignatii translationem, vtroque ſaepius antea eiecto et rurſus introducto, editi fuerunt.

Ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τρεῖς κανόνες ἐξεφωνήθησαν τῇ συνόδῳ ἥτις τὸν Φώτιον τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως τελευτῶσα ἐνίδρυσε, μετὰ τὴν τοῦ θείου μετάθεσιν Ἰγνατίου, ἑκατέρου πολλάκις πρότερον ἐκβαλλομένου καὶ ἀντεισαγομένου.

VI. *Nilus* metropolita Rhodius, Philothei patriarchae CPolitani circa a. C. 1366. exarchus, ſed quod cum Palamitis [i]) faceret, ſacro Rhodi ſolio, etiam inuito Philotheo, deturbatus, praeter alia, quae ab Allatio libro de Nilis cap. 16. commemorantur, ſcripſit ſynopticam narrationem de ſynodis oecumenicis nouem, quam graece et latine vulgauit *Chriſtoph. Iuſtellus* ad calcem Nomocanonis Photiani Pariſ. 1615. recuſam deinde in bibliotheca iuris canonici Voello-Iuſtelliana Pariſ. 1661. fol. tom. 2. p. 1155. et in conciliis *Ioan.* [℟] *Harduini* tom. V. p. 1479. Diuerſa eſt haec ſynopſis ab eiusdem Nili explanatione canonum ſynodicorum, Georgii Coreſſii et Iohannis Laſcaris notis illuſtratorum, de qua ſupra pag. 209. Placet hoc loco tantum referre, quae ſcribit Nilus de ſynodo ſexta, ſeptima, octaua et nona.

Sancta et oecumenica ſexta ſynodus habita eſt, imperante Conſtantino Pogonato, congregata a centum ſeptuaginta ſanctis patribus, cui praeerant Agatho Romae, Georgius Conſtantinopolis, Petrus monachus, Alexandrini legatus, Theophanes Antiochiae

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, συναθροισθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων πατέρων, ἧς ἡγοῦντο Ἀγάθων Ῥώμης, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, Πέτρος, μοναχὸς τοποτηρητὴς τῆς Ἀλεξαν-

fuiſſe adpellatam, propter binas, (vt alii etiam Graeci ſchismatici, ſcil. ex mente Aſſemani, nugantur, actiones, quae in ea ſynodo, inter locales ſ. prouinciales numerata, dicuntur habitae; et multa alia hanc in rem diſputat. *Harl.*

i) Vide *Nicolaum Methonenſem* libro in Palamam, et *Nic. Comnenum Papadopoli* pag. 226. Praenot. Myſtagog.

episcopus, aduersus Honorium papam Romae, Cyrum Alexandriae, Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum Constantinopolis episcopos. Erat annus mundi 6179. Christi vero 719. [k]) A sexta ad septimam sunt anni nouem et centum.

Sancta et oecumenica septima synodus Nicaeae secundo habita est, imperantibus Constantino et eius matre Irene, congregata a sexcentis sexaginta tribus sanctis patribus aduersus iconomachos. Praeerant huic Adrianus papa Romae, Tarasius Constantinopolis, Politianus [l]) Alexandriae, Theodoritus Antiochiae, Elias Hierosolymorum. Annus erat mundi [m]) ...... Christi vero 724. A septima ad octauam sunt anni centum viginti.

[P] Sancta et oecumenica octaua synodus trecentorum octoginta sanctorum patrum habita est, imperante Basilio Macedone, [n]) in qua synodo coaluit pax cum occidentali ecclesia ac reliquis patriarchis, manifeste profitentibus occidentalibus in haec verba: nos ita legimus ac credidimus, vt et vos, absque vlla additione symbolum sanctum, vt ita se habens sit vere symbolum verae fidei. Sed et eos, qui addunt aut detrahunt quid, anathematizamus. Aderant illic Ioannes papa Romae, Photius Constantinopolis, et legati Romanorum ecclesiae, Paulus et Eugenius episcopi, et Petrus presbyter ac cardinalis, aliique patriarchae per legatos: quibus congregatis pro communi ecclesiarum concordia, presbyteri quidem senioris Romae conclamarunt, decorum est, nihil aliud innouari, sed veterem definitionem et toto orbe obtinentem ac celebratam

Ἀλεξανδρείας, Θεοφάνης Ἀντιοχείας, κατὰ Ὀνωρίȣ πάπα Ῥώμης, Κύρȣ Ἀλεξανδρείας, Σεργίȣ τε καὶ Πύῤῥȣ καὶ Παύλȣ καὶ Πέτρȣ ἐπισκόπων Κωνςαντινȣπόλεως. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἔτη ςροθ΄. ἀπὸ δὲ Χριςȣ͂ ψιθ΄. ἀπὸ ἕκτης ἕως ἑβδόμης ἔτη ἑκατὸν ἐννέα.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκȣμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνςαντίνȣ καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτȣ͂ συγκροτηθεῖσα ὑπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα τριῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τῶν εἰκονομάχων. ἡγȣ͂ντο δὲ αὐτῆς Ἀδριανὸς πάπας Ῥώμης, Ταράσιος Κωνςαντινȣπόλεως, Πολιτιανὸς Ἀλεξανδρείας, Θεοδώριτος Ἀντιοχείας, Ἠλίας Ἱεροσολύμων. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἔτη . . . . ἀπὸ δὲ Χριςȣ͂ ἔτη ψκδ΄. ἀπὸ ἑβδόμης ἕως ὀγδόης ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκȣμενικὴ αὕτη σύνοδος ὀγδόη τῶν τριακοσίων ὀγδοήκοντα ἁγίων πατέρων γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείȣ τȣ͂ Μακεδόνος, καθ᾽ ἣν σύνοδον γέγονεν εἰρήνη μεταξὺ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχείων, φανερῶς ὁμολογησάντων τῶν δυτικῶν, ὅτι ȣ῞τως ἀναγινώσκομεν καὶ πιςεύομεν, ὡς καὶ ὑμεῖς, χωρὶς προσθήκης τινὸς τὸ σύμβολον τὸ ἅγιον ὡς ȣ῞τως ἔχον, ὄντως σύμβολον εἶναι τῆς ἀληθȣ͂ς πίςεως, ἀλλὰ καὶ τοὺς προστιθέντας, ἢ ἐλλείποντας ἀναθεματίζομεν. ὄντος τηνικαῦτα Ἰωάννȣ Πάπα Ῥώμης, Φωτίȣ πατριάρχȣ Κωνςαντινȣπόλεως, καὶ τοποτηρητῶν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, Παύλȣ καὶ Εὐγενίȣ ἐπισκόπων, καὶ Πέτρȣ πρεσβυτέρȣ καὶ καρδιναλίȣ, καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν διὰ τοποτηρητῶν. ὧν συνελθόντων ὑπὲρ τῆς κοινῆς ὁμονοίας τῶν ἐκκλησιῶν, οἱ μὲν τοποτηρη-

k) Imo 680.
l) Apolinarius.
m) Ex auctoris mente et calculo esset annus mundi 6288. Concilium vero illud habitum a. C. 787.
n) Anno Christi 869.

legi et confirmari. Quumque sanctum symbolum absque adiectione, sicuti se habet, lectum fuisset, sancta synodus acclamauit, nos secundum Seruatoris doctrinam et apostolorum traditionem, ac praeterea secundum canonicos sanctarum et oecumenicarum septem synodorum typos, definitionem sincerissimae Christianorum fidei antiquitus a patribus ad nos vsque propagatam mente [P] et lingua comprobamus, et omnibus constanter annunciamus, nihil detrahentes, nec adiicientes menti nec verbis, nihil immutantes, nihil adulterantes. Postea legati Romae et tota synodus acclamauit, si quis edat aliud symbolum, aut hanc definitionem commoueat, vel adiiciat detrahatue quidpiam huic sacro sanctoque symbolo, quomodo lectum est, anathema esto. Haec etiam in romanis canonibus actorum huius synodi comperiuntur ex epistola Ioannis papae romani ad Photium patriarcham Constantinopolis. Et tua fraternitas nouit, quod quum ad nos venit, qui nuper ab ea missus est, vt probaret nos super sancto symbolo, inuenit nos illud conseruantes intemeratum, prout antiquitus nobis traditum fuerat, neque quidquam adiicientes detrahentesue, quum probe nouerimus, iis, qui talia audent, grauem imminere condemnationem. Rursus igitur significamus reuerentiae vestrae, vt de hoc articulo, ob quem inter ecclesias Dei scandalum exortum est, ita de nobis persuasum habeas, quod non modo dicimus hoc, sed et eos, qui primum ausi sunt sua temeritate hoc facere, eos transgressores diuinorum sermonum censemus et interuersores theologiae Domini Christi, sanctorumque patrum, qui synodice symbolum hoc sanctum acceperunt, eosque [P] cum Iuda collocamus, quod idem ac ille sint ausi, non dominicum quidem corpus morti tradentes, sed fideles, qui sunt corporis

τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐβόησαν, πρέπον ἐςὶ, μὴ ἕτερον καινουργηθῆναι· ἀλλὰ αὐτὸν τὸν ἀρχαῖον ὅρον καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κρατούμενόν τε καὶ ἐπιβεβαιωθῆναι, καὶ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἀναγνωσθέντος ἄνευ προσθήκης, ὡς ἔχει, ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεβόησεν, ἡμεῖς κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος διδασκαλίαν καὶ τῶν Ἀποςόλων παράδοσιν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς κανονικοὺς τόπους τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων τὸν ἄνωθεν ἐκ πατέρων καὶ μέχρι ἡμῶν καταληλυθότα τῆς ἀκραιφνεςάτης τῶν Χριςιανῶν πίςεως ὅρον, καὶ ἐπινοίᾳ καὶ γλώττῃ ςέργομέν τε καὶ πᾶσι περιαγγέλλομεν διαπρυσίως, οὐδὲν ἀφαιροῦντες, οὐδὲ προςτιθέντες κατὰ διάνοιαν ἢ λέξιν, οὐδὲν ἀμείβοντες, οὐδὲν κιβδηλεύοντες. καὶ μετὰ τοῦτο οἵτε τοποτηρηταὶ Ῥώμης καὶ ἡ σύνοδος ἅπασα ἐξεβόησεν, ἕτερον ἐκθέσθαι σύμβολον, καὶ ὅρον ἀνακινῆσαι, ἢ προσθήκην ἢ ὑφαίρεσιν ποιῆσαι ἐν τῷ ἀναγνωσθέντι ἱερῷ καὶ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἀνάθεμα ἔςω· ταῦτα καὶ ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς κανόσι τοῖς ἐκ τῆς πράξεως τῆς συνόδου ταύτης εὑρίσκεται ἀπὸ τῆς ἐπιςολῆς Ἰωάννου πάπα Ῥώμης πρὸς Φώτιον πατριάρχην Κωνςαντινουπόλεως. καὶ ἡ σὴ ἀδελφότης ἐπίςαται, ὡς ὅτε πρὸς ἡμᾶς παρεγένετο ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀποςαλεὶς παρ' αὐτῆς παρὰ τοῦ ἁγίου συμβόλου ἡμᾶς ἐδοκίμασεν, εὗρεν ἀπαράτρωτον, καθὼς ἀρχῆθεν παρεδόθη ἡμῖν, διατηροῦντας, καὶ μήτε προστιθέντας τι, ἢ ἀφαιροῦντας, ἀκριβῶς εἰδότας. ὡς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι βαρεῖα καταδίκη ἀναμένουσα ἀπόκειται. καὶ πάλιν οὖν παραδηλοῦμεν τῇ αἰδεσιμότητί σου, ἵνα περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου, δι' ὃ συνέβη τὰ σκάνδαλα μέσον τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἔχῃ πληροφορίαν εἰς ἡμᾶς, ὅτι οὐ μόνον λέγομεν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρῶτον θαῤῥήσαντας τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ τοῦτο ποιῆσαι, παραβάτας τῶν θείων λόγων κρίνομεν καὶ μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ δεσπότου Χριςοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πατέ-

eius membra, lacerantes et alios ab aliis discerpentes.

Sancta et oecumenica synodus nona habita est imperante beato et celebri imperatore domino Andonico Palaeologo, et Ioanne filio eius, aduersus Barlaam et Acindynum. Docebant illi modo quidem, nullam esse distinctionem in diuina natura, essentia et operatione, sed eamdem esse et indistinctam; modo vero distinctionem quidem aliquam esse dicebant, verum ita, vt substantiam quidem increatam, substantiales vero eius operationes atque naturales concederent diuersas esse a proprietatibus humanae naturae, non tamen increatas, sed creatas. Rursus diuinum illud lumen quod in monte Thabor effulsit, phantasma prorsus et creaturam orientem ac intercidentem esse dicebant, at neque diuinae naturae fulgorem esse fatebantur, qui dicitur diuinitas et lux inaccessa atque ardens. Aduersus hos igitur ita docentes, congregata est haec sancta synodus, coarguens insanientes illos ac mentientes modis omnibus, reliquosque haereticos impietate superantes. Intererant huic synodo Isidorus [P] Constantinopolis, Lazarus Hierosolymorum episcopi, tum Alexandrinus ac Antiochenus, per legatos, Gregorius Palamas, Philotheus Coccinus, et alii monachi multi magnae virtutis ac prudentiae, qui etiam hos anathematizaverunt. Accepimus, voce *Deus* significari operantem, voce vero diuinitatis operationem. Nihil autem horum trium est operatio. Accepimus id, quod nullam virtutem aut operationem habet, omnino non esse; illud, inquam, nec est aliquid, nec eius et positio vel detractio. Quod autem habet, aliud omnino est ab eo, quod habet.

πατέρων, ὃ συνοδικῶς παρέλαβον τὸ ἅγιον σύμβολον, καὶ μετὰ τοῦ Ἰούδα αὐτοὺς τάττομεν, ὅτι καὶ ταυτὸν ἐκείνῳ τετολμήκασι, οὐ παραδόντες εἰς θάνατον τὸ κυριακὸν σῶμα, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς, οἵ τινές εἰσι μέρη τοῦ σώματος αὐτοῦ, διασχίσαντές τε, καὶ διατέμνοντες ἀλλήλων.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη συνόδος ἐνάτη γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μακαρίτου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, κατὰ Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου. ἐδογμάτισαν γὰρ οὗτοι, νῦν μὲν οὐδεμίαν διάκρισιν εἶναι ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, οὐσίας, καὶ ἐνεργείας, ἀλλὰ ταυτὸν εἶναι καὶ ἀδιάφορον· νῦν δὲ διάκρισιν μὲν εἶναι ἔλεγον· πλὴν τὴν μὲν οὐσίαν ἄκτιστον, τὰς δὲ αὐτῆς οὐσιώδεις ἐνεργείας καὶ φυσικὰς συγχωροῦντες ἑτέρας εἶναι, πλὴν οὐκ ἀκτίστους, ἀλλὰ κτιστάς. καὶ ἔτι τὸ ἐν τῷ Θαβωρίῳ ἐκλάμψαν θεῖον ἐκεῖνο φῶς, φάσμα ἁπλῶς καὶ κτίσμα, γινόμενον καὶ ἀπογινόμενον, ἀλλὰ οὔτε θείας φύσεως φυσικὴν αἴγλην, καὶ θεότητα καὶ φῶς ἀπρόσιτον καὶ καῖον λεγόμενον. κατὰ τούτων οὖν οὕτω λεγόντων συνήχθη ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη ἐλέγξασα τούτους ἀνοηταίνοντας καὶ ψευδομένους κατὰ πᾶν εἶδος λόγου, καὶ ἀσεβοῦντας μᾶλλον τῶν ἄλλων αἱρετικῶν. παρῆσαν δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ Ἰσίδωρος, Κωνσταντινουπόλεως, Λάζαρος Ἱεροσολύμων, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας διὰ τοποτηρητῶν, Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς, Φιλόθεος ὁ Κόκκινος, καὶ ἕτεροι μοναχοὶ πολλοὶ ἐνάρετοι καὶ λογάδες, οἳ καὶ αὐτοὺς ἀναθεμάτισαν. Παρελάβομεν, ὅτι θεὸν ἐνεργοῦντα δηλοῖ, θεότητος δὲ ἐνέργειαν. οὐδὲν δὲ τῶν τριῶν ἐνέργεια· παρελάβομεν, ὅτι τὸ μηδεμίαν δύναμιν ἢ ἐνέργειαν ἔχον, οὔτε ἐστὶν, οὔτε τι ἐστίν· οὐδέ ἐστιν αὐτοῦ θέσις ἢ ἀφαίρεσις. τὸ δὲ ἔχον, ἕτερόν ἐστι πάντως, οὗ ἔχει.

VII. Laudantur etiam ineditae quaedam lucubrationes huc facientes: vt *Photii* Tyriorum episcopi, qui concilio Chalcedonensi a. C. 451. interfuit, cuius synopsin de conciliis, Christiani Rauii beneficio ex oriente se adeptum, testatur *Iac. Vsserius* libro de symbolis p. 22. [v. supra, not. c. ad vol. XI. p. 12.] atque ex illa adfert, quod, quum patres Nicaenos symbolum fidei exposuisse prius dixisset Photius vsque ad capitulum illud, *καὶ εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, de CPolitanis postea suo loco addidit: *Τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυναν, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκήρυξαν, προσθέντες τῷ προεκτεθέντι ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως συμβόλῳ καὶ ταῦτα· Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιοῦν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Καὶ οὕτως ἀναπληρώσαντες τὸ σύμπαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σύμβολον τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. Orthodoxam fidem confirmarunt, et Spiritum sanctum quoque verum Deum, et consubstantialem patri, praedicarunt; addentes praedicto Nicaeno fidei symbolo et ista.* Et in Spiritum sanctum, Dominum et viuificantem, qui ex patre procedit, [P] etc. *vsque ad,* vitam futuri saeculi. Amen. *Atque ita fidei orthodoxae symbolum complentes, ecclesias tradiderunt.*

Michaelis Pselli de conciliis opusculum, nec non *Maximus* de synodis, ambo MSS. seruantur in bibl. Bauarica. [o]) Omitto, quod Photii CPol. epistola, in qua synopsis de septem synodis legitur, etiam fertur sub nomine aliorum patriarcharum CPol. vt *Sisinnii*, [p]) teste Baronio ad a. C. 863. n. 33. et Allatio de consensu p. 606. nec non *Palamae* et *Philothei*, vt refert *Nic. Comnenus* Papadopoli p. 340. Praenotionum mystagogicarum. *Fabr. Ch. Guil. Franc. Walch* in: Entwurf etc. p. 46. addit *Anastasii* iunioris Sinaitae, patriarchae Antiocheni, breuem narrationem, de haeresibus ab initio religionis christianae, et de conciliis aduersus eas celebratis vsque ad concilium III. CPolitan. s. oecumenicum sextum a. C. 680. et 681. ex cod. Vindob. caes. qui numeratur cod. XLV. a *Lambec.* in comment. vol. VIII. col. 931. sqq. ed. Kollar. nr. 45. et confer supra, vol. VIII. p. 350. sqq. et ad vol. X. p. 594. not. z. *Harl.*

VIII. Claudam hoc caput insigni antiquitatis monumento, quod non modo multa paucis comprehendit, sed etiam varia docet alibi quaerenda incassum. Est illud *synodicum* veteris scriptoris siue notitia conciliorum in ecclesia habitorum vsque ad Photii tempora, quod

o) *Mich. Pselli* opusc. de septem sacris conciliis oecumenic. gr. Basil. 1536. 8. — tum edidit *Francisc. Bosquetus* gr. et lat. et notis illustrauit, cum aliis quibusdam *Pselli* libellis, Paris. 1632. 8. — latine in *Binii* concilior. tom. III. part. 1. p. 400. *Harl.*

p) Conf. supra, vol. XI. p. 712. sqq. et ibi memoratis codd. add. cod. *Venet.* in bibl. Nanian. CCXXVI. nr. 7. tom. expositus a *Sisinnio*, patriarcha CPolit. *περὶ τῶν τὰς ἐξαδέλφας λαμβανόντων ἀδελφῶν*· In fine numerantur metropolitae cum Sisinnio congregati. Additur scholium, quod incipit: *ὁ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου κυροῦ συνοδικὸς τόμος*, sequitur nr. 8. iudicium synodicum latum sub Alexio, patriarcha CPolit. In eodem cod. multa alia insunt, quae ad historiam conciliorum, canonum, constitutionum ecclesiastic. etc. pertinent. v. cat. codd. gr. Nan. p. 414. sqq. *Harl.*

quod cum versione sua perspicua et accurata edidit meritissimus Argentoratensium theologus D. *Iohannes Pappus*, [q]) Argentor. 1601. 4. Ab Allatio p. 388. de consensu *auctor synodici* vocatur *valde pius, quisquis ille fuerit.* Et p. 455. *Synodicon accuratissime confectum temporibus Photii.* [conf. supra ad vol. XI. p. 12. not. *c.*] Illud, vt frequentius possit euolui a studiosis, hoc loco dare volui, licet recusum in bibliotheca canonica tom. 2. p. 1166. et in Harduini conciliis tomo V. Nam Labbeum omitto, qui in sua conciliorum collectione dedit quidem hoc synodicum, sed non vna serie descriptum, sed sparsim singulis capitibus ad tempora sua relatis, ita vt caput primum legatur tom. 1. p. 21. caput secundum p. 599. caput tertium p. 564. caput quartum p. 583. etc. *Fabr.* Diu haesitaueram, num sequentem librum synodicum in hac noua editione typis recudendam curarem, nec ne? an ei aliquando in Supplementis locum tribuerem. Fuerunt enim VV. DD. qui suaderent, vt illum, quoniam in collectionibus quibusdam conciliorum sit repetitus, plane omitterem; alii contra qui admonerent, vt, quoniam opusculum sit lectu dignissimum, in quibusdam vero collectionibus, vt in Labbeana, sparsim et diuersis locis relatum ac repetitum, nec omnes illae collectiones, praecipue Harduiniana et Mansiana, ab omnibus, qui illud velint legere aut consulere, possint comparari, illud redderem et h. l. retinerem. Accedit, quod plures operam Fabricii, qui id synodicon h. l. recepisset, laudarunt, me vero senectute prouectum, vitae summa breuitas spem vetat inchoare longam. His caussis motus, nolui id h. l. resecare. *Hart.*

q) D. Pappus in praefat. ad Andream Vngnadium, L. Baronem in Sonneck: *Quum ante annos sedecim ferme* Andreas *quidam* Darmarius *Epidaurius libros aliquot graecos manuscriptos venales adtulisset, inter caeteros* συνοδικὸν *istud mole quidem exiguum, sed rerum, quae in eo tractantur, varietate et copia satis magnum, licet pretio iusto maiore id aestimaret, redimendum tamen ab eo putaui. Videbam enim, etsi non omnium, vt habet inscriptio, plerarumque tamen et quidem praecipuarum synodorum ad nongentesimum prope a CHRISTI seruatoris natiuitate annum, historiam eo contineri: quin et indicis vicem id ipsum praestare posse in veteris ecclesiae historicos, qui adhuc exstant.* - - - Suspicatur deinde, auctorem esse *Nicephorum* patriarcham CPol. cuius chronicon in eadem tempora desinat. Sed Nicephorus ille iam a. C. 828. diem obiit: et synodici auctor commemorat res a. 869. gestas. *Fabr.* *Synodicos* huiusmodi generis libros in codd. passim reperiri, aliquoties iam, praecipue ad initium huius capitis tertii adnotaui. Sufficiat h. l. adhuc facere mentionem MSt. quorumdam bibl. *Vindobon.* In cod. igitur caesar. CCVII. nr. 10. fragmentum ex SSctor. patrum synodico; — in cod. CCXLVIII. nr. 17. *synodicon*, quod legitur Dominica orthodoxiae contra iconomachos; v. *Lambec.* V. p. 23. et 294. sq. — Ibid. in cod. XIII. nr. 3. *libellus synodicus*, omnes synodos, tam orthodoxas, quam haereticas, compendio continens, inde a temporibus SSctor. apostolorum vsque ad orthodoxiam siue restitutionem sacrarum imaginum sub imp. Michaele et matre ipsius Theodora, atque S. Methodio, patriarcha CPolitano: v. *Lambec.* VI. part. I. col. 102. sq. qui animaduertit, exstare quidem hoc synodicon gr. et lat. in *Voelli* et *Henr. Iustelli* tom. II. bibl. iuris canonici veter. p. 1166-1214. sed discrepare illam editionem, typis expressam, valde ab hoc msto exemplari caesareo, eiusque beneficio plurimis locis insigniter posse suppleri. Principium synodici in cod. Vindobon. idem est, quod legitur h. l. in ed. Pappi, et quod in nota Iustelli, margini adposita, ex ed. Pappi recusum esse, adnotatur. At Voelli Iustellique biblioth. iur. can. vet. rarissimis adscribi libris, neminem fugiet. *Hart.*

ΣΥΝΟ-

ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ, ΠΕΡΙΕΧΟΝ

ἐν ἐπιτομῇ ἁπάσας ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποςόλων γεγονυίας ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς συνόδους, μέχρι τῆς ὀγδόης, τῆς ἐπὶ τῇ τοῦ ΦΩΤΙΟΥ, *καὶ τοῦ Πάπα* ΙΩΑΝΝΟΥ *ἑνώσει.*

LIBELLVS SYNODICVS; OMNES SYNODOS,

tam orthodoxas, quam haereticas, breui compendio continens:

Quae ab apostolorum inde tempore, vsque ad octauam, super vnione PHOTII, et IOHANNIS papae institutam, sunt celebratae.

D. IOH. PAPPO, theologo Argentoratensi, interprete.

1. HIEROSOLYMITANA, APOSTOLORVM.

A. C. 49. Synodus diuina et sancta, Hierosolymis a diuinitus edoctis sanctisque apostolis, et mysteriorum praefectis presbyteris, aliisque, cum ipsis qui erant, fratribus celebrata: contra eos, qui fidem susceperant, Pharisaeos: qui et circumcisionem, in carne quae fiebat, retinere, et legales consuetudines, post receptam quoque a fidelibus eam, quae in Spiritu et veritate fit, adorationem et cultum, obseruare: atque ita Gratiae et Legi, tanquam duobus Dominis seruire conabantur. Quod quidem is ipse, qui maxima illa supra mentis nostrae captum nobis confert munera et a legis maledicto nos redemit, Christus Deus noster r) prohibuit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις, ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων ἁγίων Ἀποςόλων, καὶ μυςαγωγῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν συν αὐτοῖς ἀδελφῶν: κατὰ τῶν ἐπιχειρησάντων πιςῶν Φαρισαίων, κρατύνειν τὴν ἐν σαρκὶ περιτομὴν, καὶ τηρεῖν τὰ νόμιμα ἔθη μετὰ τὸ εἰσδέξασθαι καθάπαξ τοὺς πιςοὺς, τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν καὶ λατρείαν: καὶ χάριτι καὶ νόμῳ δουλεύειν, ὡσνεὶ δυσὶ κυρίοις: ὅπερ ἀπεῖπεν ὁ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν πάροχος, καὶ τῆς κατάρας τοῦ νόμου ἐξαγορασάμενος ἡμᾶς Χριςὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Post apostolorum autem synodum, Simon magus exsurrexit et Cerinthus: quos apostolorum refutarunt principes: Simonem [P] quidem, Petrus: Cerinthum vero is, qui theologus cognominatur, Iohannes. Post istos Valentinus exsurrexit, Secundus, Marcion, Basilides, Saturninus, Carpocrates, Ebion, Hermogenes, Alexander aerarius, eorumque complices.

Μετὰ γοῦν τὴν τῶν Ἀποςόλων σύνοδον, ἐξανέςη Σίμων ὁ μάγος, καὶ Κήρινθος· οὓς ἀπεκήρυξαν οἱ κορυφαῖοι τῶν Ἀποςόλων: τὸν Σίμωνα, Πέτρος· τὸν δὲ Κήρινθον, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος Ἰωάννης. Μετὰ τούτους ἐξανέςη Οὐαλεντῖνος, Σεκοῦνδος, Μαρκίων, Βασιλείδης, Σατορνῖνος, Καρποκράτης, Αἰβίων, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς.

2. LVG-

r) Matth. VI. 24.

2. LVGDVNENSIS, IRENAEI.

Synodus diuina et ſancta prouincialis, duodecim epiſcoporum, collecta Lugduni metropoli Galliae, ad Rhodanum flumen, ab Irenaeo ſancto martyre, eiusdemque vrbis epiſcopo: contra praeſcriptos haereticos.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δύο καὶ δέκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ μητροπόλει τῆς Γαλλίας, παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν ὑπὸ Εἰρηναίου ἱερομάρτυρος, ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως κατὰ τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν.

3. ROMANA, TELESPHORI.

Synodus ſancta et diuina prouincialis, Romae, duodecim epiſcoporum a Teleſphoro ſancto martyre, eiusdemque vrbis papa, collecta contra Theodotum coriarium Byzantium, diſcipulum illorum: qui quum ſapientia plurimum praeſtaret, ſed in perſequutione ſacrificaſſet, Chriſtumque negaſſet: atque id a fidelibus ipſi exprobaretur, neque ipſe hoc probrum ferret, dicere auſus fuit impius ille: ego Deum non negaui, ſed nudum hominem.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ, A.C.
δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, ὑπὸ Τελεσφόρου 146.
ἱερομάρτυρος, τοῦ ταύτης πάπα συναθροισθεῖσα κατὰ Θεοδότου, σκυτέως τοῦ Βυζαντίου. τοῦ αὐτῶν μαθητοῦ, ὃς εἰς ἄκρον σοφίας ἐληλακὼς, καὶ ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθύσας, καὶ ἐξαρνησάμενος τὸν Χριστὸν, ἐσχάτως ὑπὸ τῶν πιστῶν ὀνειδιζόμενος. καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος· Ἐγὼ Θεὸν οὐκ ἀρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν.

4. ROMANA, ANICETI.

Synodus diuina et ſancta prouincialis, Romae congregata a beatiſſimo Aniceto, eiusdem vrbis papa, et Polycarpo ſancto martyre [P] Smyrnae epiſcopo, aliisque epiſcopis decem: contra eos, qui Iudaico more Luna decima quarta diuinum celebrabant paſcha, aliisque ritibus et typis id ipſum perficiebant. Haec igitur ſynodus definiuit tremendam et ſalutarem Domini noſtri Ieſu Chriſti et Dei paſſionem in ſancta paraſceue myſtice celebrandam, reſurrectionem autem vitae auctricem, ipſa celebri et magna Dominica omni modo eſſe peragendam.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ 170.
συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου Ἀνικήτου, τοῦ ταύτης πάπα, καὶ Πολυκάρπου ἱερομάρτυρος ἐπισκόπου Σμύρνης, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δέκα· κατὰ τῶν Ἰουδαϊκῶς τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης ἑορταζόντων τὸ θεῖον πάσχα, καὶ ἑτέροις ἔθεσι καὶ τόποις τοῦτο ἐκτελούντων· Ὁρίσασα τὸ μὲν φρικτὸν καὶ σωτήριον πάθος τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ μυστικῶς ἐκτελεῖν· τὴν δὲ ζωαρχικὴν ἀνάστασιν, αὐτῇ τῇ περιδόξῳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ, ἐκ παντὸς τρόπου ἄγειν.

5. HIERAPOLITANA, APOLINARII.

Synodus diuina et sancta prouincialis, Hierapoli Asiae celebrata ab Apolinario sanctissimo huius episcopo, aliisque viginti sex episcopis: quae abdicauit et exstirpauit Montanum et Maximillam pseudoprophetas: qui blaspheme, vtpote a daemone obsessi, sicut idem pater dicit, vitam commutarunt. Cum iisdem vero et Theodotum coriarium (eadem synodus) condemnauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ἀπολιναρίου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων εἰκοσιὲξ ἐπισκόπων· ἀποκηρύξασά τε καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, τοὺς ψευδοπροφήτας· οἱ καὶ βλασφήμως, ἤτοι δαιμονιῶντες, καθὼς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέστρεψαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ, κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτέα.

6. ACHILLANA, SOTAE.

Synodus diuina et sacra particularis, congregata a sanctissimo Achillarum episcopo Sota, aliisque duodecim episcopis; quae refutatum Theodotum coriarium abdicauit: Montanum item cum Maximilla, qui octingentos septuaginta octo Aeonas docebat, seque ipsum pro Spiritu sancto venditabat.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἀχιλῶν [s]) Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων· ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μοντανὸν, σὺν Μαξιμίλλῃ· ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίζοντα.

[P] 7. GALLICANA, CONFESSORVM.

Synodus diuina et sacra prouincialis in Gallia, congregata a Confessoribus: quae Montanum et Maximillam abdicauit: cuius decretum ad eos, qui in Asia erant, fideles dimanauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶν ὁμολογητῶν· ἀποκηρύξασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν· ἧς ὁ ὅρος πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πιστοὺς διέβη.

8. EPHESINA, POLYCRATIS.

A.C. 198. Synodus simplex, neque exquisita, particularis, Ephesi metropoli Asiae congregata a Polycrate sanctissimo eiusdem episcopo: quae dignum censet et constituit, vt omnes Luna decima quarta Iudaeorum ritu mysticum pascha peragant: tamquam hoc ipsa iam inde a principio accepisset a sanctis apostolis Timotheo et Philippo

Σύνοδος ἀφελὴς, ἀνεξέταστος, μερικὴ, ἐν Ἐφέσῳ μητροπόλει τῆς Ἀσίας συναθροισθεῖσα ὑπὸ Πολυκράτους τοῦ ὁσιωτάτου αὐτῆς ἐπισκόπου· ἀξιοῦσα καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαιοπρεπῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἀνέκαθεν παραλαβοῦσα, βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέου καὶ Φιλίππου τῶν

s) ἐν Ἀγχιάλῳ Euseb. V. 19. Hist. eccles.

confirmatum. Victor autem Romanorum ecclesiae sanctissimus papa excommunicationem mittit Polycrati, qui huic praefuerat synodo: neque hoc solum, sed synodice etiam ea, quae ad hoc festum pertinebant, persequitur: et cum ipso synodi in plurimis prouinciis et partibus terrae congregatae, idem vnanimiter statuunt. Haec vero Commodo imperante euenerunt.

τῶν Ἀποστόλων. Βίκτωρ οὖν ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἁγιώτατος πάπας, ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει ταύτης προϊσταμένῳ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ συνοδικῶς τὰ περὶ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς διεξέρχεται· καὶ σὺν αὐτῷ ἐν πλείσταις ἐπαρχίαις καὶ μέρεσι τῆς γῆς σύνοδοι συγκροτοῦνται, καὶ συμφώνως ὁρίζουσι. Ταῦτα δὲ, Κομμόδου βασιλεύοντος, γέγονεν.

9. ROMANA, VICTORIS.

Synodus diuina et sacra prouincialis Romae collecta a beatissimo eiusdem episcopo Victore, et aliis episcopis quatuordecim: quae vetat, iudaice celebrari [P] Luna decima quarta sanctum et mysticum pascha: sed in sola magna et vitae praestatrice Dominica.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου αὐτῆς πάπα Βίκτωρος, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ἀπαγορεύουσα Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα· ἀλλ᾽ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ.

10. HIEROSOLYMITANA, NARCISSI.

Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Hierosolymis a terbeato illius archiepiscopo Narcisso, et aliis episcopis quatuordecim: super mystico pascha, secundum sanctissimum Anicetum et Victorem pronuncians.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Ναρκίσσου, τοῦ ταύτης τρισμάκαρος ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα, ὁρίσασα κατὰ τοὺς ἁγιωτάτους, Ἀνίκητον καὶ Βίκτωρα. A. C. 198.

11. CAESARIENSIS, PALAESTINA, THEOPHILI.

Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Caesareae Palaestinae, siue Pyrgostratonis, a Theophilo sanctissimo eiusdem episcopo, aliisque duodecim: quae de sancto pascha idem constituit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυργωστράτωνος, ὑπὸ Θεοφίλου τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ὑπὸ τοῦ ἁγίου πάσχα, ὁρίσασα ὡσαύτως. 198.

12. LVGDVNENSIS, IRENAEI.

A. C. 198. Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Lugduni Galliae, ab Irenaeo sanctissimo ibidem episcopo, aliisque tredecim episcopis: quae similiter de diuino et mystico pascha constituit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λυγδούνῳ τῆς Γαλλίας, ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ τριῶν Ἐπισκόπων· ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ πάσχα ὁμοίως.

13. CORINTHIACA, BACCHYLIDIS.

198. Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Corinthi a Bacchylide eiusdem sanctissimo archiepiscopo, aliisque octodedecim episcopis, quae idem de beato paschate constituit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων· ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου πάσχα ὡσαύτως.

[P] 14. ASIATICA, PLASMAE.

198. Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta in Asia a Plasma sanctissimo, aliisque quatuordecim episcopis: quae similiter de sancto pascha constituit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὸ Πλασμᾶ *) τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ ἑτέρων δεκατεσσάρων ἐπισκόπων· περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως.

15. OSROENA.

198. Synodus diuina et sacra prouincialis, in Osroëne, cui Edasa et Adiabenorum regia subiacet, collecta ab episcopis octodecim, quorum praeses memoriae proditus non est: de sancto pascha idem statuens, Commodo imperante.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ὀσροΐνῃ, ὑφ' ἣν καὶ ἡ Ἔδασα καὶ τῶν Ἀδιαβηνῶν γῆ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ὧν ὁ προκαθήμενος οὐ δεδήλωται· περὶ τοῦ θείου πάσχα ὡσαύτως ὁρίσασα, Κομμόδου βασιλεύοντος.

16. MESOPOTAMICA.

198. Synodus diuina et sacra prouincialis, ab octodecim episcopis collecta in Mesopotamia, Commodo imperante; quae de sancto pascha similiter constituit: cuius praesidem historicorum nemo manifestauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως· περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁμοίως ὁρίσασα· ἧς τὸν προκαθεζόμενον οὐδεὶς τῶν Ἱστορικῶν ἐδήλωσεν.

17. BO-

*) Πάλμαν vocat Eusebius IV. 13.

17. BOSTRENA, ORIGENIS.

Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta a doctissimo Origene in Bostra Arabiae, quam Iesaias olim Botron nominauit, cognominem Bosorae matri diuini Iobi; ad emendationem sacrisophistae Berylli eiusdem vrbis episcopi, qui in Theodoti coriarii sensum prolapsus fuerat, et ad orthodoxam rursus fidem, Origenis cohortatione recurrerat.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ πολυμαθοῦς Ὠριγένους, A. C. 229.
ἐν Βόστρᾳ τῆς Ἀῤῥαβίας, ἥν τινα Ἡσαΐας πάλαι Βότρον *) ὠνόμασεν, ἐπώνυμον οὖσαν Βοσόρας, τῆς μητρὸς τοῦ θεσπεσίου Ἰὼβ· ἐπὶ διορθώσει τοῦ ἱεροσοφιστοῦ Βηρύλλου, τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τὸ τοῦ σκυτέως Θεοδότου φρόνημα παρασυρέντος, καὶ αὖθις παλινδρομήσαντος εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ταῖς παραινέσεσιν Ὠριγένους.

[T] 18. ARABICA, EIVSDEM.

Synodus diuina et sacra prouincialis, in Arabia collecta ab Origene, aliisque quatuordecim episcopis pro correctione fidelium ex quadam pestilente haeresi, quae adfirmabat, vna cum ipsis corporibus animas interire, easdemque rursus cum corporibus resurgere arbitrabantur: Origenis autem, qui praesidebat, cohortatione, errorem deposuerunt.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ἀῤῥαβίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ὠριγένους, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ἐπὶ τῇ τῶν πιστῶν διορθώσει, ἔκ τινος λοιμώδους αἱρέσεως, ἀναφανείσης συμφθείρεσθαι τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασι, καὶ πάλιν συνανίστασθαι οἰηθέντων· τῇ παραινέσει δὲ τοῦ Ὠριγένους προκαθεζομένου, τὴν πλάνην ἀποθεμένων. 249.

19. ROMANA, VICTORIS.

Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Romae sub Victore sanctissimo papa, aliisque quatuordecim episcopis; quae Theodotum, Ebionem et Artemonem abdicauit, qui non minus, quam Iudaei, fide. Hi enim duces fuerunt Pauli Samosateni et Nestorii.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Βίκτορος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ἀποκηρύξασα Θεόδοτον, Αἰβίωνα, καὶ Ἀρτέμονα, τοὺς οὐχ ἧττον Ἰουδαίων τῇ πίστει. οὗτοι γὰρ ἀρχηγοὶ γεγόνασι Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Νεστορίου. 198.

20. ROMANA ALIA, EIVSDEM.

Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Romae a beatissimo papa Victore; quae Sabellium et Noëtum abdicauit, qui

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Βίκτορος· ἀποκηρύξασα Σαβελ- 198.

*) Ef. LXIII. 1. Βοσόρ.

de diuinitate in tribus perſonis ſubſiſtente, contractionem et commixtionem perſonarum diuulgabant: Valentinum item, qui praeter ceteras ineptias, corpus etiam Chriſti coeleſte adſerebat.

βέλλιον καὶ Νόητον, τοὺς ἐπὶ τῆς τρισυποστάτου θεότητος, συναλοιφὴν καὶ συναίρεσιν ὑποστάσεων πρεσβεύοντας· καὶ Οὐαλεντῖνον, τὸν σὺν πολλοῖς ἀτοπήμασι, καὶ οὐράνιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντα.

21. ROMANA, CORNELII.

A.C. 252. Synodus diuina et ſacra prouincialis, patrum beatorum Romae [P] congregata a Cornelio beatiſſimo papa, aliisque octodecim epiſcopis: quae Nouatum, laqueum illum poenitentiam agere volentium, abdicauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπική, πατέρων μακαρίων, ἐν Ῥώμῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Κορνηλίου τοῦ μακαριωτάτου Πάπα, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων· ἀποκηρύξασα Ναύατον, παγίδα τῶν μετανοεῖν βουλομένων.

22. CARTHAGINENSIS, CYPRIANI.

254. Synodus diuina et ſacra prouincialis, Carthagine, noua Africae ciuitate dicta, collecta a ſacro martyre Cypriano, qui eius erat epiſcopus, aliisque octoginta quatuor epiſcopis, quae Nouatum, vtpote poenitentiam lapſis negantem, abdicauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπική, ἐν Καρθαγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, γενομένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων· ἀποκηρύξασα Ναύατον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα.

23. ANTIOCHENA, DEMETRII.

255. Synodus diuina et ſacra prouincialis, Antiochiae collecta a Demetrio, eiusdem ſanctiſſimo epiſcopo: quae Nouatum depoſuit, tamquam qui peccatoribus patrocinaretur.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπική, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Δημητριανοῦ τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου· καθελοῦσα Ναύατον, ὡς ὄντα φιλαμαρτήμονα.

24. ALEXANDRINA, DIONYSII.

258. Synodus diuina et ſancta particularis, Alexandriae collecta a confeſſore Dionyſio, eiusdem archiepiſcopo: quae Sabellium diuinitatis inimicum abdicauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερική, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁμολογητοῦ Διονυσίου, τοῦ ταύτης ἀρχιερέως· ἀποκηρύξασα τὸν Σαβέλλιον τὸν ἀντίθεον.

25. ALEX-

25. ALEXANDRINA ALIA, EIVSDEM.

Synodus diuina et sancta prouincialis, collecta Alexandriae ab eodem Dionysio: quae damnauit et post mortem abdicauit Nepotianum, episcopum Aegypti et Cerinthum: tamquam adseuerantes, eoque errori plurimos alios inuoluentes, [P] in terrena Hierusalem Christi esse regnum, et millenarium annorum docentes: et praeterea boum sacrificia et ouium mactationes tamquam legitimas exigentes.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὑπὸ τοῦ προειρημένου Διονυσίου· καταδικάσασα καὶ ἀποκηρύξασα μετὰ θάνατον, Νεποτιανὸν ἐπίσκοπον Αἰγύπτου, καὶ Κήρινθον· ὡς διαβεβαιουμένους, καὶ πλεῖστα ἐξαπατῶντας, ἐν τῇ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλὴμ τοῦ Χριστοῦ εἶναι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν χιλιετηρίδα δογματίζοντας, πρὸς τούτοις βουθυσίας καὶ μηλοσφαγίας νομοθετοῦντας. A. C. 263.

26. ROMANA, STEPHANI.

Synodus diuina et sacra prouincialis, Romae collecta a Stephano sancto martyre et papa: quae eos, qui in Africana synodo sine ratione concesserant, eos rebaptizari, qui ex quacumque haeresi ad catholicam accederent ecclesiam, abdicauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Στεφάνου τοῦ ἱερομάρτυρος πάπα· ἀποκηρύξασα τοὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδῳ παραλόγως ἐπικεχειρηκότας ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐκ πάσης αἱρέσεως προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. 268.

27. ANTIOCHENA, HELENI.

Synodus diuina et sacra prouincialis, Antiochiae collecta: (cuius praeses erat Helenus, Tarsi episcopus; Theodorus Mopsuestiae; miraculorum effector Gregorius, Caesareae Ponti; Anatolius Laodiceae, hierosophus, cuius de paschate canones circumferuntur; et Malchion Antiochiae, sanctissimus,) quae deposuit et abdicauit Paulum Samosatenum, qui nihil aliud, quam Annas et Caiphas de Christo docuit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα· ἧς ἔξαρχος ἦν Ἕλενος, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος· Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, Καισαρείας Πόντου· Ἀνατόλιος Λαοδικείας, ὁ ἱερόσοφος, οὗτινος οἱ περὶ τοῦ πάσχα κανόνες ἐκφέρονται, καὶ Μαλχίων, Ἀντιοχείας ὁ ἱερώτατος, καθελοῦσα καὶ ἀποκηρύξασα Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, μηδὲν ἧττον Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐπὶ Χριστὸν πρεσβεύοντα. 274.

28. MESOPOTAMICA, ARCHELAI.

Synodus diuina et sacra particularis, collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharum episcopo, et Diodoro sacerdote, contra Manem infernalem, et [P] Diodoriadem presbyterum; quae multis modis confutatos hosce abdicauit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων, καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους, καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου· ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε. 277.

29. RO-

29. ROMANA, MILTIADIS.

A. C. 313. Synodus diuina et sacra prouincialis, collecta Romae a Miltiade sanctissimo papa, et Marco sanctissimo, et Caeciliano Carthaginis episcopo, super vnione episcoporum. Hanc igitur, vt et Arelatensem, Constantinus magnus imperator colligi praecepit, quum ab occidentalibus ad orientalia loca, numquam reuersurus discessisset, non viso Syluestro episcopo in throno Romae: sub Miltiade enim recessit: vnde verius est, vt teneamus, non baptizatum ipsum esse Romae, sed Nicomediae.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ Μιλτιάδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ Μάρκου τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ Κικιλλιανοῦ Ἐπισκόπου Καρθαγένης, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων. Ταύτην τοίνυν, καὶ τὴν ἐν Ἀρελάτῳ, προστάξας συγκροτηθῆναι ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀπάρας ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἐπὶ τὰ ἑῷα χωρία, ἀμεταστρεπτὶ ἅπασι· μὴ τεθεακὼς Σίλβεστρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ θρόνῳ Ῥώμης, ἀλλ᾽ ἐπὶ Μιλτιάδου ἀναχωρήσας· ὅθεν ἀληθέστερόν ἐστι κρατεῖν, μὴ βεβαπτίσθαι αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ᾽ ἐν Νικομηδείᾳ.

30. ARELATENSIS, CHRESTI.

314. Synodus diuina et sacra prouincialis, Arelati, a Chresto sanctissimo Syracusiorum Siciliae et praenominato Caeciliano, episcopis congregata: pro vnione episcoporum.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀρελάτῳ, ὑπὸ Χρέστου συναθροισθεῖσα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Συρακουσίων τῆς Σικελίας, καὶ τοῦ προειρημένου Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπου· ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων.

31. ANCYRANA, MARCELLI.

316. Synodus diuina et sacra prouincialis, duodecim episcoporum, collecta Ancyrae Galatiae; cui praefuit Marcellus ibidem episcopus, et Agricola, Caesareae Cappadociae: quae canonicam praescripsit emendationem eorum, qui in persequutione cecidissent.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας· ἧς ἐξῆρχε Μάρκελλος τῆς αὐτῆς ἐπίσκοπος, καὶ Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας· κανονικῶς τυπώσασα τὴν διόρθωσιν τῶν ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων.

[P] 32. CAESARIENSIS, PONTICA, VITALII.

316. Synodus diuina et sancta prouincialis, viginti trium episcoporum, quorum praeses fuit Vitalius, collecta Caesareae Ponti: de iis, qui in persequutione sacrificassent, aut adiurassent, aut idolothyta gustassent: quae etiam secundum differentiam transgressionis, rationabilem emendationem canonice praescripsit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, εἴκοσι καὶ τριῶν Ἐπισκόπων, ὧν ἐξῆρχε Βιτάλιος, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τοῦ Πόντου· περὶ τῶν ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθυσάντων, ἢ ἐξομοσαμένων, ἢ εἰδωλοθύτων γευσαμένων, ἢ καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς παραβάσεως, ἀνάλογον καὶ τὴν διόρθωσιν κανονικῶς διετύπωσεν.

Πατερ-

Πατρικίου Ἀραρσίου τοῦ μάκαρος, ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ· τοῦ ἐπιλεγομένου, Ὠκεανοῦ.

Patricii Ararsii sancti, ex oratione ipsius, quae Oceanus cognominatur.

Meletium igitur episcopum Thebaidos, qui in persequutione sacrificauerat, et infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehensus, sanctissimus Alexandriae episcopus Petrus, ante acceptam martyrii coronam, deposuerat, Christique ecclesia eiecerat: itemque Arium diaconum, tamquam, qui diversam substantiam de DEO verbo, atque etiam ista, Ex non entibus, et, Erat aliquando, quum non esset filius Dei et patris adsereret, diaconi munere fungi omnino prohibuerat. Petro autem in Domino defuncto, Achillas successit: qui Arium, ipsa haeresi et dominandi cupiditate victum, et Meletii ausis nefarie cooperantem, deceptus presbyterum constituit, et scholae Alexandrinae praefecit. Achilla vero non ita multo [P] *post sancte defuncto, ille apostolicorum dogmatum propugnator Alexander successit. Arius igitur, quod Alexandro praelatus non esset, magis iam dominandi cupiditate insolescere, et abstractis ab ecclesia, Euzoio diacono, Aeithale et aliis quibusdam, contra ecclesiam et Alexandrum, conuenticula coepit cogere, Heterousii doctrinam confirmare conatus. Beatissimus autem Alexander, quum multis ante admonitionibus vsus esset, ad illud tandem apostolicum praeceptum siue constitutionem* [v]) *deuenit, quae iubet haereticum hominem post vnam et alteram admonitionem vitari: quum quidem videret illos scripturarum testimoniis omnino destitui.*

Μελίτιον τοίνυν ἐπίσκοπον Θηβαΐδος, ἐν τῷ διωγμῷ θύσαντα, καὶ ἐπὶ μυρίοις ἑτέροις φωραθέντα ἐγκλήμασιν, ὁ μακαριώτατος Πέτρος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πρινὴ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι, καθεῖλε, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐξέωσε· καὶ Ἄρειον διάκονον, ὡς τὸ ἑτεροούσιον πρεσβεύοντα ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, διακονεῖν καθάπαξ κεκώλυκε. Πέτρου δὲ ἐν κυρίῳ τελειωθέντος, Ἀχιλλᾶς διαδέχεται· καὶ Ἄρειον τῇ αἱρέσει καὶ φιλαρχίᾳ κρατούμενον, καὶ τοῖς Μελιτίου τολμήμασιν ἀντιθέως συμπράττοντα, δελεασθεὶς χειροτονεῖ πρεσβύτερον, καὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου προΐστησιν. Ἀχιλλᾶν δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὁσίως τελειωθέντα, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος Ἀλέξανδρος διαδέχεται. Ἄρειος γοῦν, ὡς μὴ προκριθεὶς Ἀλεξάνδρου, μειζόνως τῇ φιλαρχίᾳ ἀλαζονεύεται· καὶ ἀποσπάσας τῆς ἐκκλησίας Εὐζώϊον τὸν διάκονον, Ἀειθαλᾶν, καὶ ἑτέρους τινὰς, κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ Ἀλεξάνδρου, φρατριάζειν ἀπήρξατο, κρατῦναι πειρώμενος τὸ ἑτεροούσιον. Ὁ δὲ μακαριώτατος Ἀλέξανδρος, πολλαῖς νουθεσίαις χρησάμενος, ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διάταξιν ἔρχεται τὴν λέγουσαν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον, μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ· ἰδὼν ἐκείνων καθόλου τὸ ἀνεπίγραφον.

33. ALEXANDRINA, ALEXANDRI.

Synodus diuina et sancta, sed particularis, (si ita dicendus est eorum, qui nuper

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, μερικὴ δὲ, ὡς φέρε εἰπεῖν ἐστὶ, τῶν προσφάτως εὑρισκομένων A. C. 317.

v) Tit. III. 10.

et facile reperiebantur episcoporum conventus,) quae Alexandriae a beato Alexandro collecta abdicauit et anathemati subiecit, tamquam in infidelitate perseuerantes, et putredinem siue vlcus ecclesiae adferentes, Arium, Euzoium, Achillam, Aeithalem, Lucium, Sarmatium, Iulium, Menam, Arium alium, et Helladium: ipsorumque depositionem vbique emisit: cui subscripserunt episcopi Libyae et Pentapolis, Syriae et Lyciae, Cappadociae et Asiae, atque etiam Alexander [P] Constantinopolis. Quae vero acciderant, ea Arius ad Eusebium Nicomediae et alterum Palaestinae, huic et consentientem et cognominem perscribit: qui quum in impietate idem sentirent, contra Alexandrum et Christi ecclesiam, multa vi et versutia aciem instruunt: vnde Christi amans imperator Constantinus synodum congregari praecepit.

μένων καὶ προχείρως ἐπισκόπων συνέλευσις· ἥτις συγκληθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ μάκαρος, ἀπεκήρυξε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ὡς ἐμμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ σηπεδόνα τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγοντας, Ἄρειον, Εὐζώϊον, Ἀχιλλᾶν, Ἀειθαλᾶν, Λούκιον, Σαρμάτιον, Ἰούλιον, Μηνᾶν, Ἄρειον ἕτερον, καὶ Ἑλλάδιον· καὶ τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν πανταχοῦ ἐξαπέστειλεν. εἰς ἣν ὑπογράφουσιν ἐπίσκοποι Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, Συρίας, καὶ Λυκίας, Καππαδοκίας, καὶ Ἀσίας, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως. γράφει δὲ Ἄρειος τὰ συμβάντα πρὸς τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ τὸν ἐκείνου Παλαιστίνης ὁμόφρονα καὶ συνώνυμον, οἳ ὁμονοήσαντες τῇ ἀσεβείᾳ, κατὰ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας δυνάμει καὶ κακουργίᾳ πολλῇ παρατάττονται. ὅθεν ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συγκροτηθῆναι θεσπίζει τὴν σύνοδον.

34. SYNODVS NICAENA, OECVMENICA PRIMA: CCCXVIII. PATRVM.

A.C. 325. Synodus diuina et sacra, oecumenica prima, trecentorum et octodecim diuinorum patrum, collecta Nicaeae, metropoli Bithyniae prouinciae: cui praefuerunt et praesederunt Vito et Vincentius presbyteri, locum tenentes Syluestri papae romani, eiusque successoris Iulii; Alexander, Alexandriae; Macarius, Hierosolymorum; Eustathius, Antiochiae; vice Metrophanis Constantinopolitani, Alexander presbyter: Hosius, Cordubae episcopus, et Constantinus inter christianos imperatores apostolus. Quae sancta synodus vnitatem essentiae diuinae, siue *τὸ ὁμοούσιον* sanctae trinitati accommodans, et sanctum atque mysticum pascha definiens, contra omnem

Σύνοδος θεία καὶ ἱερά, οἰκουμενικὴ πρώτη, τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει, τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, Βίτων καὶ Βικέντιος πρεσβύτεροι, τὸν τόπον ἐπέχοντες Σιλβέστρου τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ἰουλίου, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας, Μακάριος Ἱεροσολύμων, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, ἐκ προσώπου Μητροφάνους Κωνσταντινουπόλεως Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, Ὅσιος ὁ Κορδούβης ἐπίσκοπος, καὶ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν χριστιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόστολος. Ἥτις ἁγία σύνοδος τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἁρμόσασα, καὶ τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα

haeresim, diuinam fidei disciplinam exposuit; Arii videlicet, Sabellii, Photini, Pauli Samosateni, Manetis, [P] Valentini, Marcionis, et eorum, qui cum ipsis sentiunt. Abdicauit eadem Meletium Thebaidis episcopum, vna cum ordinationibus ipsius, et Nicomediae Eusebium. Sacros etiam libros et apocryphos, hoc modo manifestos fecit. In domo enim Dei, inferiore loco iuxta diuinam mensam omnibus collocatis, Dominum inuocans orauit: vt qui diuinitus inspirati essent, superius; qui autem adulterini, inferius, (quod et factum est,) inuenirentur.

σχα ὁρισαμένη, ἐξέθετο κατὰ πάσης αἱρέσεως τὸ θεουργὸν τῆς πίστεως μάθημα, Ἀρείου, Σαβελλίου, Φωτεινοῦ, Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μάνεντος, Οὐαλεντίνου, Μαρκίωνος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. Ἀποκηρύττει δὲ καὶ τὸν τῆς Θηβαΐδος Μελίτιον, μετὰ τῶν χειροτονιῶν αὐτοῦ, καὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον. Τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους καὶ ἀποκρύφους, τοιῷδε τρόπῳ καταδήλους ποιήσασα. Ἐν γὰρ τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, κάτω παρὰ τῇ θείᾳ τραπέζῃ αὐτὰς παραθεμένη προσηύξατο, ὡς εὑρεθῆναι τὰς θεοπνεύστους ἐπάνω, τὸν κύριον ἐξαιτησαμένη, καὶ τὰς κιβδήλους, ὃ καὶ γέγονεν, ὑποκάτωθεν.

35. CAESARIENSIS PALAESTINAE, ARIANORVM.

Alexandro vero papa Alexandriae, quinto post mense, quam Nicaea domum reuersus esset, ad Dominum digresso, Athanasius praesulatum merito accepit. Quos autem prius nominauimus falsae doctrinae adsertores, quum hoc resciuissent, vehementer perturbati sunt: quod iam ante, qualis hic vir esset, ipso vsu didicissent; eumque, tamquam homicidam, Christi amanti imp. Constantino detulerunt, et vt synodus contra ipsum Caesareae Palaestinae institueretur, incitarunt. Quum autem Athanasius, vt qui episcopum illius loci iam olim, et sibi et veritati expertus esset infensissimum, ibi non compareret: furiosa haec, re infecta, dissoluta est synodus.

Ἀλεξάνδρου τοίνυν τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας μετὰ πενταμηναῖον χρόνον τοῦ A. C. 334.
ἀναστρέψαι ἀπὸ Νικαίας, πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Ἀθανάσιος τὴν προεδρίαν ἀξίως εἰσδέχεται. Οἱ δὲ προρρηθέντες κακόδοξοι μεμαθηκότες, μεγάλως ἐτάκησαν, πεῖραν τὸν ἄνδρα γινώσκοντες, καὶ ὡς φόνιον τῷ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ τοῦτον ἀναδιδάξαντες, ἐν Καισαρείᾳ Παλαιστίνης σύνοδον κατ' αὐτοῦ γενέσθαι παρώτρυναν. Ἀθανασίου γοῦν ἐκεῖσε μὴ παραγενομένου, καὶ τὸν αὐτῆς ἐπίσκοπον προδήλως αὐτῷ ἐκ πάλαι καὶ τῇ ἀληθείᾳ χρηματίσαντος δυσμενέστατον, ἡ μανικὴ ἄπρακτος διελύετο σύνοδος.

36. TYRIA, EORVMDEM.

Vnde impii hi deteriora moliuntur, et pii imperatoris animum accendunt contra strenuum illum Athanasium: et vt synodice in Tyro iudicetur, mandatum im-

Ὅθεν καὶ μᾶλλον οἱ ἀσεβεῖς κακουργοῦσι, 335.
καὶ τὸν θυμὸν τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἀνάπτουσι, κατὰ τὸν πολύαθλον Ἀθανάσιον, συνοδικῶς ἐν Τύρῳ κριθῆναι παρα-

petrant. Eusebius autem Nicomediensis, blandis sermonibus imperatore decepto, et sub praetextu visendarum a beata Helena ad gloriam Iesu Christi veri Dei nostri Hierosolymis exstructarum ecclesiarum, (quae multa spectatu habebant dignissima, quarumque magnitudines Graeci historiis tradiderunt,) vehiculo ascenso, et numero plurimorum episcoporum, primariorumque senatorii ordinis ad se adtracto, Tyrum tenuit, Athanasio eiectionem et depositionem molitus; synodumque calumniis refertam contra diuinum symbolum et beatum Athanasium ibi coëgit: scortum sistens, a quo innocens accusaretur. Quum autem Athanasius subornationem hanc, per Timotheum presbyterum manifestissime redarguisset; ad excisionem manus Arsenii, Meletianorum diaconi sunt conuersi. Sed licet hac etiam in re calumniatores ipsos esse beatus Athanasius ostenderit, vtraque Arsenii manu demonstrata: non tamen pudorem eis incussit, vt a rabioso proposito desisterent; sed ab ipsis anathemate notatus, et tamquam [P] maleficus est eiectus; Arius vero et Euzoïus in communionem sunt recepti. Athanasius autem ista aduersus se designari animaduertens, fuga arrepta, Constantinopolim ad Christi-amantem imperatorem sese confert: et Sycophantias ipsorum exponit.

σκευάζεσι διατάξασθαι. Εὐσέβιος δὲ ὁ Νικομηδείας, ταῖς πειθανολογίαις βυκολήσας τὸν αὐτοκράτορα, ὡς ἐν τάξει θέας τῶν παρὰ τῆς μακαρίας Ἑλένης πρὸς δόξαν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν οἰκοδομηθεισῶν ἐκκλησιῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ, (προσεχουσῶν πολλῶν θεαμάτων, ὧν τὰ μεγέθη Ἑλλήνων παῖδες ἱστορίαις παραδεδώκασιν,) ὀχήματι ἐπιβὰς, καὶ ἀριθμὸν πλείστων ἐπισκόπων, καὶ συγκλητικῶν λογάδων ἐπισυρόμενος, τὴν Τύρον κατέλαβεν, Ἀθανασίῳ πραγματευόμενος τὴν ἐκβολὴν καὶ καθαίρεσιν· καὶ σύνοδον συκοφαντίας ἀνάμεστον, κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ μάκαρος, ἐν αὐτῇ συνεκρότησε, πόρνην παραστησάμενος τῷ ἀθῴῳ κατήγορον. Ἀθανασίου δὲ τὴν σύσκευὴν διὰ Τιμοθέου πρεσβυτέρου καθολικῶς διελέγξαντος, ἐπὶ τὴν ἐκκοπὴν τῆς χειρὸς Ἀρσενίου τοῦ Μελιτιανῶν διακόνου. πλὴν καὶ ἐν τούτῳ συκοφάντας αὐτοὺς παραστήσας ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, διὰ τῶν δύω χειρῶν Ἀρσενίου τῆς ὑποδείξεως, οὐκ ἐδυσώπησεν αὐτοὺς λωφῆσαι τοῦ λυσσώδους φρονήματος, ἀλλ᾿ ὑπ᾿ αὐτῶν ἀναθεματίζεται, καὶ ὡς κακοῦργος ἐκβάλλεται, Ἄρειος δὲ καὶ Εὐζώϊος εἰς κοινωνίαν εἰσδέχονται. Ἀθανάσιος μέν τοι τὰ καθ᾿ αὐτοῦ θεασάμενος, φυγὰς ἐν Κωνσταντίνου πόλει πρὸς τὸν φιλόχριστον βασιλέα κατήντησε· τὰ τῆς συκοφαντίας αὐτῶν ἐξηγούμενος.

37. MAREOTICA, EORVMDEM.

A. C. 335. Qui vero cum Eusebio erant, ad inspicienda Hierosolyma, et ad encaenia sese conuertunt; Nicaeae autem Theognium, et Perinthi Theodorum, Narcissum et Marin, vna cum societate idem sentiente, contra pium Athanasium in Mareotidem emittunt, quae a vicina palude, Maria

Οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐσέβιον, ἐπὶ τὴν θέαν τῶν Ἱεροσολύμων χωροῦντες καὶ τὰ ἐγκαίνια, τὸν Νικαίας Θεόγνιον, καὶ τὸν Περίνθου Θεόδωρον, Νάρκισσον καὶ Μάριν Χαλκηδόνος, μετὰ συμμορίας ὁμόφρονος, κατὰ τοῦ θεόφρονος Ἀθανασίου ἐν τῷ Μαρεώτῃ ἐξέπεμψαν. ᾧ τινι ἐκ τῆς πλησιοχώρου

dicta, nomen habet. Eſt enim hic tractus: Aegyptus, Thebais ſuperior et inferior, Mareotis, Augaſis, Marmarica, Libya, Pentapolis, Africa, Barbaria, Boeotia, Gadeira, Oceanus. Theognius igitur in Mareotide, vna cum conuenticulo illo impio conſiſtens, Iſchyrionem a ſemetipſo electum Mareotidis epiſcopum, accuſatorem diuini Athanaſii, in illa ſynodo conſtituit: contra abſentem obiecta crimina, tamquam certa recipiens.

χώρου λίμνης, καλουμένης Μαρίας, πρόσκειται τὸ ἐπώνυμον. ἐςὶ γὰρ ἀκολούθως οὕτως. Αἴγυπτος, Θηβαῒς ἡ ἄνω καὶ κάτω, Μαρεώτης, Αὔγασις, Μαρμαρικὴ, Λιβύη, Πεντάπολις, Ἀφρικὴ, Βαρβαρία, Βοιωτία, Γάδειρα, Ὠκεανός. Θεόγνιος τοίνυν ἐν τῷ Μαρεώτῃ μετὰ τοῦ συνεδρίου τῆς ἀσεβείας γενόμενος, Ἰσχυρίωνα, τὸν αὐτοχειροτόνητον Μαρεώτου ἐπίσκοπον, κατήγορον τοῦ θεοφόρου Ἀθανασίου, ἐν τῇ παρ' αὐτοῖς συνόδῳ προεςήσατο, κατ' αὐτοῦ μὴ παρόντος δεχόμενος τὰ ἐγκλήματα βέβαια.

38. ANTIOCHENA, EORVMDEM.

Neque hoc ſolum, ſed et Nicomedienſis Euſebius poſt ſpectata Hieroſolyma et encaenia ibi celebrata, Antiochiam ſeſe confert, et [¶] ſynodum contra diuinum ſymbolum et beatum Euſtathium inſtituit, Sabellianiſmum ipſi obiiciens, et adulterium, propter quae depoſitionem illi decernit, et ab imperatore condemnationem exſilii in Illyrico praeparat. Veruntamen meretricia illa muliercula, quae in vlnis infantem habuerat, et Euſtathii eum eſſe deierauerat, iuramenta obliuione inuoluere non potuit. Quum enim in longiſſimam cubationem ex morbo incidiſſet; clerus et populus confitentem audiuerunt, quantam ab haereticis contra beatum Euſtathium auri ſummam accepiſſet: de iuramento autem adfirmantem, ſe non aberraſſe a nomine, quum Euſtathii aerarii omnino fuerit infans demonſtratus.

Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ἀπάρας μετὰ τὴν θέαν, καὶ A.C. 341. τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκαίνια, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν παραγίνεται, καὶ σύνοδον κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Εὐςαθίου συνέςησε τοῦ μάκαρος. πλέξας Σαβελλισμὸν αὐτῷ καὶ μοιχείαν, δι' ὧν καθαίρεσιν ἐψηφίσατο, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως κατάκρισιν ἐξορίας ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ παρεσκεύασε. Μόνον τοῦ ἑταιρικοῦ γυναίου ἔχοντος ἐν ἀγκάλαις τὸ βρέφος, καὶ Εὐςαθίου εἶναι διομνυμένου, τοὺς ὅρκους λήθῃ καλύψαι οὐκ ἴσχυσε. Τούτου γὰρ καὶ μακροτάτῃ κλινοβατίᾳ περιπεσόντος, κλῆρος καὶ λαὸς ἐξαγορεύοντος ἤκουον, ἣν παρὰ τῶν αἱρετικῶν χρυσίου μετὰ τοῦ μακαρίου Εὐςαθίου ποσότητα ἔλαβε, ἐπὶ τῶν ὅρκων φάσκοντος μὴ διαμαρτεῖν, ὡς εἶπε, τοῦ ὀνόματος, Εὐςαθίου σπέρμα τοῦ χαλκέως, τοῦ ἐπιδειχθέντος βρέφους καὶ καθάπαξ ὑπάρχοντος.

39. CONSTANTINOPOLITANA, EVSEBIANORVM.

Euſebius igitur Nicomedienſis, et qui in Mareote conuenerant, Byzantium quum

Οἱ γοῦν περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, 341. καὶ οἱ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, ἐλθόντες εἰς τὸ

venissent, sanctum Athanasium inuenerunt, qui a piissimo imperatore canonicam vindictam institui peteret in delatores suos, propter calumniam illam in Tyro: quamobrem ad sua lustra immites illae bestiae metu perculsae descenderunt. Eusebius autem impudenter insurgens contra cognominem sibi episcopum, quatuor calumniatores exhibuit, qui de procuratione annonae et reliquis, [¶] iureiurando calumnias confirmantes, imperatori persuaserunt, vt, quae contra celebrem Athanasium adferebantur, Constantinopoli synodice examinarentur. Quod et factum est: consessu haereticorum, omnem contra sacrum symbolum mouente lapidem, et Athanasium innocentem Treuiros Galliae exsilio condemnante. Sanctum etiam Cimaten et Euphraten Antaradi, Euprepium Adrianopolis, et Lucium confessorem, qui in vinculis mortuus est, et Marcellum Ancyrae, tamquam homini-cultorem, deponente.

Βυζάντιον, εὗρον τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, Κωνςαντῖνον τὸν εὐσεβέςατον βασιλέα αἰτούμενον, ἐπὶ τῇ ἐν Τύρῳ συκοφαντίᾳ κανονικὴν γενέσθαι ἐπὶ τοῖς διαβλήτορσιν ἐπεξέλευσιν, καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φωλεοὺς καταπλήξαντες οἱ ἀνήμεροι θῆρες κατέδυσαν. Εὐσέβιος δὲ ἀναιδῶς φρυαττόμενος κατ' αὐτοῦ ὄνομα w) φέροντος ἐπισκόπου, τέσσαρας συκοφάντας παρέςησεν, οἱ περὶ σιτοπομπίου, καὶ τῶν λοιπῶν ὅρκοις τὰς λοιδορίας ἐκύρωσαν, τὸν βασιλέα συνοδικῶς ἐν Κωνςαντινουπόλει τὰ κατὰ τὸν ἀοίδιμον πείσαντες Ἀθανάσιον ἐξετασθῆναι. Ὃ καὶ γέγονεν, συνεδρίου αἱρετικῶν κατὰ τοῦ ἁγίου συμβόλου πάντα λίθον κινήσαντος, καὶ Ἀθανάσιον τὸν ἀνεύθυνον, εἰς Τρίβεριν τῆς Γαλλίας ἐξορίςον κατακρίναντος, καὶ τὸν ὅσιον Κιματᾶν, καὶ Εὐφρατᾶν Ἀνταράδου, Εὐπρέπιον Ἀδριανουπόλεως, καὶ Λούκιον τὸν ὁμολογητὴν, ὃς τελευτᾷ ἐν ταῖς ἁλύσεσι, καὶ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας, ὡς ἀνθρωπολάτρην, καθαίραντος.

40. CONSTANTINOPOLITANA, CONSTANTII.

A.C. 340. Constantinus igitur christianus imperator, x) posteaquam exsilio Athanasium multasset, Nicomediam veniens, quum in aegritudinem incidisset, baptizatus est: et quum iam ad Dominum peregrinaturus esset, testamento facto, reuocari ab exsilio diuinum Athanasium iussit; et Constantinum quidem et Constantem filios suos, orientalium Romanorum, Roma relicta, imperium retinere: Constantium autem ab Antiochia Romam similiter proficisci. Sed testamento ab Eustathio presbytero et curatore, qui Arianis occulte fauebat, cor-

Κωνςαντῖνος μὲν οὖν, ὁ ἐν Χριςιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόςολος, διὰ τῆς ἐξορίας τὴν σωτηρίαν Ἀθανασίῳ πραγματευσάμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Νικομήδειαν, καὶ ἀσθενείᾳ περιπεσὼν, ἐβαπτίσατο· καὶ μέλλων ἐκδημεῖν πρὸς τὸν Κύριον, ἐνδιαθήκως ἀνακληθῆναι τῆς ἐξορίας θεσπέσιον διετύπωσεν Ἀθανάσιον. Κωνςαντῖνον καὶ Κώνςαντα τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τῶν ἑῴων Ῥωμαίων, ἐκ Ῥώμης ἀπάραντας, τῆς βασιλείας ἀντέχεσθαι, καὶ Κωνςάντιον ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς Ῥώμην, ὁμοίως ἀντιπορεύεσθαι. Ἀλλὰ τῆς διαθήκης φαλσευθείσης ὑπὸ Εὐςαθίου τοῦ

w) φέροντας, contra ipsum, nomen gerentes episcopi.

x) Inter christianos imp. apostolus, quum per exsilium salutem Athanasio procurasset.

rupto: Constantius imperator Orientis renunciatur, et quum fratres [P] ipsius orthodoxi essent, solus ipse in Arianorum sensum prolapsus est. Confestim enim, qui cum Eusebio Nicomediensi faciebant, ipsum contra sanctissimum Paulum accedunt, cum multis calumniis, et hoc deferentes: sine tuo, imperator, decreto, Alexandro mortuo, in solium Constantinopolis seipsum collocauit. Ille autem consessum haereticorum Constantinopoli, contra diuinum symbolum congregari praecipiens, Paulum confessorem ex ecclesia eiici, eiusque loco pridem Beryti, tunc autem Nicomediae episcopum Eusebium introduci iussit.

τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐπιτρόπου κεκρυμμένου Ἀρειανοῖς χρηματίζοντος, Κωνστάντιος βασιλεὺς τῆς Ἑώας ἀναγορεύεται, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ὀρθοδοξούντων, μόνος εἰς τὸ Ἀρειανικὸν κατωλίσθησε φρόνημα. Εὐθὺς γὰρ οἱ περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, αὐτῷ κατὰ τοῦ μακαριωτάτου Παύλου προσέρχονται, σὺν πολλαῖς διαβολαῖς καὶ τοῦτο φαίνοντες, ὡς δίχα τῆς σῆς, βασιλεῦ, διαγνώσεως, Ἀλεξάνδρου τελεωθέντος, εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ἑαυτὸν ἐνεκαθέδρευσεν. Ὁ δὲ συνέδριον αἱρετικῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου διαταξάμενος, Παῦλον τὸν ὁμολογητὴν ἐκβληθῆναι τῆς ἐκκλησίας ἐκέλευσε, καὶ ἀντεισαχθῆναι πρώην Βηρυτοῦ, Νικομηδείας Εὐσέβιον.

41. ANTIOCHENA, ARIANORVM.

Synodus haeretica Antiochiae Syriae, nonaginta septem episcoporum, qui verbo quidem et praetextu propter initiationem ecclesiae Constantinianae, quae inter spectacula praecipuum obtinebat locum, scopo autem et re ipsa contra diuinum symbolum, et generosa mente praeditum Athanasium conuenerant. Ei praefuerunt Nicomediae episcopus Eusebius, et Palaestinae Acacius, Caesariae Cappadociae Dianius, Asterium habens Cappadocem philosophum. Qui et sacrum commutantes symbolum, Alexandriam Gregorium emiserunt, qui cum quatuor millibus armatorum [P] beatum Athanasium persequutus est, et ipse corrumpere ecclesiam festinavit. Qui igitur cum Eusebio erant Ariani, quum in synodo superiores essent, quamquam ei orthodoxi quoque interessent, diuinum pascha secundum Nicaenam syno-

Σύνοδος αἱρετικὴ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, τῶν ἐννενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπων συνελθόντων· λόγῳ μὲν καὶ προφάσει τῶν ἐγκαινίων τῆς Κωνσταντιανικῆς ἐκκλησίας, ἑνὸς ὑπαρχούσης τῶν θεαμάτων, σκοπῷ δὲ καὶ πράγματι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ τοῦ Ἀθανασίου τοῦ γενναιόφρονος· ἧσπερ ἐξῆρχον ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, καὶ Παλαιστίνης Ἀκάκιος, καὶ Καισαρείας Καππαδοκίας Διάνιος, Ἀστέριον ἔχων τὸν Καππαδόκην φιλόσοφον. Οἳ καὶ τὸ ἅγιον μεταποιήσαντες σύμβολον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γρηγόριον ἐξαπέστειλαν, ὅστις ἐπιστὰς, σὺν τετρακισχιλίοις ὁπλίταις τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐξεδίωξεν· καὶ αὐτὸς λυμαίνεσθαι τὴν ἐκκλησίαν κατέσπευσεν. Οἱ οὖν περὶ Εὐσέβιον Ἀρειανοὶ, τῆς συνόδου κρατοῦντες, κἂν ὑπῆρχον ἐν αὐτῇ καὶ ὀρθόδοξοι, τὸ θεῖον πάσχα κατὰ τὴν ἁγίαν ἐν Νικαίᾳ A.C. 341.

ὁρίζουσι

dum definiuerunt, et canones, qui iam circumferuntur, exposuerunt.

ὁρίζουσι σύνοδον, καὶ τοὺς ἐμφερομένους ἤδη κανόνας ἐξέθεντο.

42. ANTIOCHENA ALIA, EORVMDEM.

A.C. 344. Paulum igitur et Athanasium, beatus papa Iulius, et Constans piissimus imperator, Romae quum vidissent, sua eis solia reddiderunt. Quapropter, qui diuersum sentiebant, rursus Antiochiae contra diuinum symbolum congregantes synodum, Paulum et Athanasium deposuerunt; multis etiam Iulium incessentes, quod non bene contra ipsos canones constituisset.

Παῦλον τοίνυν ἐν Ῥώμῃ, καὶ Ἀθανάσιον ὁ μακάριος πάπας Ἰούλιος, καὶ Κώνστας ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς θεασάμενοι, καὶ οἰκείους θρόνους ἀποδεδώκασι. διόπερ οἱ ἑτερόδοξοι, καὶ αὖθις ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συναθροίσαντες σύνοδον, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀπεκήρυξαν, καθαψάμενοι πλεῖστα Ἰουλίου, ὡς μὴ καλῶς αὐτοῖς ἀντικανονίσαντος.

43. ANTIOCHENA RVRSVS ALIA, EORVMDEM.

Constante ergo et Iulio propter sanctum symbolum auxilia sua cum illius (symboli) professoribus coniungentibus, vera et salutaris fides augebatur. Vnde et phalanx haereticorum rursus Antiochiae contra diuinum symbolum confluens, Photinum et Sabellium, et Marcellum Ancyrae anathemate notauit, et Romam definitionem exponens fidei ablegauit, quam tamen occidentales et Iulius non admiserunt.

Κώνσταντος γοῦν καὶ Ἰουλίου διὰ τὸ ἅγιον σύμβολον τοῖς αὐτῶν συμμαχούντων συνιστοροῦσιν, ἡ ἀληθὴς σωτήριος πίστις ηὐξάνετο. Ὅθεν καὶ φάλαγξ αἱρετικὴ πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συῤῥέουσα, Φωτεινὸν καὶ Σαβέλλιον καὶ Μάρκελλον Ἀγκύρας ἀνεθεμάτισε, καὶ εἰς Ῥώμην ὅρον ἐκτιθεμένη τῆς πίστεως ἐξαπέσταλεν, ὃν οἱ ἑσπέριοι καὶ Ἰούλιος οὐ προσήκαντο.

[P] 44. SARDICENSIS, ORTHODOXA.

347. Constans vero diuinissimus, quum fratrem Constantium Euripi instar mutabilem esse, et Arianis gratificari animaduerteret; synodum sanctam Sardicam indicit, metropolin Illyriorum et Dacorum, vt Pauli et Athanasii caussam examinarent. In ea conuenerunt Roma, ex Hispaniis, Gallia, Italia, Campania, Africa, Sardinia, Dardania, Macedonia, Thessalia, Paeonia, Mysia, Achaia, Epiro, Thracia, Europa, Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto

Κώνστας δὲ ὁ θειότατος, Κωνστάντιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ θεασάμενος εὐριπόφρονα, καὶ τοῖς Ἀρειανοῖς χαριζόμενον, δηλοποιεῖ σύνοδον ἁγίαν, ἐν Σαρδικῇ τῇ μητροπόλει τῶν Ἰλλυρικῶν καὶ Δακῶν ἀθροισθεῖσαν, ἐξετάσαι τὰ κατὰ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον. ἐν ᾗ συνῆλθον ἀπό τε Ῥώμης, καὶ τῶν Σπανιῶν, Γαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Ἀφρικῆς, Σαρδινίας, Δαρδανίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Παιονίας, Μυσίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρου, Θράκης, Εὐρώπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλη-

Euxino, Cilicia, Phrygia altera, Pamphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palaestina, Arabia, sexaginta sex primores episcopi; quibus praeerant Hosius, Cordubae episcopus, Abramiaeus et Protogenes Sardicae archiepiscopus. Haec sanam illustrans doctrinam, Paulum et Athanasium recepit, perpetuaque depositione notauit Gregorium Alexandriae, Quintilianum Gazae, et Ancyrae Basilium; decernens, ne quis eis communicaret, neue a quoquam fideli episcopi nominarentur, tamquam qui tyrannice sedes suas occupassent; Theodorum vero Heracleae et Palaestinae Acacium, Stephanum Antiochiae, et Syngidoni Isaacium, [P] Menophantem Ephesi, et Mydae y) Valentem abdicauit solum, et Ciliciae Georgium: quos post mortem abiecit, quum comperisset, eos pridem ab Alexandro Constantinopolis condemnatos fuisse.

Ἑλλησπόντε, Φρυγίας, Πισσιδίας, Καππαδοκίας, Εὐξείνε Πόντε, Κιλικίας, Φρυγίας ἄλλης, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτε, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιςίνης, Ἀῤῥαβίας, ο καὶ ϛ λογάδες ἐπίσκοποι, ὧν ἐξῆρχον, Ὅσιος Κερδέβης ἐπίσκοπος, Ἀβραμιαῖος, καὶ Πρωτογένης ὁ ταύτης ἀρχιεπίσκοπος. Ἡ τὸ ὑγιὲς τρανώσασα μάθημα, προσεδέξατο Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον, εἰς παντελῆ καθαίρεσιν Γρηγόριον τὸν Ἀλεξανδρείας ἀποκηρύξασα, Κυντιλιανὸν Γάζης, καὶ τὸν Ἀγκύρας Βασίλειον, μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἐπισκόπες ἐκ ὀνομάζεσθαι παρὰ παντὸς πιςε κρίνασα, ὡς τυραννικῶς τῶν θρόνων κρατησάντων, Θεόδωρον δὲ τὸν Ἡρακλείας καὶ Παλαιςίνης Ἀκάκιον, Στέφανον Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Συγγιδόνε Ἰσαάκιον, Μηνόφαντα Ἐφέσε, καὶ τὸν Μύδας Οὐάλεντα, ἀπεκήρυξε μόνον, καὶ τὸν Κιλικίας Γεώργιον· ἓς τινας μετὰ θάνατον ἀπεβάλλετο, παρὰ τε Κωνςαντινεπόλεως Ἀλεξάνδρε καταδίκες τὸ πρὶν ἐξιχνεύσασα.

45. PHILIPPOPOLITANA, ARIANORVM.

Ariani igitur propter Paulum et Athanasium scissione facta, conuenticulum aliud Philippopoli episcoporum sexaginta fecerunt: et infami definitione exposita, Paulum et Athanasium abdicarunt.

Οἱ γεν Ἀρειανοὶ διὰ τὸν Παῦλον καὶ A.C. Ἀθανάσιον ἀποσχίσαντες, παρασύναγμα 347. ἐν Φιλιππεπόλει ἐπισκόπων ἑξήκοντα ἐποιήσαντο, καὶ δύσφημον ὅρον ἐκθέμενοι, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀπεκήρυξαν.

46. CORDVBENSIS, HOSII.

Quapropter Cordubae episcopus sanctissimus Osius synodum diuinam et sanctam episcoporum sua in ciuitate conuocans, diuinitus expositam illustrauit doctrinam, condemnans eosdem; quos Sardicensis abdicauerat synodus, et, quos ea absoluerat, recipiens.

Διόπερ Κερδέβης ἐπίσκοπος ὁ πανόσιος 347. σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐπισκόπων ἐν τῇ οἰκείᾳ πόλει προσκαλεσάμενος, τὸ θεηγορὸν ἐτράνωσε μάθημα· κατακρίνας ἓς ἡ Σαρδικὴ ἀπεκήρυξε σύνοδος, καὶ, ἓς πάλιν ἐδικαίωσε, προσδεξάμενος.

47. AN-

y) Mursae.

47. ANTIOCHENA, ARIANORVM.

A.C. 347. Verum et piissimus Constans, Paulum et Athanasium defendens, reuerendissimos duos episcopos, Euphraten et Vincentium nominatos, et cum illis Christi amantem ducem Salinum Roma Antiochiam ad fratrem Constantium misit. Stephanus vero impius Antiochiae episcopus haereticorum consessum calumniis plenum efficiens, scortum per quemdam iuuenem noctu [?] ad venerandos episcopos Romanorum introduxit, id quod Salinus a Stephano astu procuratum fuisse redarguit. Quapropter, quae conuocata fuerat synodus, Stephanum Arianum deposuit, eiusque in locum Leontium substituit, qui sua se manu castrauerat. Is quum animaduertisset, quosdam in doxologia filii, pro coniunctione ET, praepositionem PER ponere; alios vero praepositionem aliam IN, Spiritui sancto accommodare, silentio finem doxologiae compleuit, tantummodo pronuncians, in saecula saeculorum.

A. C. 201. *S. Zephyrino* papae tributae epistolae decretales.

circa A. 215. *Carthaginiense I.* concilium sub Agrippino episcopo ab Africae proconsularis et Numidiae episcopis de haereticis rebaptizandis, ad cuius sententiam prouocat S. Cyprianus in epist. 71. ad Quintum, et 73. ad Iubaianum. Meminit et S. Augustinus passim et Vincentius Lirinensis lib. 1. Commonitorii cap. 9. Sed ab ecclesia improbatur hoc concilium. *Fabr.* Conf. *Petri de Marca* diss. de veteribus collectionibus canonum, in *Gallandii* sylloge de vetustis canonum collect. tom. I. Mogunt. 1790. 4. pag. 180. sqq. cap. IV. de canonibus Africanis et conciliis Carthaginiensibus; p. 187. sqq. cap. V. de ordine conciliorum Africae in veteri collectione; p. 194. sqq. cap. VI. de synodo Africana, habita Caesario et Attico coss. p. 198. sqq. capp. VII–X. de conciliis Carthaginiensibus IV–VI. p. 210. cap. XI. de reliquis conciliis Africanis. — Add. *Walchii* Entwurf etc. p. 91. sq. *Harl.*

†† 217. *Carthaginiense II.* concilium sub eodem Agrippino, in quo sancitus canon: *Ne clericus vllam curam tutelamue susciperet.* Meminit S. Cyprianus epistola 66. de Victore etc.

219. *S. Calixto* siue Callisto papae tributae epistolae decretales II.

224. *S. Vrbano* tributa epistola decretalis ad omnes Christianos.

†† ad A. 230. Baluzius refert *Alexandrinum* concilium sub Demetrio episcopo habitum in causa Origenis, quem sacerdotii honore exuit ob sui mutilationem. Vide Pamphilum martyrem apud *Photium* cod. CXVIII. p. 297. *Eusebium* lib. 6. c. 8. et 23. *Hieronymum* lib. de script. eccles. c. 54. et 62. *Rufinus* libro 2. inuectiu. in Hieron.

ron. in caufa fidei Origenem dicit effe damnatum. Ab Heracla Demetrii fucceffore pulfum ab ecclefia, Gennadius lib. de viris illuftr. c. 33. et Petrus Alexandrinus in Myftagogia, cuius fragmentum recitat Iuftinianus imp. in epiftola ad Menam.

A. C. 231. *S. Pontiano* papae tributae epiftolae decretales duae.

235. *S. Antero* papae tributa epiftola decretalis vnica.

†235. *Alexandrinum* concil. fub Heracla aduerfus Ammonium, religionis [?] defertorem. Meminit *Labbeus* tom. 1. p. 1564. (1644.) ex Eutychii Annal. *Fabr.* Sed Eutychio parum fidei tribuit *Walch.* in: Entwurf etc. p. 94. Idem ib. p. 97. de arabico concilio, poft a. 246. et ex *Eufebio* libr. VI. c. 37. p. 301. contra Fabricium aliosque animaduertit, auctorem libelli fynodici recte duo arabica concilia retuliffe. *Harl.*

235. Concilia *Iconii* et *Synnadis* habita de baptifmo haereticorum refert *Eufebius* VII. 7. gr. Vide et *S. Auguftinum* lib. 3. contra Crefconium grammaticum c. 3. et *Firmilianum* epift. ad S. Cyprianum, [ep. LXXV. inter epiftolas Cypriani p. 145. fq.] vbi fynodum collectam fuiffe refert ex epifcopis Phrygiae, Galatiae et Ciliciae aduerfus Montaniftas. *Labbeus* retulit ad A. 256. [fed vid. *Walch.* Entwurf etc. p. 95. fq. *Harl.*]

236. *Fabiano* papae tributae decretales III.

†Decreta VIII. ex Gratiano 10. dift. 19. *Si quis contriftatus.* 18. VI. quaeft. 1. *Quicunque fciens.* 26. XXXII. qu. 7. *Neque furiofus.* 3. XXXV. qu. 2. et 3. *De propinquis. Qui propinquam.* 1. XXXV. qu. 6. *Confanguineos.* 16. de Confecr. dift. 2. *Etfi non frequentius.* 1. dift. 78. *Si quis triginta:* quod Gratianus Bonifacio papae tribuit, ceteri collectores Fabiano. Decreta duo ex codice decretorum, XVI. librorum, lib. 5. c. 7. et 9.

†237. *Romanum* concilium, in quo damnatur *Origenes* a Fabiano papa, teftis Rufinus libro 2. inuectiu. in Hieron. *Damnatur Origenes a Demetrio epifcopo, exceptis Palaeftinae, et Arabiae, et Phoenices atque Achajae facerdotibus: in damnationem eius confentit vrbs Roma. Ipfa contra hunc cogit fenatum etc.* Hieronymus epift. 65. ad Pammach. et Oceanum: *Ipfe Origenes in epiftola, quam fcribit ad Fabianum romanae vrbis epifcopum, poenitentiam agit cur talia fcripferit etc.* Vide et *Eufebium* lib. VI. c. 36. [fed *Walch.* l. c. p. 94. dubium effe videtur. *Harl.*]

240. *Lambefitanum* concilium in Africa fub Donato, Carthag. epifcopo, ab epifcopis XCIX. aduerfus *Priuatum* haereticum, tefte S. Cypriano epift. 55. ad Cornelium papam.

circa A. 243. *Boftrenum* in Arabia aduerfus *Beryllum,* quem Origenes ab errore reuocauit. Vide *Eufebium* VI. 33. gr. Ex hoc vno concilio bina facit auctor fynodici fupra p. 190. 191. ed. vet. et ed. nou. p. 365.

*circa

*circa A. 245. *Ephesinum* siue alibi in Asia proconsulari contra Noëtum, de quo Baluzius ex Epiphanii haeresi 57. tom. 1. p. 479. *Fabr.* Sed incertum esse videtur *Walchio* l. c. p. 98. *Harl.*

circa A 250. Concilium *Achaiae* contra Valesiorum siue Eunuchorum sectam, de qua *Baluzius* ex auctore Praedestinati lib. 1. c. 37. *Fabr.* *Walchio* l. c. pag. 99. non solum narratio de hoc concilio esse falsa, sed etiam, sectam *Valesianorum* vnquam exstitisse, valde dubium esse videtur. *Harl.*

†250. vacante sede, *Romanum* in caussa lapsorum, a romano clero et episcopis, in vrbe residentibus. Conferendae S. Cypriani epistolae [?] ad clerum rom. clerique romani ad Cyprianum et clerum Carthaginiensem epistolae.

251. *S. Cornelio* papae tributae decretales duae ad omnes fideles et Rufum episcopum.

†Epistola Cornelii papae ad Fabium Antiochenum, quam recitat *Eusebius* VI. 43. Alia ad Lupicinum, episcopum Viennensem, quam ex bibliotheca Floriacensi descripsit *Baronius* ad a. C. 255. num. 47. Duae item ad S. Cyprianum, inter cuius epistolas exstant cum octo Cypriani ad Cornelium epistolis, et vna de Cornelio ad Antonianum. *Fabr.* [*Tertia Cornelii epistola gr. lat. cum notis Coustant. *Mansi I.* p. 808. et eiusdem epistola VII. ex Baluzio, p. 812. *Mart.* — *Duo* autem concilia *Romana* sub Cornelio fuisse habita, contra Baronium, quem alii, etiam Harduinus et Fabricius noster sequuti sunt, negat *Walch.* l. c. p. 102. laudatque Pagium ac *Tillemont.* in Memoires pour servir à l'histoire eccles. tom. III. p. 739. sqq. iam refutantes Baronium. *Harl.*]

††*Romanum I.* concilium sub Cornelio papa, cum episcopis LX. quorum decreto eiectum ex ecclesia Ναβάτον, hoc est Nouatianum, refert Georgius Syncellus. Vide et *Eusebium* VI. 43. vbi Νόυατον vocat, et *Hieronymum* de viris illustr. c. 66. quamuis ibi, cur italicam synodum a Romana distinguat, nihil causae adpareat. Est et apud Gratianum 16. XXII. qu. 5. *Honestum etiam videtur:* decretum nomine Cornelii papae: sed, vt ibi notatum est, verius e Capitular. lib. 1. c. LXIII.

Carthaginiense I. sub S. Cypriano, de lapsis et aduersus Felicissimum schismaticum. Vide epistolam Cypriani XL. ad plebem, XLII. ad Cornelium, LII. ad Antonianum, et LIV. et LV. ad Cornelium, papam.

252. *Romanum II.* sub Cornelio, cum plurimis episcopis, qui decreta Carthag. concilii comprobarunt, teste Cypriano epistola 52. ad Antonianum, et 68. de Basilide et Martiale.

Carthaginiense II. [i]) sub Cypriano, cuius synodica est epistola Cypriani 54. ad Cornelium. Actum fuit in hoc concilio etiam de *Priuato*, episcopo Lambesitano,

i) Hoc tamen II. et, quod postea numeratur, III. Carthagin. ad a. 253. vnum idemque fuisse concilium *Walch.* l. c. p. 105. not. cum *Tillemont.* l. c. tom. IV. p. 116. aliisque censet. *Harl.*

tano, vt ipse docet Cyprianus epistola 55. ad Cornelium papam, scripta sub anni sequentis initium. Item de *Felicissimo* diacono, schismatis Carthaginiensis aduersus Cyprianum auctore, vt fidem facit eadem epistola. Denique de *Nouatiano*, vt Cyprianus idem docet epistola 68. de Marciano Arelatensi, Nouatiani fautore, scripta post biennium ad Steph. papam. Conferre iuuabit Annales Cyprianicos Ioannis Pearsoni.

A. C. 253. *Antiochenum* sub Demetriano contra Nouatum, memorat vetus Synodicon cap. 23. supra p. 192. ed. vet. et ed. nou. p. 366. Plura Baluzius ex *Eusebii* VI. 46. et VII. 8. [et *Walch.* l. c. p. 103. ad a. 252. cui id conc. nondum videtur indubitatum. *Harl.*]

[P] 253. *S. Lucio* papae tributa decretalis vnica.

†Decreta III. ex Gratiano 19. dist. LXXXI. *Ministri altaris.* 20. dist. LXXXI. *Clericus solus.* 21. dist. LXXXI. *Sed si forte*, quod est ex Clementis epistola 2. ad Iacobum fratrem Domini.

[* Decretum alterum Liuii, (ex vet. Poenitentiali ap. Canisium vett. lectt. II. p. 11. ed. Basnag.) *Mansi I.* p. 884. *Mart.*]

Concilium *Carthaginiense III.* de infantibus baptizandis: sub S. Cypriano cuius epistola 69. ad Fidum fratrem huc pertinet.

Carthaginiense IV. aduersus Basilidem et Martialem, Hispaniae episcopos libellaticos, sub S. Cypriano, cuius synodica epist. 68. ad Felicem etc.

254. *Carthaginiense I.* de baptismo, sub Cypriano, cuius epistola 70. ad Iouianum (Iubaianum) et alios episcopos Numidas exhibetur cum graeca versione, qualis est apud Zonaram et Balsamonem, [k]) cum versione Gentiani Herueti recognita.

255. *S. Stephano* papae tributae decretales duae.

Carthaginiense II. de baptismo, sub eodem Cypriano et LXX. episcopis Africae ac Numidiae. Exstat epistola Cypriani 72. synodica ad Stephanum papam. Meminit etiam huius concilii in epistola 73. ad Iubaianum.

256. *Carthaginiense III.* de baptizandis haereticis, sub eodem Cypriano ex tribus prouinciis, Africa proconsulari, Numidia et Mauritania. Huius concilii decreta episcoporum LXXXVII. non latine modo ex Cypriano (p. 229. seq. edit. Oxon.) sed etiam graece, perturbato ordine, vt apud Zonaram [l]) occurrunt, exhibentur. Conferendus etiam MS. codex bibl. caesareae, de quo *Lambecius* VIII. p. 439. seq. *Fabr.* Siue col. 924. sqq. ed. Koll. nr. 36. cod. XLV. qui multorum conciliorum acta canonesque, epistolas patrum eccles. constitutiones aliaque, ad ius canon. pertinentia continet. *Harl.*

Roma-

k) Tom. I. synodici magni Beueregiani p. 365. l) ibid. p. 368.

Romanum concilium Stephani papae aduersus rebaptizantes, cuius meminit Cyprianus epist. 74. ad Pompeium, *Eusebius* VII. 3. Vincentius Lirinensis et Synodicon vetus c. 26. supra p. 193. ed. vet. et ed. nou. p. 367. Confer *Baluzium* p. 19. in collect. nou. *Fabr.* Sed *Walch.* l. c. postquam p. 106. sqq. de tribus conciliis Carthagin. sub Cypriano habitis egerat, p. 109. sq. concilium Stephani *romanum* plane fictitium esse, atque Baluz. l. c. Harduin. in indice tom. I. concil. et Fabricium, male interpretatos esse narrationem Cypriani, Eusebii ac Vinc. Lirinensis, vberius demonstrat. *Harl.*

*†Libellum, *non debere denuo baptizari, qui semel in nomine Domini nostri Iesu Christi tincti sunt,* quem Rigaltius sine nomine auctoris ex cod. Remensi descriptum a Sirmondo, in notis ad Cyprianum vulgauit, Labbeus in synopsi notat a codice Vaticano [P] tribui *Vrsino* monacho Afro, (de quo Gennadius c. 27. de S. E.) ediditque tom. I. concil. p. 770. subiectis p. 784. Rigaltii notis. Sed Harduinus omisit.

A. C. 257. *S. Sixto II.* papae tributae duae decretales epistolae.

†Decreta II. ex Gratiano 15. II. quaest. 6. *Si quis putauerit.* et 17. III. quaest. 6. *Si quis clericus:* quod alii Eleuthero papae tribuunt, alii Felici I.

*†*Narbonense* [fabulosum, v. *Walch.* l. c. p. 110.] in causa S. Pauli antistitis, incontinentiae a diaconis falso insimulati, ad haec tempora refert *Labbeus* tom. I. pag. 825. ex Gregorio Turonensi lib. I. hist. cap. 30. et auctore vitae S. Pauli episcopi in parte 2. historiarum ecclesiae Gallicanae, editarum a Francisco Bosqueto, Monspeliensi episcopo.

Romanum, quo damnantur Noëtus, Sabellius et Valentinus, et quod non sub Victore, vt auctor Synodici veteris c. 20. supra p. 191. ed. vet. et ed. nou. p. 365. sed sub Sixto II. celebratum Baluzius adnotat.

258. *S. Dionysio* papae tributae decretales epistolae II. *Fabr.* [*Epistolarum s. scriptorum, quae ad Dionysium papam adtinent, notitia et fragmenta, (ex P. Coustant p. 271. sq.) *Mansi I.* p. 1009. *Mart.*]

circa A. 260. *Romanum* concilium in causa Dionysii Alexandrini de Sabellianismo accusati, in hoc concilio absoluti. Vide S. Athanasium in epistola de sententia Dionysii contra Arianos, et in epistola de synodis Arimini et Seleuciae p. 918. tom. I. Paris. 1627. et S. Basilium libro de spiritu sancto ad Amphilochium capite vlt.

circa A. 262. *Concilium in Africa*, in quo sancitum est, haereticos non esse rebaptizandos. Testis S. Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos: *Conatus est*, inquit, *beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: et idcirco haereticorum baptisma reprobans ad Stephanum, tunc romanae vrbis episcopum super hac re Africanam synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos haereticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuoluti nouum emisere decretum.*

*Dionysii

*Dionysii Alexandrini epistola canonica m) ad Basilidem Pentapolitanum in Libya episc. graece et latine cum Herueti versione recognita.

[P] *S. Gregorii thaumaturgi, archiep. Neocaesariensis, canones XI. n) graece et latine cum interpretatione eiusdem Herueti.

*†Eiusdem Gregorii expositio fidei.

Alexandrina duo concilia a Dionysio habita memorat vetus Synodicon supra p. 366.

circa A. C. 265. *Antiochenum I.* aduersus Paulum Samosatenum, de quo Theodoretus lib. 2. de haereticis fabulis c. 8. Gregorium Neocaesariensem praefuisse synodo refert Maximus in collatione cum Theodosio episcopo Caesareae Bithyniae p. 161. 162. Adi et Leontium Byz. libro III. contra Nestorium, tom. IV. antiqu. lect. Henrici Canisii, [et *Walch.* l. c. p. 112. sqq.]

*†268. *Antiochenum II.* concilium aduersus Paulum Samosatenum, cui concilio interfuit Firmilianus episcopus Caesareae in Cappadocia. Vide *Eusebium* VII. 28. p. 258. gr. Ex eo concilio scripta est epistola ad Paulum Samosatenum, quam cum versione Turrianus edidit Rom. 1608. recusam graece et lat. tom. 1. auctarii Ducheani, et in tomo XI. Bibliothecae Patrum Paris. Morellianae, subiuncta epistola siue tractatu Dionysii Alex. aduersus Samosatenum, vna cum Samosateni quaestionibus decem et ad eas responsionibus eiusdem Dionysii. Haec *Labbeus* tom. 1. p. 843. graece et latine exhibet; sed in Reg. et ab Harduino sunt omissa. *Fabr.* Triane fuerint, an duo tantum concilia *Antioch.* et num inscio romano pontifice celebrata fuerint, an eius consilio atque auctoritate, (vt *Franc. Anton. de Simeonibus* tom. 1. de iudic. R. P. potest. cap. 13. nr. 5. sqq.) et num patres concilii Antioch. a. 269. damnarint voc. *homousion,* quaeritur. *Liberat. Fassoni* de voc. Homousion diss. in qua ostenditur, voc. illam ab Antiochenis patribus proscriptam vel repudiatam non esse, Romae 1755. 4. et histor. litterar. ital. tom. XIII. p. 313. et al. citat auctor bibl. selectae historiae eccles. cum V. tum N. T. Venet. 1776. 8. p. 286. sq. vbi et passim sec. ordin. saeculorum de conciliis agit, et plures VV. DD. de illis disputantes nominat. *Harl.*

270. *Antiochenum III.* in quo Paulus Samosatenus depositus, ex cuius epistola synodica o) scripta a Malchione presbytero plura Eusebius VII. 30. hist. Alia etiam nonnulla Leontius lib. 3. contra Nestorium, et ex eo Baluzius p. 20. seq. Libellus contestationis cleri CPol. vel Eusebii Laici in synodo Ephesina propositus a. 429. dicit hanc synodum celebratam esse ante annos 160. Episcopos adfuisse 180. ait Basilius monachus in eodem concilio p. 1335. Meminit et vetus Synodicon cap. 27. et Eutychius in Annal. p. 396.

A. C. 270.

m) De aliis epistolae huius editionibus, quam Balsamo et Zonaras scholiis illustrarunt, dixi lib. V. cap. 1. vol. VII. p. 279.

n) De his lib. V. huius bibl. cap. 1. vol. VII. p. 256. sq. et de expositione fidei p. 252. seq.

o) In hanc synodicam conferendae Matthaei Larroquani animaduersiones in Aduersariorum sacrorum libro et capite primo, [et *Walch.* l. c. p. 114. sqq. aliique, ab eo laudati. *Harl.*]

A.C. 270. *S. Felici* papae tributae epiſtolae decretales III.

†Fragmentum epiſtolae Felicis ad Maximum epiſc. et clericos Alexandriae, graece et latine ex actione 1. concilii Epheſini et Apologetico S. Cyrilli Alex. pro duodecim capitibus aduerſus orientales epiſcopos.

275. *S. Eutychiano* papae tributae epiſtolae decretales II.

†Decreta VII. apud Gratianum, 91. XI. qu. 3. *Si quis epiſcopus*. 3. XX. quaeſt. 2. *Statuimus, vt ſi abbatiſſa*, (quod potius eſt ex concil. Pariſ. a. 829. lib. 1. c. 43.) 17. XXII. qu. 1. *Praedicandum eſt*, (quod eſt e capitularibus Theodulfi c. 26.) 31. XXIII. quaeſt. 8. *Si quis membrorum*. 2. XXVIII. qu. 1. *Si quis gentilis*, (quod eſt ex poenitentiali Theodori.) Ibidem 3. *Simili modo*, (ex eodem poenitentiali.) 7. XXXV. qu. 6. *Epiſcopus in ſynodo*.

†Decretalia III. ex decreto librorum ſexdecim, lib. XIV. c. 2. 3. et 10.

277. *Meſopotamicum* concilium contra *Manetis* haereſin habitum ſub *Archelao*, Carcharorum epiſcopo, memorat ſynodicon vetus c. 28. ſupra p. 139. ed. vet. et ed. nou. p. 319. Vide, ſi placet, quae Laurentius Zaccagnius ad acta Archelai cum Manete, in collectaneis monimentor. veteris eccleſiae p. 1. quae graece et latine recudi curaui cum aliis aliquot monumentis eodem ſpectantibus in ſpicilegio patrum ſaeculi III. ad calcem tomi ſecundi operum S. Hippolyti Portuenſis, p. 134. Hamburgi 1718. fol. [et *Manſi* in Supplem. concil. tom. 1. pag. 13. ſqq. Add. *Walch*. l. c. p. 116. ſq. profeſſum, id non verum fuiſſe concilium, ſed colloquium de rebus ſacris. *Harl*. *Acta diſputationis Archelai cum Magnete, c. notis Zaccagni. *Manſi I.* p. 1129. ſq. et fragmentum eiusd. diſputationis, gr. lat. ibid. p. 1226. *Martin*.]

283. *S. Gaio* papae tributa epiſtola decretalis vnica ad Felicem epiſc.

296. *S. Marcellino* papae tributae decretales II.

[*Synodus incerti loci pro adſerendo iure patriarchico in totam Perſidem archiepiſcopo Seleucienſi a IV. patriarchis, vt fertur, circ. a. 300. habita, cum cenſura *Aſſemanni* in epiſtolam eiusdem ſynodi. *Manſi I.* p. 1245. *Mart*. v. *Aſſemanni* bibl. orient. tom. III. part. 1. p. 56. *Manſi* ſupplem. concil. tom. I. p. 123. et *Walch*. p. 117. qui narrationem de illa ſynodo falſam eſſe iudicat. *Harl*.]

303. *Sinueſſanum* concilium in Campania de Marcellini papae, quod in perſequutione Diocletiani thurificaſſet, condemnatione. Labbeus et Harduinus exhibent ex collata inter ſe editione triplici, Crabbi, Surii et Nicolini, [item *Manſi I.* p. 1249. ſq. *Mart*.] Suppoſititium eſſe, pugnat *Natalis Alex*. cui *Antonius Pagi* contra Baron. et in Propylaeo ad acta ſanctor. Maii Papebrochius, nec non *Tillemontius* tom. V. memor. p. 613. ſeq. [et *Walch*. p. 126. ſq.] adſentiuntur.

A.C. 304. *S. Marcello* papae tributae decretales epistolae II.

†Decretum ex Gratiano 10. XX. qu. 1. *Illud autem statuendum.*

305. Concilium *Cirtense* in Numidia, Secundo Tigisitano praeside, [p] vbi Traditores episcopi omnes tandem absoluti sunt. Exstant acta apud S. Augustinum III. 26. 27. contra Cresconium. Vide et librum 1. contra Gaudentium c. 27. Librum de vnico baptismo c. 17. Breuiculum collationis diei tertiae c. 17. epist. 151. et 162. et librum ad Donatistas post collat. c. 14. item Optatum lib. 1. Minus bene hanc synodum Labbeus cum Baronio ad a. 303. retulit. Vide Valesium ad Eusebii VIII. 2. et D. Thomae Ittigii τȣ̃ μακαρίτȣ diss. de schismate Donatistarum, (post adpendicem de haeresiarchis,) §. 15. seq. *Fabr.* [Mansi, licet et ipse cum Baluzio annum 305. huic concilio adsignet, exhibet tamen illud ad a. 303. tom. I. p. 1247. *Mart.*]

306. *Petri* Alexandrini canones XV.[p]) ex eius λόγῳ περὶ μετανοίας, graece et latine cum Gentiani Herueti versione recognita.

††circa A. 308. *Alexandrinum* concilium sub Petro, in quo Meletius depositus est ἐν κοινῇ συνόδῳ τῶν ἐπισκόπων, inquit Athanasius in apologia contra Arianos pag. 177. nouae editionis. Meminit etiam Patricius Ararsius apud auctorem veteris synodici supra p. 369.

Eliberitanum siue *Illiberitanum* XIX. episcoporum [q]) aera 362. habitum in Andalusia, Hispaniae prouincia, Labbeus ad a. 305. Harduinus post 313. collocat. Si Ioannem Morinum [r]) audimus, longe antiquius est et ante 250. habitum, quoniam post certamina cum Nouatianis non ausum fuisset tam dura aduersus lapsos decernere. Sunt, qui vltra annum 324. depriment, cui annus 362. aerae Hispanicae respondet: *Tillemontius* [s]) contendit pro anno 300., Card. *Aguirre* pro 303. [t]) Canones huius concilii exstant LXXXI. *Fabr.* Mansi hoc concilium exhibet ad a. 305. tom. II. p. 1. sq. In additione tamen p. 22. probabile iudicat, anno demum 309. illud esse celebratum. *Mart.* Conf. eumdem *Mans.* in supplem. concilior. tom. I. p. 126. sqq. In Biblioth. selecta historiae eccles. cum vet. tum noui testam. 1776. 8. citantur *Ferdin. de Mendoza* libr. III. de confirmando concilio Illiberit. Matriti 1594. fol. et alii. — *Walch.* l. c. p. 130. sqq. Fama fuit, acta concilii Illiberitani, in antiquissimo cod. seruata, fuisse Grenadae inuenta; sed illius narrationis falsitatem postea detectam esse, pluribus declara-

p) Cum Zonarae et Balsamonis scholiis exstant in Synodico magno Beueregii tom. 2. p. 8.

q) In Pithoei codice numerus XLIII. occurrit. Sed vna ibi computantur XXIV. presbyteri, quorum nomina etiam Harduinus cum nominibus XIX. episcoporum, qui huic synodo interfuisse dicuntur, adstantibus diaconis et omni plebe.

r) Lib. IX. de poenitentiae sacramento c. 19. Ad Morini obiectiones respondere conantur Albaspinaeus, Natalis Alexander, Aguirre, etc.

s) Tom. VII. memor. p. 302. et 714.

t) Tom. II. concil. Hispan. diss. 1.

claratur in *Büschingii* Magazin, tom. II. p. 53. sqq. quod etiam obseruauit idem *Walchius* in: Grundsätze der Kirchengesch. des N. T. ed. III. Schulzii p. 180. *Heumann.* in Poecile, tomi III. libr. 1. p. 26. sqq. illustrat canonem XXXIV. concilii Eliber. de cereis in coemeteriis non accendendis; et de feminis, ne in iisdem peruigilent. *Harl.*

†Sed Labbeus XI. praeterea capitula addidit, quae a Gratiano, Iuone et Burchardo ex concilio Eliberitano citantur, nec in illis 81. se offerunt. Omisit illa Harduinus, quoniam card. [P] *Aguirre* *) notat, Gratianum et ceteros per errorem ea Eliberitanae tribuisse, quae petita erant ex synodo aliqua Helibernensi, hoc est Hibernensi. Hibernensium canonum selecta capita in lucem data esse a *Dacherio* tom. IX. spicilegii, notaui supra p. 88. ed. vet. et ed. nou. p. 257. *Fabr.* [*Mansi* tom. II. pag. 19. 20. eadem illa capitula dedit, sed a reliquis LXXXI. separata, sub tit. „Fragmenta, quae a Gratiano, Iuone et Burchardo ex concilio Eliberitano citantur." Idem cum Mendoza et card. D'Aguirre huic concilio ea abiudicanda esse tuetur. *Mart.*]

†Ad Eliberitanos canones, notae *Garsiae Loaisae* et *Binii.*

*†*Gabr. Albaspinaei* *) praeclarae obseruationes ad eosdem canones, et eruditus ac locuples *Ferdinandi de Mendoza* commentarius ad Clementem VIII. de confirmando concilio Illiberitano, distributus in libros III. qui prodierat Madrit. 1594. fol.

*†Eiusdem Mendozae ad Philippum II. Hispaniae regem, epistola, hispanico idiomate scripta pro defensione et adprobatione eiusdem concilii.

A. C. 309. *S. Eusebio* papae suppositae epistolae decretales III.

†Decreta III. ex Gratiano 27. XXVII. quaest. 2. *Desponsatam*, (quod verius est Theodori Cantuariensis). 46. de Consecr. dist. 1. *Consulta omnium.* 17. de Consecr. dist. 5. *Ieiunia in ecclesia.* Quartum ex codice quinque librorum, lib. 1. cap. 41. *Oportet episcopum moderatis epulis contentum esse etc.*

311. *S. Melchiadi* siue *Miltiadi* papae tributa epistola.

Carthaginiense conciliabulum LXX. episcoporum *Donatistarum*, in quo, Lucilla foemina potentissima procurante, absens damnatus est Caecilianus Carthag. episcopus tamquam traditor, et Maiorinus in ipsius locum suffectus. De eo vide Optatum lib. 1. et Augustinum in breuiculo collationis c. 14. et in epist. 162. et in libro ad Donatistas post collationem c. 3. et in concilio Cirtensi II. a. 412. p. 1204.

u) Conf. eius concil. Hispaniae tom. I. p. 240. sqq. et tom. III. p. 1. sqq. *Harl.*

v) *Albaspinaei*, hominis ex mera, (vt ait Mericus Casaubonus ad Optatum p. 33.) quantus erat, antiquitate compositi, notae in omnes Eliberinos, et in varios aliorum quorundam conciliorum canones prodierunt cum eius libris duobus obseruationum ecclesiasticarum Parif. 1623. deinde recusae Helmstad. 1672. 4. curante b. *D. Gebhardo Theodoro Meiero.*

p. 1204. A. tom. I. Harduin. [*Tillemont.* memoir. tom. VI. p. 11. sqq. *Walch.* ad a. 312. l. c. p. 132. sqq. *Harl.*]

†*Constantini* magni epistola ad Caecilianum et alia ad Anulinum, ex *Eusebii* X. 6. 7.

Anulini, proconsulis Africae, ad Constantinum epistola ex collat. [ꟼ] Carthag. cognitionis III. c. 216. et 220. tom. I. Harduin. p. 1175.

†Libellus a *Donatistis* oblatus imperatori contra Caecilianum, ex Augustini epist. LXVIII. num. 2.

Circiter mensem Iunium Constantinus imp. Caecilianum et Donatistas Romae iubet adesse ad VI. Nonas Octobr.. Quod cum illi facturos se promisissent, de ea re Anulinus imperatorem certiorem facit. Huius rei mentio in collatione Carthag. cognitione 3. c. 318. et apud Augustinum in breuiculo collat. apud. Baluz. p. 326. concil.

A. C. 312. Interciderunt acta *concilii Carthaginensis*, in quo Caecilianus absolutus est, vt videtur: siue vt Gratius Carthaginiensis ait in concilio a. 348. *traditio* [w]) *damnata cum rebaptizatione multis conciliis a patribus nostris.*

313. *Romanum* concilium sub Melchiade, episcoporum XIX. sexto Nonas Octob. Ibi Caecilianus absoluitur, Donatistae damnantur. Acta recitat et res gestas narrat Optatus libro I. Vide et Augustinum epist. 162. et in libro ad Donatistas post collation. cap. 23. Et vetus Synodicon cap. 29. supra pag. 194. ed. vet. et ed. nou. pag. 368.

Editionis Regiae tomus II.

314. Excerpta, quae incerta fide feruntur ex synodalibus gestis *Siluestri I.* papae, et canones siue constitutiones viginti, ex duplici editione. Hos canones pridem reiecit Hincmarus. *Fabr.* [*Autographum, amoris et concordiae foedus inter Constantinum et S. Syluestrem papam, et Teridatem regem Armeniae et S. Gregorium Illuminatorem, (spurium,) ex Galani conciliatione eccles. Armen. cum Romana tom. I. *Mansi II.* p. 461. et *Capitula duo Syluestri, ex additione ad Burchardum in MS. cod. Lucensi: ib. p. 463. *Mart.*]

Arelatense I. concilium DC. episcoporum in Caeciliani Carthag. et Donatistarum caussa, vide Synodicon vetus c. 30. supra p. 194. ed. vet. et ed. nou. p. 368.

Epistola Constantini imp. ad Aelafium (Ablauium) vicarium Africae. Incipit, *iam quidem antehac.*

Constantini ad Chrestum, episcopum Syracus. ex Eusebii X. 5. hist. cum Sirmondi versione.

Synodi

w) Quam tamen haud sufficientem nec idoneam iudicat *Walch.* l. c. p. 135. not. 1. *Harl.*

Synodi Arelat. epiſtola ad Silueſtrum papam, eique ſubiecti octo canones.

Canones Arelatenſes XXII. ſub S. Marino epiſcopo, cum ſubſcriptionibus epiſcopor.

[*Epitome canonum *Arelatenſium*, ex vetuſta collectione MS. cod. Lucenſis. *Manſi II.* p. 474. *Mart.* — Conf. *Spittler* Geſchichte des kanon. Rechts p. 85. ſq. et 115. not. *Ballerin.* de antiq. collect. part. II. §. 2. in Gallandi ſylloge etc. I. p. 413. et alios, a *Walchio* l. c. p. 137. not. 3. citatos. *Harl.*]

[ꝛ] Conſtantini epiſtola de Donatiſtarum appellatione a concilio ad imp. Incipit: *Aeterna et religioſa.* Ex adpendice ad Optatum et MS. codice Pithoei.

*† Notae Binii, Sirmondi etiam auctiores, Gabr. Albaſpinaei et Frontonis Ducaei.

† Adpendicis loco praeter epiſtolam Caeciliani ad Felicem ex Baronio ad a. 314. n. 22. et Conſtantini ad Probianum ex Auguſtini epiſt. 98. et Baronio ad a. 314. n. 14. quae etiam in Regia conciliorum edit. leguntur. Labbeus praeterea ex adpendice Optati adiunxit 1) Epiſtolam Conſtantini ad epiſcopos partis Donati de cauſſa Caeciliani. 2) Eiusd. ad Celſum, vicarium Africae. 3) Praefectorum Petronii, Anniani et Iuliani ad eumdem Celſum. 4) Conſtantini ad epiſcopos per Africam et plebem eccleſiae catholicae. 5) Eiusd. ad epiſcopos baſilicam aliam ſibi petentes poſt priorem ab haereticis occupatam.

*† Geſta, quibus conſtat Traditorem Siluanum, a quo ordinatus eſt Maiorinus, Ex eadem ad Optatum adpendice. Illa non ad a. 306. cum Baronio, ſed ad a. 320. referenda eſſe, Labbeus contendit.

*† Purgatio Caeciliani et Felicis epiſcopi Aptungitani ſiue Autumnitani, qui Caecilianum ordinauit. Geſta haec coram Aeliano proconſule a. 314. Confer *Baluzii* Miſcell. tom. 2. p. 81.

A. C. 314. *Ancyrani* in Galatia concilii canones XXV. [al. XXIV.] graece cum Gentiani Herveti verſione. Iidem latine ex interpretatione Dionyſii Exigui, et ex tertia Iſidori mercatoris, cum ſubſcriptione epiſcoporum XVIII.

† Capitula duo *) Ancyrani concilii ex decreto ſexdecim librorum, lib. 6. c. 6. et 7.

Neocaeſarienſis concilii canones XIV. [al. XIII.] cum epiſcoporum ſubſcriptionibus et triplici ſimiliter latina verſione. Vtrumque hoc concilium probauit Leo IV. d. 20. c. de libellis. De vtroque etiam vetus Synodicon cap. 31. et 32. ſupra pag. 368. ſeq. Vtrumque cum Graecorum ſcholiis, notisque eruditis vulgauit Beueregius in magno Synodico.

[*Epitome canonum Arelat. ex vetuſta collectione MS. cod. Lucenſis. *Manſi II.* pag. 549. *Mart.*]

x) [Latina et probabiliter ſuppoſititia, v. *Walch.* l. c. p. 138.. qui id concil. adſignat. a. 315. et lib. ſynodic. c. 31. *Harl.*]

A. C. 320. *Romanum* concilium y) praesente Constantino cum episcopis LXXV. Iudaeorum vero sacerdotibus CCXX. et XII. scribis, [†] quos Issaschar pontifex misit, altercandi gratia, *an lex Iudaeorum legi nouae debeat anteferri*, inquit *Theodoricus Vrie* in historia concilii Constantiensis p. 92. Vide et scriptum Hadriani papae ad Carolum regem pro synodo Nicaena secunda tom. 4. Harduin. pag. 797. et concilium Basileense tom. 8. pag. 1331.

320. z) Labbei, sed Hard. 372. *Laodiceni* in Lydia siue Phrygia Pacatiana, sub Theodosio, siue Theodoto episc. aa) habiti, concilii canon. LX. graece cum versione Dionysii Exigui et Isidori Mercatoris. Apud Labbeum addita etiam Herueti versio, notaeque Binii et in can. 2. Albaspinaei. [*Mansi* adiecit titulos concil. Neocaesariensis ex vetusta collect. cod. Lucensis, p. 591. *Mart.*] Huius concilii canones etiam scholiis Balsamonis, Zonarae et Alexii Aristeni explicati exhibentur a *Beveregio* tom. 1. magni Synodici p. 453. qui et ipse eruditis eos notis illustrauit. Exstant etiam cum commentario *Wolfgangi Gundlingii* et triplici versione Dionysii, Isidori et Herueti, separatim excusi Norimbergae 1684. 8. Vide Acta Eruditorum illius anni p. 415.

† De primitiua ecclesia et munificentia Constantini, qui tractatus falso vocatur Melchiadis epistola, quum auctor prodat, se scripsisse post concilium Chalcedonen-

y) Lepidam esse fabulam, ait *Walch.* l. c. pag. 139. *Harl.*

z) Labbeus et ante eum Binius Baronium sequuti, Laodicenum concilium ante Nicaenum collocant. Sed rectius *Petrus de Marca* III. 3. de Concordia sacerdotii et imperii, [Francof. 1708. p. 215. qui id collocat in an. 365.] *Tillemontius* tom. 6. memor. pag. 597. Harduinus, Pagius, Beueregius, Caueus aliique longe posterius faciunt, et post annum 360. vel 370. collocant, licet in anno ipso differant. Certe in plena ecclesiae pace conditos perspicuum est, atque, vt iam Harduino animaduersum, in veteribus collectionibus canonum Laodicenses post Gangrenses et Antiochenos collocantur. Post Sardicense concilium a Matthaeo Blastare et aliis antiquis: ab Alexio Aristeno in scholiis ad can. 6. post annum 371. quo Basilius magnus in communionem admisisse Valentem Augustum ab eruditis plerisque proditur. A Ioanne Antiocheno proxime ante CPolitanam oecumenicam synodum. Sic etiam a Synodo Trullana, Photio, aliisque. *Fabr.* Quod annus certus, quo id concilium habitum fuerit, definiri non potest, *Walch.* l. c. p. 214. eius fecit mentionem post a. 369. argumenta canonum refert, citatque praeter alios *Ceiller.* Histoir. des auteurs etc. tom. IV. p. 724. sqq. — *Lud. Timoth Spittler* in: kritische Vntersuchung des sechzigsten Laodicenisch. Canons, Bremae 1777. 8. statim ab initio Baronii sententiam ac rationes refutat, aliorumque diuersa exponit iudicia, sed ipse annum certiorem non decernit; canonem autem LX. seriore demum aetate fuisse ab anonymo adiunctum, erudite commonstrat. — *Schroeckh* in: christl. Kirchengeschichte, tom. VI. p. 242. sqq. ed. II. vbi de concilio agit Laodicensi, et hoc collocandum esse censet post concilium Sardicense a. 344. — *Kollarius* ad Lambec. comment. vol. VIII. 852. sq. nr. 8. cod. XLIV. (in quo praeter plura concilia etiam canones LIX. concil. Laodic. cum scholiis in margine et intra lineas scriptis reperiuntur,) adnotat, „Lambecium in primo voluminis VIII. indice hoc concilium adfigere ad a. 319. vel 320. at dissentit et, „Pagii, ait, coniecturis verosimilius est, retrahendum esse ad a. 363. Consule sis conciliorum edit. Florentinam a *Io. Dominico Mansio* curatam, tom. II. pag. 563." — In eod. vol. pag. 912. nr. 18. cod. caes. XLV. *argumenta canonum concilii Laodiceni. Harl.*

aa) Philos. opus VIII. 4.

donense. Incipit: *Nemo qui diuinas scripturas legit;* p. 1528. Adde, quae idem Labbeus p. 1409. seq. ex libello de munificentia Constantini.

† Edictum siue *Donatio Constantini M.* latine Barthol. Picernatis de Monte arduo versione siue interpolatione ad Iulium II. (quam Orthuinus a Graes siue Gratius, Dauentriensis [?] presb. in fasciculo rerum expetendarum et fugiendarum ediderat Coloniae 1535. fol.) cum graecis, quae Labbeus addidit ex Theodoro Balsamone [bb]) ad cap. 1. tit. 8. Nomocanonis Photiani fragmentis. *Donationem Constantini*, inquit Harduinus, *tametsi hanc Isidorus in sua collectione exhibet, idcirco praetermisimus, quod est prorsus aliena ab huius operis titulo et instituto nostro. Magna ex parte describitur in epistola 1. Leonis IX. tomo VI. pag. 934. 935. 936.* De hac donatione eiusque variis editionibus et sublesta fide plura dixi volum. VI. huius Bibliothecae p. 697. seqq. quibus adde, quod amplissimus vir et meritissimus de bono publico *Io. Christianus Lunigius* eam exhibuit in continuatione spicilegii ecclesiastici pag. 153. subiunctis vsque ad 204. aliis aliorum impp. et principum diplomatibus, donationes et priuilegia romanae sedi adferentibus. Confer *Iac. Gretserum* de imperatorum, regum ac principum christianorum in sedem apostolicam munificentia, Ingolstad. 1610. 4. *Io. Dauidem Koelerum* de donatione Mathildina, pontifici romano facta, Altdorf. 1715. 4. etc.

A. C. 320. *Romanum* concilium II. sub Syluestro, quod *generale* Gratianus adpellat, Isidorus Mercator *excerpta ex synodalibus gestis S. Siluestri.* Actio prima huius concilii habet canones decem, [ex cod. MSto Lucensi vndecim, ap. *Mansium II.* p. 627. *Mart.*] secunda canones viginti.

Tomus II. Labbei.

321. *Alexandrinum* concilium, quo damnatus est Arius. Epistola synodica Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Byz. ex Theodoreti lib. 1. cap. 4. cum recognita Christophorsoni versione.

†† *Alexandrinum* presbyterorum Alexandriae et Mareotae. Habitam ad illos ab Alexandro adlocutionem Harduinus exhibet ex codice regio MMCCCCXVII. graece cum latina versione p. 310. *Fabr.* Quot concilia *Alexandriae* ante Nicaenum fuerint habita, non conuenit inter VV. DD. *Walchius* autem l. c. pag. 140. sq. iis accedit, qui duo tantum numerant, horumque alterum in a. 321. alterum in a. 324. collocant, et plura in hanc rem differit: atque pag. 142. sq. §. XVI. ostendit, commentitium esse concilium *romanum*, quod, Isidoro Mercatore teste, Syluester Romae a. 324. praesentibus Constantino et CCLXXXIV. episcopis coëgerit, in quo fingitur, partim Arium condemnatum, partim conditos fuisse viginti canones, quos a *Coleto* concil. tom. I. p. 1579. editos, a *Mansio* autem

bb) tom. 1. bibl. iuris canonici Iustellianae p. 929.

autem in supplem. concil. tom. I. p. 138. e cod. Lucensi variae illius lectt. erutas esse, idem adnotat. *Harl.*

A.C. 325. NICAENVM concilium I. oecumenicum, post praefationem ex Isidori collectione, *fidem Nicaenam* siue *symbolum* et episcoporum, [P] qui interfuere, nomina, (apud Harduinum ex duplici recensione, vna Labbeana, et altera multum diversa ex MSS.) *canones XX.* cum versione Dionysii Exigui, Isidori et Rufini, apud Labbeum etiam recentis scriptoris Herueti. Et quinta versio vetus ex Petri Pithoei editione apud Harduinum p. 430. et sexta p. 1245.

++ Iosephi Aegyptii presbyteri (circa a. C. 1398.) paraphrasis eorumdem canonum, latine: ex Arabico versa a Guil. Beueregio, qui eamdem in magno Synodico ad tomi prioris calcem arabice et latine edidit, canonesque Nicaenos notis nec non Balsamonis, Zonarae et Alexii Aristeni scholiis graecis illustratos vulgavit graece et latine. Oxon. 1672. fol.

Synodo Nicaenae tributa epistola ad Siluestrum papam cum Siluestri responsione, latine. Supposititia vtraque, quam Surius primus edidit ex MS. bibl. praedicatorum Colon., Baronius ex collectione Cresconiana.

Gelasii actorum concilii Nicaeni libri III. graece et latine.

Canones pro Nicaenis venditati LXXX. ex Arabico conuersi latine, ex Francisci Turriani S. I. recognitione.

* Canones LXXXIV. ex Arabico versi ab Abrahamo Ecchellensi.

* Iisdem SS. patribus CCCXVIII. Nicaeae congregatis tributa decreta et constitutiones XV. de monachis et anachoretis.

* Aliae variae XIX. ecclesiasticae constitutiones sub eorumdem SS. patrum nomine venditatae, eodem Ecchellensi interprete.

* Alia statuta XXV. iisdem adscripta Nicaenis patribus, decerpta ex quatuor Regum ad Constantium libris.

* Concilii Nicaeni praefatio ex arabicis orientalium codicibus, Ecchellensi interprete.

+* Abrahami Ecchellensis, Maronitae e Libano, dissertatio de auctoritate canonum et constitutionum Nicaenae primae synodi, a se ex arabico latine versorum, et in eosdem notae.

Historiam concilii Nicaeni, obseruationibus maxime recentiorum scriptorum illustratam, accurato studio composuit doctor meus ὁ μακαρίτης, *Thomas Ittigius*, cuius lectionibus a. 1692. quum eam Lipsiae in patria mea traderet, magno cum [P] fructu interesse me memini. Illam post b. viri obitum cc) in lucem edidit atque adnotationibus auxit *Christianus Ludouici*, Lipsiae 1712. 4. In ea historia, quum

cc) diem obiit Lipsiae a. 1710. 14. April.

quum notitia insignis de scriptoribus actorum huius concilii, de symbolo, canonumque numero et fide exstet, eam hoc loco additis obseruatis meis lectori repraesentare opportunum duxi. dd)

Non

dd) De hoc celeberrimo concilio, (quod etiam in Chronico Edesseno, syriace scripto, in *Assemanni* Biblioth. orient. tom. I. p. 394. memoratur, vbi conf. notam 4. Assemanni,) de eius canonibus, symbolo etc. a multis vario modo fuisse disputatum, constat. Nam vt omittam eos, qui a Fabricio citantur, *Schroeckhium* in: christl. Kirchengeschichte, tom. V. 361. sqq. (341.) 368. (365.) VIII. p. 83. (79.) IX. p. 12. et alibi, ac reliquos conditores historiae eccles. N. T. inprimis conferendi sunt *Mansi* et *Fuchs*. Prior in noua et ampliss. collect. concil. tom. II. col. 635–1080. plura collegit, quae ad concil. Nicaenum pertinent: 1) historiam concilii breuem ex romana collectione; 2) epistolam Alexandri, episc. Alexandriae, gr. et lat. cum paucis Binii notis; 3) initium alterius epistolae eiusd. Alexandri ad episcopos ecclesiae catholicae, reliquam partem inferius ad Gelasii historiam; 4) Constantini imp. oration. ad concil. Nic. de pace, gr. et lat. ex Eusebio; 5) orationem suspectam, aut potius haud genuinam, Eustathii, episc. Antioch. ad imperatorem, lat. ex Baronio; 6) praefationem, (haud vllius momenti,) concilii Nicaeni ex Isidori collectione; 7) expositionem duplicem fidei Nicaenae, ex MSS. lat. 8) fidem seu symbolum concilii Nic. gr. lat. 9) canones XX. Nicaenos, gr. lat. interprete Gentiano Herueto; 10) eosd. lat. ex interpretatione Dionysii Exig. praefixis titulis; 11) eosd. lat. ex interpretat. Isidori, adiectis titulis, quorum iterum duplex exemplum ex duobus MSS. additum est; 12) notas romani editoris concilior. general. de difficultatibus et erroribus in subscriptionibus; 13) subscriptiones patrum Nicaen. lat. 14) fragmentum subscriptionum graec. ex charta Niliaca, desumtum a Phil. Labbeo, quod tamen ipse Mansius fatetur pertinere ad sextam generalem synodum; 15) easd. subscriptiones, lat. ab Harduino ex MSS. editas; 16) canones Nicaenos XXII. abbreu. ex Ruffino; 17) canonum Nic. XX. paraphrasin arabicam, auct. Ios. Aegypt. 18) epistolam synodi ad P. Siluestrum, cum huius rescripto; vtrumque spurium; 19) aliam epist. Siluestri ad syn. Nicaen. a Ballerin. iam ex cod. Vatican. MCCCXXXXII. editam, sed manifesto spuriam; 20) libellum recautat. Eusebii Nicom. et Theogn. Nic. gr. lat. ex Socrate I. 40. 21) initium epist. concilii ad Aegyptios, gr. lat. 22) initia quatuor epp. Constantini imp. gr. lat. reliqua ad Gelasii histor. 23) notas Binii in concil. Nicaen. eiusque canones et subscriptt. 24) notas Gabr. Albaspinei ad can. 1. 12. 13. 19. 25) de synodo Nic. ex libello synodico, gr. lat. 26) de eadem, ex Photii lib. de VII. conciliis oecum. gr. lat. 27) de eadem, ex Nilo Rhodio, et ex anonymi scripto de VI. synodis, cum obseruatione quadam Phil. Labbei; 28) admonitionem ex rom. editione in Gelasii Cyzic. historiam, cum testimoniis aliquot vett. scriptorum de eadem re eiusque auctore; 29) de tempore concilii Nic. ex rom. edit. 30) Gelasii Cyzic. commentarium actorum concilii Nic. libr. III. gr. lat. 31) notas Binii in epistolam Alexandri ad omnes epp. et in epistolam Constantini imp. ad Alexandrum et Arium; 32) canones concilii Nic. LXXX. ex arabico in latinum versos, interprete Franc. Turriano, S. I. 33) eiusd. concilii canones LXXXIV. ex arabico latine redditos ab Abrah. Ecchellensi; 34) patrum Nicaen. de monachis et anachoretis decreta, eodem interpr. ex arab. 35) eorumdem varias ecclesiast. constitutiones, eod. interprete; 36) eorumd. sanctiones et decreta ex quatuor regum ad Constantinum libr. eod. interprete; 37) praefat. concilii Nicaeni arabicam, eod. interprete; 38) Abrah. Ecchellensis diss. de auctoritate canonum Nic. arabicorum; et 39) eiusd. notas in orientalium editionum concilii Nicaeni praefationem, canones et constitutiones. — *Fuchs* autem in: Bibl. der Kirchenversamml. tom. I. primum pag. 350–363. confecit longam in Nic. synodum introductionem, in qua originem et historiam illius aliaque scitu necessaria exposuit et quosdam recentiores de illa scriptores nominauit: tum a p. 366–488. ex Mansio germanice vertit, copiosis subiectis adnotatt. 1) Alexandri episc. Alexandr. episto-

Non dubitat *Papebrochius* in vita S. Athanasii c. 2. tom. I. Act. fanctor. Maii p. 191. quin hic Athanasius in Libello fynodico, cuius *Socrates* lib. I. cap. 13. meminit, integram concilii Nicaeni hiftoriam expofuerit, vti de Ariminenfi et Seleucienfi egit fingulari libro, qui etiamnum extat. Illius vero operis iactura, ipfo iudice, fuppleri poffet, fi adhuc fupereffet *Dalmatii* ee) liber de dictis, factis et ftatutis patrum concilii Nicaeni, quo in compilan-

epiftolam ad Alexandrum contractam; 2) fidei confeffionem concilii Nic. 3) eiusd. canones XX. 4) notitias illius ex nonnullis medii aeui fcriptoribus; et 5) Gelafii Cyziceni, epifc. Caesar. in Palaeftina, faec. V. hiftoriam concilii Nicaeni. — Praeterea *Walchius*, theologus quondam Gottingenfis, l. c. p. 144. fqq. multus eft de eo, atque p. 157. haud paucos virorum doct. libros de illo commendat, nec non illius pater *I. G. Walch.* in biblioth. theolog. felecta, tom. III. p. 855. fq. — et *Franck* in cat. biblioth. Bünau. in vol. I. tomi III. p. 349. fqq. multos nominat, qui 1) hiftoriam concilii, et 2) illius canones expofuerunt atque illuftrarunt. Ego vero, ne extra oleas vagari videar, paucos commemorabo et quosdam inftar fpicilegii colligam addamque. *Douiat.* in Praenott. lib. II. cap. 3. §. 4-13. p. 247. fqq. (ibique v. Schott. in not.) late differit de eius concilii loco et tempore, numero patrum, praefidibus, canonum numero etc. — Ipfe *Fabricius* nofter in Salutari luce euangelii, cap. XIII. pag. 287. fqq. docte copiofeque differit de illo concilio, et plures adpellat viros doctos. — *Io. Guil. Baieri* diff. praefide Sebaft. Niemanno habita, de auctoritate et integritate concilii Nicaeni primi et oecumenici, Dan. Swickero et Chftph. Sandio oppofita, Ienae 1671. 4. aucta ibid. 1696. 4. in eius difputatt. theolog. decade I. pag. 1. — *Arnoldus Pafchius* duas diff. de concilio Nicaeno I. ventilauit, Vitemb. 1677. 4. — *Mich. Walther.* fcripfit de fidei Nicaenae antiquitate, veritate et neceffitate, Viteberg. 1687. rec. 1714. 4. Concilii huius eiusque fymbol. *innocentiam* vindicauit *Io. Fechtius*, Roftoch. 1710. 4. contra Arnoldum et auctorem obferuatt. Halenf. v. acta erudit. 1712. p. 530. et *Io. Fabric.* in hiftoria biblioth. Fabric. part. V. p. 140. — *Gothofr.* enim *Arnold* in: vnpartheiifche Kirchen- vnd Ketzer-Hiftorien, vol. I. part. II libr. 4. c. 7. §. 6-26. pag. 189. fqq. ed. nou. Schaffhaufen. 1740. fol. multa acriter declamauit, nec fine partium ftudio in patres, Nicaeae congregatos, debacchatus eft, ab aliis vero caftigatus. Sic *Henr.* quoque *Benzelius* fcripfit Londini Scanor. 1736. diff. infcriptam: Vindiciae concilii Nicaeni oecumenici I. nouatoribus, praefertim *Gothofr. Arnoldo* oppofitae: rec. in fyntagm. eius differtatt. academ. tom. I. p. 478-508. Francof. et Lipf. 1745. 4. Add. *Fabric.* ipfum paullo poft de aliis. — Ad controuerfias in eod. concilio agitatas pertinet lis de voc. ὁμοούσιος, (de qua Arnold. quoque plura dixit) *Hiftoriam* autem *veterem et recentiorem vocis ecclefiafticae* ὁμοούσιος adiecit *Ioach. Iuft. Rau* diatribae fuae de philofophia Lactantii, Ienae 1733. p. 155. et *Chr. Sonntag* confcripfit *Diexodum fuper Homoufio ante-Nicaeno*, Altdorf. 1712. 4. — De praefide concilii Nicaeni orta quoque eft quaeftio, v. *Natalis Alexandri* diff. de eo in eius Hiftoria eccleſ. tom. IV. Parif. 1714. fol. p. 214. vbi a p. 210. variae leguntur diff. ad hoc concilium pertinentes; in his p. 247. fqq. de numero Nicaenorum canonum. Ofius quidem ei interfuit, et Walchius l. c. pag. 144. commendat Cardin. *Aguirre* commentat. de conciliis, quibus magnus ille Ofius, epifcopus Cordubenfis, interfuit, in tom. II. concil. Hifpan. p. 15. fqq. *Lambecius* tamen in indice I. ad vol. VIII. p. 1119. nr. 70. cum aliis ftatuit, Hofium concilio Nicaeno I. praefuiffe, et in eod. vol. p. 460. fq. ad nr. 69. cod. caefar. XIV. quo continetur *Commemoratio S. Hofii, epifcopi Cordubae in Hifpania*, (in cuius fine tantum legitur, ὁ δὲ Ὅσιος — ὁ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ διαπρέψας, καὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ συνεληλυθότων πρωτεύσας,) atque Kollar. quosdam de Hofio fcriptores excitant. At M. *Aug. Guil. Ernefti* diffentit in diff. qua Hofium concilio Nicaeno non praefediffe, oftenditur, Lipf. 1758. 4. etc. — De Ambri Matthaei iudicio de patribus, in illo concilio congregatis, v. *Affemann.* in bibl. orient. tom. III. part. 1. p. 588. *Harl.*

ee) De Dalmatio hoc, quem ex monacho epifcopum fibi delegerunt Cyziceni, mentio apud Socratem VII. 28. Tripartitam XII. 3. Nicephorum XIV. 29.

pilanda concilii Nicaeni historia Gelasius vsus est. Idem Papebrochius suspicatur, hunc Dalmatium cum suo episcopo Theona non minus, quam Athanasium, cum Alexandro ad concilium Nicaenum venisse, quod eadem facilitate, qua affirmatur, negari poterit.

Quod acta concilii Nicaeni etiamnum Constantinopoli seruentur, ex relatione sacerdotis cuiusdam graeci ad Iacobum Goarum facta colligere videtur *Franciscus Combefisius* tomo II. Auctarii noui Bibliothecae patrum pag. 570. Eumdem Thesaurum Alexandriae latere, non dubitauit *Franciscus Turrianus*, qui in praefatione ad canones concilii Nicaeni, ex arabica lingua in latinam conuersos, scribit, codicem patriarchae Alexandrini, ex quo Baptista Romanus canones descripsit, etiam acta concilii Nicaeni continuisse. Nec defuerunt, vt *Baronius* ad a. C. 325. n. 62. testatur, qui in Arabia haec acta exstare sibi persuaderent, quae etiam apud Armenios reperiri credidit *Gregorius X.* quippe qui, quum Armenios ad concilium Lugdunense inuitaret, a rege, nec non a catholico, seu archiepiscopo Armeniorum postulauit, vt integra Nicaenae synodi scripta ad se mitterent, cuius argumenti litteras etiam ad Hierosolymitanum patriarcham et Anteradensem episcopum direxit, vt refert *Odoricus Raynaldus* tomo XIV. annalium, a. c. 1273. n. 4. Valde autem vereor, ne, si in praedictis vrbibus et regionibus genuina Nicaeni concilii acta inquirantur, pro Iunone nubes, [P] aut pro thesauro carbones inueniantur. Similiter, quod adtinet ad illud concilii Nicaeni exemplar, quod nescio quis Frater Ioannes cum Marco Ephesio disputans in synodo Florentina sessione XX. tom. 9. Harduin. p. 235. solum illibatum ait euasisse a corruptelis Arianorum, propterea que in patriarchio romano seruari acta integra graece et latine, sigillis obsignata et subscriptionibus patrum Nicaenorum. *Nae*, inquit Dallaeus, p. 19. libri de usu patrum, *oportet reuera arctissime obseratum et obsignatum fuisse, cuius in re tanti momenti, ne tribus quidem pontificibus romanis, Zosimo, Bonifacio et Celestino copia facta est - - - quod argumento inuicto est, exquisiti istius voluminis sigilla numquam aperta aut reserata alibi fuisse, nisi in fraterculi illius cerebro etc. Fabr.* *Monaci* in cod. Bauar. XXIV. est oratio historica eorum, quae gesta sunt Nicaeae a synodo de depositione Arii, in quibus etiam est singularis narratio de vita Constantini M. quam orationem a *Combefisio* in auctario nouo bibl. PP. parte II. p. 573. e cod. regio et Seguieriano vulgatam esse gr. et lat. a *Lipomanno* latine editam tom. VI. p. 119. et a *Surio* ad X. Iul. ibi tamen legi, eam esse ex Simeone Metaphraste, animaduertit *Hardt* in: Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 3. p. 30. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VI. nr. 6. plut. 86. Patrum 318. qui Nicaeae conuenerunt, epistola ad ecclesiam Alexandr. quam in conciliis Labbei tom. II. p. 260. sqq. licet aliquantum diuersam, exstare, adnotat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 294. Add. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 86. et 96. sqq. vbi e cod. XXXIV. gr. et lat. edidit epist. Nicaenae synodi ad Alexandrin. ecclesiam. — In cod. *Th. Gale* XC. f. nr. 5926. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. *de concilio Nicaeno* [an Gelasii Cyziceni?] et vita Constantini M. — Ib. in cod. XCI. f. nr. 5927. dicti cat. conciliorum I. et II. apud Nicaeam argumenta. Add. infra de symbolo Nic. *Harl.*

Sunt, qui acta concilii hodie quidem superesse negent: ea tamen olim in hominum oculis et manibus fuisse minime inficiantur; in quorum numero *Seldenus*, qui in commen-

tario ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 86. ante multa abhinc saecula Nicaeni concilii acta periisse putat; et *Baronius*, qui a. C. 325. n. 62. iam pridem Arianorum malitia [ff]) et temporum iniuria haec acta euanuisse dolet, quae accuratissime scripta fuisse *Athanasii* testimonio probat, quod in eiusdem libro de synodis legitur, tomo I. p. 873. Verum etsi in latina Athanasii versione actorum a patribus Nicaenis adcurate scriptorum mentio iniiciatur, in graeco tamen textu de actis nihil legitur, vt notauit *Valesius* in Adnotationibus ad libr. 3. Eusebii de vita Constantini cap. 14. quo loco Eusebius tradit, patres Nicaenos, quae in commune placuerunt, scriptis mandasse et subscriptione sua roborasse. Ex quo Eusebii loco Valesius l. c. et cum ipso *Antonius Pagi* in Critica Baroniana n. 16. edit. vero Paris. num. 23. concludunt, nulla acta praeter fidei formulam et canones et epistolam synodicam in concilio Nicaeno litterarum monumentis consignata fuisse, quam sententiam ex Athanasii epistola de decretis synodi Nicaenae confirmant.

Equidem haud desunt, qui praeter symbolum, canones et epistolam synodicam, cetera quoque Nicaeni concilii gesta literis excepta fuisse commemorent, vt auctor praefationis ad codicem concilior. arabicum, apud *Seldenum* in commentario ad Eutych. pag. 78. qui acta et disputationes [?] concilii Nicaeni 40. libros occupasse scribit. Verum auctor iste fidem non magis meretur, quam *Isidorus Mercator* seu *Peccator* in praefatione ad collectionem conciliorum a se adornatam, in qua dicit, se a fratribus quibusdam cognouisse, quod Orientales [gg]) testentur, se vidisse concilium Nicaenum habens potiorem, quam quatuor euangeliorum, magnitudinem etc. Neque pluris aestimandum *Possevini* testimonium, qui in Adparatu tomo 2. p. 137. narrat, quod Ambrosius Camaldulensis in bibliotheca archiepiscopatus Rauennatis concilium Nicaenum viderit. Nam in Hodoeporico Amarosii Camaldulensis p. 50. hoc tantum dicitur, quod fidem concilii Nicaeni, membranis purpureis et aureis literis inscriptam, [hh]) Rauennae legerit. Et veteres nonnulli, qui actorum concilii Nicaeni meminerunt, symbolum vel canones concilii Nicaeni intelligunt. *Balsamon* autem, quum in explicatione canonis I. Antiocheni p. 811. ad acta concilii Nicaeni a canonibus distincta prouocat, ad epistolam synodicam respexit. Ceterum etsi in ipso concilio nulla ferme rerum in eo gestarum acta confecta fuerint; Eusebius tamen, Athanasius et alii, qui huic concilio interfuerunt, praecipua acta huius synodi et dictis et scriptis retulerunt, vnde eorum notitia ad posteros propagata fuit. Atque hinc nonnulli, longo post concilium Nicaenum tempore, ex diuersis variorum auctorum scriptis, veris pariter et falsis, qui successu temporis, vt fieri solet, admixti sunt, rumoribus, acta synodi Nicaenae concinnarunt, et quandoque propriis figmentis auctiora reddiderunt.

Inter

ff) Persuasum hoc etiam *Godfrido Hermantio* praef. ad vitam S. Athanasiii, gallice editam Paris. 1671. 4. in cuius libro secundo non indiligenter concilii Nicaeni historiam persequitur, sicut et *Tillemontius* tom. VI. memoriarum hist. eccles. p. 634. seq. edit. Paris. 1704. 4.

gg) Videntur Orientales isti non de alio opere loqui, quam de Gelasii actis concilii Nicaeni, Photio etiam inspectis, de quibus infra.

hh) Hodie nihil tale Rauennae reperiri, testatus *Mabillonius* tom. I. Musei Ital. p. 39.

Inter primos, qui ex instituto acta concilii Nicaeni collegerunt, fuit *Gelasius Cyzicenus*, ii) Caesareae in Palaestina episcopus, qui tres libros elaborauit a Photio in Bibliotheca cap. 15. breuius et 88. 89. diligentius recensitos. Depromsit autem Gelasius hanc historiam circa a. C. 476. a se concinnatam ex Eusebio aliisque scriptoribus, et imprimis ex membranis Ioannis presbyteri et Dalmatii Cyziceni, kk) vt [‡] ipse in praefatione testatur. Graece et latine cum notis suis hoc Gelasii opus edidit Parisiis apud Fredericum Morellum 1599. 8. *Robertus Balforeus*, Scotus. Postea etiam *Commelinus* Heidelbergae 1604. fol. Gelasiana ista concilii Nicaeni acta, cum Balforei versione separatim subiuncta, vulgauit. In qua editione prior Parisiensis editio neutiquam dissimulatur. Vnde nescio, quid sibi velit *Possevinus*, quum in adparatu tomo II. p. 137. catholicos scire cupit, quod Gelasius ex officina Commeliniana pro re plane noua venditatus et prolatus fuerit. Idem Gelasii opusculum *Binius* in posteriori conciliorum editione tom. 1. atque edit. Regiae curatores tom. 2. et *Labbeus* tom. 2. *Harduinus* tom. 1. inseruerunt, quod et ante Binium ceterosque *Romani conciliorum generalium editores* a. C. 1608. fecerunt, qui in praefatione sua ll) multorum errorum Gelasium postulant. Verum errores illos tanti momenti non esse, iudicat *Dorscheus* in exercitatione ad diatyposin concilii Nicaeni p. 85. et sq. vbi et multa aliorum de Gelasio iudicia adducit. Tres codices MSS. Vaticanum, Noalianum et Petri Stellae laudat *Io. Andr. Bosius* in diss. ad locum Iosephi de Christo p. 42. quem vide etiam p. 53. Ceterum quum in Historia concilii Nicaeni, quam Gelasius scripsit, non amplius compareant, quae de baptismo Constantini Photius apud Gelasium se legisse dicit, non leuis apud nonnullos oritur suspicio, quod primi editores subtracto per fraudem libro III. tantum epistolas quasdam Constantini, quae totum librum tertium occupant, substituerint, ne sententia eorum, qui Constantinum Romae a Syluestro baptizatum dicunt, Gelasii autoritate premeretur, qua de re videatur *Caue* in histor. literar. p. 366. et *Vossius* de historicis graecis lib. 2. cap. 21. qui, etsi se Gelasii librum cum notis suis et latina versione soceri sui Francisci Iunii editurum ibidem pollicitus fuerit, promissis tamen stare fuit impeditus. Conferantur praeterea de Gelasio *Labbeus* de scriptoribus ecclesiasticis tom. 1. p. 339. *Natalis* [‡] *Alex.* sec. IV. diss. 13. p. 220. seq. diss. 17. p. 246. *Ioh. Launoius* part. 8. epistolarum, epist. I. p. 696. et seq. vbi et Gelasium incertae aetatis scriptorem esse dicit, et magnam in rebus ecclesiasticis ignorantiam ipsi tribuit. Analysis librorum Gelasii in recentiore medullae patrum Abrahami

 Sculteti

ii) De huius opere dixi volum. IX. p. 291. sq. [ibique v. not. ff.] Praeter Photium meminit huius Gelasiani operis Nicetas Choniates lib. V. thesauri O. F. cap. 6. et Iohannes Cyparissiota decad. 3. c. 4. et decad. 10. c. 2. In MStis quibusdam, [e. g. *Bauar.* XL. et XLIII. v. *Hardt* in: Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 5. p. 25. inprimis p. 37. *Harl.*] Gelasii nomen non est additum: itaque Balforeus sine nomine auctoris edere voluit, quod ex alio codice et Photio restituit Morellus.

kk) Verba Gelasii sunt: *Πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐνθέῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀνεγνὼς, ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων εὑρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα, ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλλάκτως ἐχούσῃ, γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου* ΔΑΛΜΑΤΙΟΥ, *τοῦ Ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως.* De hoc Dalmatio supra pag. 578.

ll) Hanc in edit. Regia et Labbei repetitam, vt alia plurima haud probando consilio, omisit Harduinus.

Sculteti editione occurrit, quae in priore desideratur. Idem Scultetus libro 2. Exerc. euangelic. c. 16. vetustissimi codicis actorum synodi Nicaenae meminit, monstrati a. 1576 Baroni a Dhona, Viennae a Ioanne Sambuco, in quo vicesimo primo loco se subscripserit: Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν, λήγατος τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Gelasio iungimus auctorem libri, qui inscriptus fuit: Πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου. *Politia sanctorum patrum Metrophanis et Alexandri*. Quantum enim ex *Photio* constat, qui in Bibliotheca sua cod. CCLVI. opus hoc excerpsit, Nicaeni inprimis concilii historiam, et quae concilium Nicaenum praecesserunt et consequuta sunt, auctor ille enarrauit; qui, etsi se Constantino Magno coaeuum adferat, longe tamen recentior mm) videtur. Plane autem cum hoc auctore, quem Photius excerpsit, conuenit auctor actorum a Combefisio in auctario nouo Bibliothecae patrum part. II. pag. 573. graece et latine ex codice Regio et Seguieriano nn) vulgatus. Titulus est: Τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς Συνόδου ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείου. Incipit: Ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, latine ediderat *Lipomannus* tom. VI. p. 119. b. et *Surius* ad 10. Iul. Hoc scriptum in auctario Combefisii proxime antecedit *Gregorii Caesariensis*, in Cappadocia presbyteri, oratio in patres Nicaenos, quam, quum hactenus latine tantum ab eodem Lipomanno tomo VI. et Surio in vitis sanctorum ad 10. Iul. edita fuisset, Combefisius vna cum emendata Lipomanni versione graece ex codice regiae in Gallia bibliothecae in lucem publicam emisit. Incipit: Πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις. In Pentecostario p. 321. graeca ecclesia memoriam patrum Nicaenorum sollemniter celebrat Dominica sexta post pascha, quae est ἡ κυριακὴ τῶν τιή ἁγίων πατέρων, vt in Typico Sabae pag. 94. Aegyptii autem 5. Nou. Vide acta sanctor. tom. 2. Febr. pag. 639.

Gelasii Cyz. tunc adhuc inediti MSto codice Vaticano vsus *Alphonsus Pisanus*, S. I. Toletanus, de actis concilii Nicaeni quatuor [P] libros conscripsit Dillingae 1572. oo) et auctius Colon. 1581. 1591. 8. editos, eosdem primo conciliorum Venetiis 1585. vulgatorum tomo inseruit *Nicolinus*, cuius exemplum *Binius* quoque imitatus est. Verum romani conciliorum generalium editores, quum Gelasium exhibeant, haec Pisani acta omiserunt, quae etiam nec in Regia conciliorum collectione, nec in Labbeana aut Harduiniana comparent. Docuit autem Pisanus, (qui a. 1598. deinde diem obiit,) his libris, non quale fuerit Nicaenum concilium, sed quale ad sensum et palatum Iesuitarum esse debuerit, vt iudicat *Edm. Richerius* in Historia conciliorum generalium lib. 1. c. 2. thes. 22. p. 80. Cum quo etiam *Launoius* part. 8. epist. 1. p. 699. et seq. conferri poterit, vbi opus hoc bonis malisque artibus mixtum in lucem prodiisse scribit. Eodem saeculo tabulas naufragii Nicaeni a *Guil. Lindano* collectas, in quibus aurea sanctorum canonum et actorum Nicaenorum ramenta repraesentari perhibentur, memorat *Possevinus* in Adparatu tomo I. pag. 707. et tomo II. pag. 137. Quales autem sint istae siue tabulae siue fabulae, dicere non possum, quum ad manus

mm) Vide hoc probantem *Tillemontium* tom. 7. memor. p. 657.

nn) Vide Catalogum bibl. Coislinianae p. 182.

oo) Perperam in b. Ittigii libro postumo excusum 1512.

manus meas hactenus nondum venerint. Italice Historiam concilii Nicaeni tradidit *Thomas Caccini*, Lucae 1637. 4. Gallice *Anonymus* quidam auctor Paris. 1691. 8. et deinde in Belgio a. 1692. 4. pp) reliquorum etiam conciliorum generalium historiam editurus. E nostris de concilio Nicaeno prolixe egere b. D. *Io. Georg. Dorscheus* in exercitatione ad Diatyposin qq) concilii Nicaeni de S. Coena, Argent. 1653. 1681. 4. Cui praemisit, quae ad integram concilii historiam pertinent. D. *Io. Guil. Baierus* in diss. historico-theologica de concilii Nicaeni auctoritate atque integritate contra Christoph. Sandium. Ien. 1691. 4. [v. supra in nota, in qua alios quoque nominaui.] D. *Io. Fechtius*, (respondente Adolpho Gideone Bartholdo,) in diss. de innocentia concilii Nicaeni, contra Godfridum Arnoldum et Obseruationes Hallenses tom. 2. obseru. 8. Rostoch. 1710. 4. Huic iungi possunt *Ioachimi Camerarii* historia synodi Nicaenae, et seorsim Lips. 1543. 1552. 1560. 8. et cum Chronologia Nicephori Constantinopolitani Basil. 1561. fol. impressa. [conf. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürd. Büchern, vol. XI. p. 118.] D. *Balthas. Menzeri* dissertatio de concilii [P] Nicaeni auctoritate et integritate, sub D. *Sebast. Niemanni* praesidio Ienae habita, recusaque Giessae 1652. 4. subiungitur *Io. Iacobi Mülleri*, theologi postea Augustani, exercitatio de collatione siue syncrisi concilii Nicaeni cum Tridentino, sub D. *Ioh. Conradi Dannhaueri* praesidio Argentorati a. 1661. ventilata.

Symbolum, quod apostolicum vulgo adpellatur, a Nicaenis patribus compositum fuisse, Laurentius Valla ab inquisitore haereticae prauitatis, quod de symbolo apostol. sentiret, rogatus, respondere non dubitauit, multis rationibus id probaturus, nisi inquisitor non probandi, sed abnegandi et reuocandi iam tempus esse regessisset, vt ipse *Valla in* calumnia theologica sibi intentata pag. antepenultima testatur. Et *Erasmus* in apologia ad 24. libros Alberti Pii, Carporum Comitis, quae tom. IX. operum Erasmi legitur, p. 958. adserit, *Vallam* in Antidoto ad Nicolaum V. probabilibus argumentis docuisse, quod symbolum apostolicum in concilio Nicaeno editum fuerit. Verum, si Valla putauit, symbolum, quod apostolicum vulgo adpellatur, totidem verbis in concilio Nicaeno editum fuisse, sententia eius probabilis non est. Multo minus probanda est *Sandii* sententia, qui longius progressus symbolum apostolicum in Nicaeno concilio ab Arianis, quemadmodum Nicaenum ab Homousianis in eodem concilio compositum fuisse, in Nucleo suo p. 167. adserit, quae adsertio confirmari non potest per ea, quae p. 52. et 53. de apostolico symbolo produxit, refutata a b. *Belio* Antiquit. saec. IV. part. I. artic. 4. thes. 46. p. 879. et thes. 48. pag. 881. cui nonnulla addit *Tentzelius* in Exercitt. selectis Lips. et Francof. 1692. 4. part. 1. p. 12. qui etiam pag. 13. varias scriptorum de auctore symboli Nicaeni sententias ita inter se conciliat, quod Eusebius, quem Graeci, teste Trapezuntio, symboli Nicaeni auctorem faciunt, prima huius symboli fundamenta locauerit; Osius, quem Ariani apud Athanasium in epistola ad Solitar.

pp) Acta Erud. 1692. p. 457. Ceterum memoriae lapsu reu. abbas D. *Io. Andr. Schmidius* tom. 2. Sagittarianae introductionis in hist. eccles. p. 1230. tradit, synodi Nicaenae acta libris IV. edita esse Ingolstadii a. 1576. a *Theodoro Peltano*. Nam Ephesinae, non Nicaenae, synodi acta Peltanus vulgauit. Sed parum humanum fuerit hoc vitio dare viro praestantissimo, qui tam multa etiam de conciliis recte et vtiliter in studiosorum hominum vsus adnotauit.

qq) Apud *Gelasium* lib. 2. cap. 31. hist. concil. Nicaeni est quinta.

Solitar. Nicaenam fidem edidisse adserunt, complementum addiderit; Hermogenes autem, quem Basilius M. epistola 319. symboli Nicaeni auctorem facere videtur, symbolum ab Osio conceptum litteris consignauerit. Idem *Tentzelius* in iudiciis eruditorum de symbolo Athanasiano p. 137. seq. explodit sententiam eorum, qui hoc, quod sub S. Athanasii fertur nomine symbolum,[rr]) a patribus Nicaenis compositum falso sibi persuaserunt.

[P] Verba Nicaeni symboli ex arcani disciplina proferre non ausus est *Sozomenus*, vt ipse profitetur lib. 1. cap. 20. Verum ea arcani religio, seu superstitio, alios non tenuit. Referunt enim symbolum a Nicaenis patribus conditum *Eusebius* in epistola ad Caesarienses apud Theodoretum lib. 1. cap. 12. et *Socratem* lib. 1. cap. 8. p. 25. et ipse *Socrates* eodem capite paullo ante Eusebii epistolam p. 22. *Hilarius* de synodis p. 242. *Patres concilii Ephesini* artic. VI. p. 671. *Basilius* epist. 78. *Athanasius* in epistola de fide ad Iouianum, *Leo M.* in epistola ad Leonem Augustum, quae est in vulgatis editionibus 97. in Quesneliana 134. *Codex ecclesiae Africanae* can. 137. *Patres concilii Ephesini*, act. 6. *Chalcedonensis* actione 2. Vt *Epiphanium* in Ancorato cap. 120. *Rufinum* lib. 1. cap. 6. et alios taceamus.[ss]) Quid statuendum sit de obseruatione *Baronii* ad ann. 325. num. 2. 3. ex Athanasio notantis, quod symbolum Nicaenum sine diei et consulum nota editum fuerit, exponit *Dorscheus* in exercit. de concil. Nicaeno p. 74. qui etiam p. 76. et sequentibus variantes quasdam huius symboli lectiones obseruat. Symbolum autem, quod in libris nostris symbolicis, et passim alias Nicaenum dici solet, non tam Nicaenum, quam Nicaeno-Constantinopolitanum est, qua de re apud *Vossium* dissert. III. de symbolis, thes. 3. et sequentibus, et *Io. Casp. Suicerum*[tt]) in commentario ad symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, edita Traiecti ad Rhen. 1718. 4. p. 15. seq. plura videantur. Videantur praeterea de symbolo Nicaeno *Balth. Bebelius* saec. IV. artic. 4. p. 881. et in synopsi postuma historiae et doctrinae symbolorum pag. 6. seq. *Christianus Lupus* in dissert. de symbolis apost. et Nicaeno, quae praemittitur scholiis in canones Nicaenos; [in eiusd. Opp. tom. I. p. 177. sqq.] [P] Schlichtingio aliisque antitrinitariis, qui patres Nicaenos mysterium trinitatis hoc symbolo profiteri negant, respondet D. *Abraham Calouius* in confessione martyrum et aliorum fidelium thes. 114. Dan. Zwiekero, Christoph. Sandio, Guil. Whistono et aliis Arianizantibus, occurrerunt *Georgius Bullus* in defensione fidei Nicaenae, *Daniel Whitby* aliique, quos laudaui tom. IX. huius bibl.

rr) *Iacobus Vsserius* epistola ad Gerh. Vossium libro de symbolo romanae ecclesiae apostolico vetere Oxon. 1660. 4. praemissa: *Ad ea, quae de Athanasiano symbolo erudite, vt soles, commentatus es, nihil, quod adiiciam, habeo, nisi quod in* Thecarae, *CPolitani monachi, graecorum hymnorum horologio, (a Rauio nostro ex oriente huc adducto,) symbolum hoc eo, quo post finem huius diatribae cernitur interpolatum modo, Nicaenae synodo adscriptum: et in hymnorum, partim latino, partim Hibernico sermone scriptorum codice vetustissimo, altero notatum reperi trium episcoporum opera in eadem Nicaena synodo illud fuisse compositum* Eusebii, et Dionysii, et nomen tertii, (*sic enim ibi legitur,*) nescimus.

ss) De *Theodoti Ancyrani* ἑρμηνείᾳ in symbolum Nicaenum dixi volum. X. huius bibl. p. 513. nr. IV.

tt) Idem *Suicerus* in thesauro ecclesiastico tom. 1. p. 50. laudat doctissimi viri Pauli Caroli, professoris theologiae in academia Montalbanensi, expositionem symboli Nicaeni ἀνέκδοτον.

bibl. p. 220. seq. *Fabr.* *Io. Georg. Walch.* in biblioth. theolog. selecta tom. I. p. 305. sqq. et 310. sqq. nubem scriptorum de symbolo apostolico et de symbolo Nicaeno excitauit, mihique fecit otium. Historia symboli apostolici, cum obss. ecclesiasticis et criticis. Lips. 1706. 8. — *Io. Rud. Kiesling.* historia de vsu symbolorum, potissimum apostolici, Nicaeni, CPolitani et Athanasiani, in sacris tam veterum quam recentiorum Christianorum publicis. Lips. 1753. 8. — aliorumque scripta, in *Bünau.* catal. tomi III. vol. I. p. 352. — *Ballerin.* de ant. collectt. part. I. de graecis canonum collect. cap. 3. p. 254. sqq. in Gallandii sylloge I. de catalogo patrum Nicaenorum, symbolo subiecto, qui non solum in primaeuo graeco cod. canonum inerat, verum etiam antiquior est ipsa collectione graeca; et pag. 258. sqq. difficultatibus, quae Tillemont. not. 3. in conc. Nicaen. mouerunt, satisfacere studet. Add. cap. IV. p. 263. sqq. — Conf. quoque supra, vol. XI. p. 332. sq. nr. 4. et 5. et in hoc vol. XII. p. 133. §. LXXV. — *Vindobon.* in cod. caes. LXXVII. nr. 40. Symbolum Nicaenum. v. *Lambec.* III. pag. 390. Koll. — idem ibid. pag. 234. nr. 50. cod. LVII. et nr. 49. concilii Nicaeni epistola, ad ecclesiam Alexandrinam et fratres, Aegyptum, Libyam ac Pentapolin incolentes, contra Arium eiusque socios: in eod. cod. sunt quoque Athanasii aliaque scripta, quae ad concilium Nicaenum et Arii haeresin pertinent. — Ibid. in cod. CCL. nr. 15. symbolum concilii primi Nicaeni; nr. 17. symbolum SS. apostolorum, diuisum in XII. sententias; nr. 21. *Athanasii* expositio symboli Nicaeni; inc. πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν· (quam Kollarius in nota obseruat, in lucem protractam et γνησίοις adnumeratam edidisse Benedictinos monachos congregationis S. Mauri tom. I. part. II. p. 1278.) nr. 22. *Athanasii* expositio fidei; inc. πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ποιητήν· v. *Lambec.* V. pag. 319. sq. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in pluribus codd. sec. catal. MSS. Angliae etc. vol. I. nr. 197. 1982. 2154. 2325. et 1982. symbol. Nicaenum et in illud: in multo pluribus Symbolum apostolor. et in illud. v. indic. MSS. Bodlei. voc. *Symbolum apostolorum.* De codd. *apostolorum symbolo*, et in illud, in bibl. *Cantabrig.* v. ind. ad codd. Cantabrig. sub illo voc. in cat. dicto, tomi prior. part. III. — in ead. biblioth. in cod. collegii S. Trinitatis XIV. et XXV. s. nr. 305. 315. dicti cat. acta concilii Nicaeni, gr. — ib. in cod. collegii S. Benedicti CCLXVIII. s. nr. 1535. catal. canones concilii Nicaeni et aliorum, latine et saxonice: atque confector cat. p. 140. hanc adiecit notam: „Hic liber videtur esse scriptus primo latine per Theodorum, archiepiscopum 7. Cant. et per Alfricum translatus anglice, et continet pag. 170.“ — ib. in cod. aulae Pembroch. CCXII. s. nr. 2140. catal. expositio symboli apostolici, et fides 318. patrum in concilio Nicaeno. — et in CXIV. s. nr. 2294. in orat. dominicam et symbolum. — Secundum eumd. catal. tom. II. nr. 2463. in cod. *Voss.* CXXXIIX. *concilii Nic. canones*; — nr. 4068. cod. coll. *Sionensis* IV. epistola synodi Nic. I. ad ecclesiam Alexandrinam; nr. 5926. cod. *Th. Gale* XCII. de concilio Nicaeno I. et vita Constantini M. nec non *Georg. Caesariens.* in SS. patres 318. et Constantin. M. — ac nr. 5927. cod. Gale XCIII. conciliorum I. et II. ap. Nicaeam argumenta; — in eod. tomo, nr. 567. cod. DII. eccl. cathedralis *Dunelmensis*, *symbolum apostolorum glossatum*, ac nr. 568. cod. DIII. symboli expositio, et in codd. haud paucis in *apostolor. symbol.* v. indic. h. v. — *Dublini* in cod. coll. S. Trinitatis CCCXXVIII. s. nr. 468. breuis expositio orationis dominicae et symboli apostolici. — *Mosquae* in cod. bibl. typograph. synodal. XXXIX. in 4. *Simeonis Thessalonic.* interpretatio symboli; eiusd. de

de articulis fidei, et ex quibus litterar. sacrarum locis symbolum fidei sit conscriptum, v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 321. *Harl.*

Fidem Nicaenam serius in Gallia innotuisse, innuit *Hilarius* p. 89.uu) De more recitandi in liturgia symboli, orientalium praecipue ecclesiarum, vide *Eusebium Renaudotum* tom. 1. Liturgiar. oriental. pag. 221. qui de diuersis symboli versionibus syriacis et arabicis etiam videndus pag. 219.

In actis concilii Ephesini alia quaedam fidei confessio legitur, quae in graeco textu editionis Commelinianae p. 138. Nicaenis patribus, in latina autem versione p. 387. Antiochenis tribuitur. Vnde *Baronius* ad a. C. 272. tom. 2. annal. p. 595. num. 16. quem etiam nonnulli nostratium sequuntur, istam fidei professionem in concilio Antiocheno aduersus Pauli Samosateni blasphemias conditam, et ab Eusebio in Arianorum gratiam suppressam suspicantur. *Steph. le Moyne* p. 257. similiter Antiocheno concilio symbolum illud tribuit. Verum quum in illa fidei professione filius Dei patri secundum deitatem, et hominibus secundum carnem homousius dicatur, Antiocheni vero patres ab Homousii vocabulo, ob Pauli Samosateni cauillationes, abstinendum censuerint, vt *Hilarius* de synodis pag. 243. *Athanasius* de synodis pag. 917. et *Basilius* epist. 300. testati sunt, Nicaeno concilio magis conforme illud symbolum deprehenditur: ex eo fortasse tamen in aliquo post Nicaenum concilium conditum, quum ex auctoribus supra citatis constet, aliud symbolum a patribus Nicaenis compositum fuisse, in quo nihil magis Arianos offendit, quam vox homousii, qua patres Nicaeni omnes Arianorum argutias elidendas censuerunt. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. caes. LXXVII. nr. 66. SStorum CCCXVIII. patrum concilii Nicaeni I. expositio fidei contra Paull. Samosatenum: inc. ὁμολογῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησῦν τὸν Χριϛὸν ἐκ τῦ πατρός. — De cod. syriaco XV. Vatic. in quo est symboli Nicaeni expositio, auctore anonymo Nestoriano, v. *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. p. 497. inprimis not. ad tom. III. part. 1. p. 280. sq. et p. 332. sq. 335. — *Io. Lamii* diss. de recta patrum Nicaenorum fide, Venet. 1730. 4. — ed. secunda auctior et emendatior. Florent. 1730. 4. *Harl.*

De canonibus concilii Nicaeni etiam dicendum. Et *Iosephus* quidem *Aegyptius* tres canonum libros a Nicaenis patribus compositos putauit, cuius sententiam in notis suis ad Synod. pag. 210. et in prolegom. §. 33. perstringit *Beueregius*, qui tantum vnum ex his libris, canones nempe viginti ex Iosephi huius paraphrasi complexum arabice et latine edidit ad

uu) Conf. *Planck* Einleitung in die theolog. Wissenschaften, tom. II. p. 330. qui quoque citat: *Antenicaenismus* — et breuis responsio ad Bulli defensionem synodi Nicaenae — auct. *Gilberto Clerke* etc. 1695. 8. ac disquisitiones modest. in — Bulli defensionem fidei Nic. auct. *Dan. Whitby*, ed. II. Londini 1720. 8. — Add. *Ballerin.* de antiq. collect. part. II. de collect. lat. cap. X. §. 2. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 412. sqq. vbi de cod. Vatic. Palat. DLXXIV. in quo can. XVI. Nicaeni, ex abbreuiatione Rufini esse, huiusque abbreuiationes apud Gallos, et quidem duplicem fuisse collectionum gallicanarum rationem vsitatam, in hisque canones Sardicenses cum Nicaenis vel integris, vel in compendium redactis coniunctos, atque eosdem canones ab ipsa ecclesia gallicana pro Nicaenis habitos demonstrat, etc. *Harl.*

ad calcem tomi I. magni Synodici, quum canones, reliquis libris contentos, ſpurios eſſe manifeſtum eſſet. Edidit [ꝑ] autem ex codice MS. arabico canonum orientalium, quem vir illuſtris Thomas Roë ex legatione ad Turcarum imp. redux bibliothecae Bodleianae legauit, de quo operae pretium eſt, adire *Seldenum* lib. 2. de Synedriis cap. 4. pag. 118. ſeq. Octoginta canones Nicaenos ex arabica lingua in latinam verſos publicarunt *Alphonſus Piſanus* in hiſtoria concilii Nicaeni, de qua ſupra, et *Franciſcus Turrianus*, ad calcem conſtitutionum apoſtolicarum, latine editarum cum notis Antwerp. 1578. fol. quibus, [ad ſex edd. orientales collatis,] quatuor in ſua verſione addit *Abraham Ecchellenſis*, Maronita, Pariſ. 1645. 8. qui et plures alias conſtitutiones, tanquam a patribus Nicaenis definitas, adiungit. Conferatur *Alphonſi Piſani* hiſtoria concilii Nicaeni, qui, etſi in editione Dillingenſi anni 1572. ſeptuaginta [vv]) tantum canones numéret, alioque ordine diſponat, quam in arabicis codicibus locantur, in ſequenti tamen editione, quam *Dominicus Nicolinus* et *Seuerinus Binius* in conciliorum tomis ſequuti ſunt, LXXX. canones iuxta arabicum exemplar diſpoſitos exhibet, quod etiam facit *Turrianus*, [ww]) ex cuius editione et recognitione canones illos

latine

vv) Septuaginta numerantur in ſuppoſititia epiſtola Athanaſii ad Marcum papam, et Marci papae reſcripto apud Harduin. tom. I. p. 554. ſeq.

ww) *Turrianus* p. 324. Apologiae pro epiſtolis pontificum, teſtatur, filium *Tramezini*, Veneti bibliopolae apud ſenatum Venetum linguarum, quum viueret, interpretem, canonem Nicaenum 44. latine vertiſſe ex arabico libro vetuſtiſſimo Marcelli II. pontificis, in quo erant omnes Nicaeni canones exceptis 29. quos libri vetuſtas conſumſerat. *Hunc*, inquit, *ego canonem ab illo latine translatum in libris meis de dogmaticis characteribus verbi Dei recitaui. Reperit poſtea pater* Baptiſta Romanus S. I. *Alexandriae eosdem canones Nicaenos integros arabice quoque ſcriptos, quos ex libro patriarchae Alexandrini idem pater Baptiſta deſcripſit et huc adtulit Romam: ſed propter difficultatem, quae maior eſt, vt ille ait, linguae arabicae, qua Alexandrini loquuntur, quam Punicae, qua Africani, quamquam aliquot annis apud homines illius linguae verſatus eſſet, non prius potuit fideliter transferre, quam tantos in ea lingua progreſſus faceret, quantos iam fecit. Immo, vt fidelius transferret, vſus etiam eſt opera Dni Georgii,* archiepiſcopi Damaſceni, *natione* Maronitae, *qui adhuc Romae eſt, et tandem opera* Ioannis Senani Alexandrini, *qui eam linguam, vt in ea natus, probe intelligebat.*

De Piſani editione ita Launoius de Sacramento vnctionis extremae p. 14. *Concilium Nicaenum arabicum, quod Alfonſus Piſanus latinitate donauit, laudo, non, quod credam omnia, quae in eo reperiuntur, in vero concilio Nicaeno edita eſſe, ſed quod in plerisque repraeſentet diſciplinam illius temporis, quo concilium Nicaenum arabicum, ita vt legitur, comparatum eſt: id autem eueniſſe circa ſeptimum ſaeculum mihi videtur.*

Hebed Ieſu pag. 52. *) Catalogi ſcriptorum oriental. memorat Maratam, [Marutham,] epiſcopum Mipharechetenſem, qui canones concilii Nicaeni verterit ſyriace, et hiſtoriam huius concilii eadem lingua tradiderit. Hanc verſionem poſteriorem eſſe verſione S. Iacobi Niſibenſis, qui concilio interfuit, profitetur in notis Abraham. Ecchellenſis: ſed merito exigua fide digna videntur Rich. Simoni interpolata illa Syrorum et Arabum monumenta tom. II. Bibl. choiſie p. 301. *Il y auroit bien des choſes à remarquer ſur les canons des anciens conciles que les Syriens et les Arabes ont encore aujourd'hui pleins d'interpolations, et qui ne peuvent point paſſer pour les veritables canons de ces conciles, quoiqu'en diſe Ecchellenſis.*

[* p. 74. in *Aſſemanni* bibl. orient. tomi III. part. I. vbi v. notam Aſſem. et p. 335. add. de codd. ſyriacis, ibid. tom. II. p. 497. 416. 418. ſqq. *Harl.*]

Ioby

latine repraesentat *Nicolinus* tom. 1. concil. p. 573. *Binius* tom. 1. p. 350. *Labbeus* tom. 2. p. 387. qui [P] etiam pag. 318. canones 84. ex Abrahami Ecchellensis versione, legentium oculis subiicit. Vtrosque et illos Turriani et hos Ecchellensis, habet etiam Harduinus. Verum canones illos ex arabico in latinum sermonem versos, licet apud Aethiopes etiam aethiopice, vti apud Cophtitas arabice exstent, teste *Ludolfo* III. 4. 30. Hist. Aethiop. et non minus a Melchitis quam Iacobitis, Nestorianis, Armeniis et Maronitis probentur,^xx^) supposititios esse, [et post Iustiniani imp. aeuum confictos,] non dubitant [*Pearson.* in Vindic. Ignatii, part. I. p. 187. *Harl.*] *Rich. Simon* Hist. critique de la creance et des Coutumes des Nations du Levant c. 4. p. 70. seq. *Philippus Priorius* diss. de litteris canonicis p. 79. seq. et *Tillemontius* tom. VI. memor. p. 674. *Antonius Pagi* ad a. C. 325. n. 45. probantque *Natalis Alex.* sec. 4. diss. 18. de numero [P] canonum Nicaen. *Christianus Lupus* ad canones synodor. tom. I. pag. 110. seq. *Godaldus* yy) hist. eccles. a. 325. pag. 553. tom. I. *Edmundus Richerius* hist. concil. general. lib. 1. cap. 2. thes. 22. *Schelstratenus* antiquitat. illustr. p. 283. vbi simul eorum sententiam sibi displicere monet, qui Iacobo Nisibitano seu Nisibensi illam arabicorum canonum collectionem tribuunt, qua de re videri etiam poterit *Tentzelius* in dissertatione de Iacobo Nisibensi part. 1. Exercit. select. p. 246. Nouissime argumenta cardinalis de Aguirre pro canonum horum γνησιότητι confutauit L. *Christianus Ludouici* in praefat. ad D. Ittigii τῦ μακαρίτȣ historiam concilii Nicaeni. *Fabr.* *Spittler.* quoque in: Geschichte des kanon. Rechts §. 27. p. 107. not. *y.* negat, octoginta canones Nicaenos, ab Alphonso Pisano, Fr. Turriano et Abr. Ecchellensi publicatos, esse genuinos. Idem in §. 25. sqq. de Ioanne scholastico eiusque collectione canonum, animaduertit primum, illum numerasse viginti canones Nicaenos; tum, librarios codicibus suis pro arbitrio quosdam canones conciliorum modo adiecisse, modo omisisse, idque patere ex collatione editionis Iustel. cum nonnullis codd. Vatican. in *Assemanni* bibl. iuris orientalis vol. III. p. 354-421. dein §. 27. p. 106. sq. docet, canones Sardicenses sub nomine Nicaenorum fuisse prolatos, (lib. 9. c. 33. coll. Ballerinior. diss. p. 50.) Gregor. Turon. citasse canonem Nicaen. qui tamen sit canon

Iobus Ludolfus commentar. ad hist. Aethiop. III. 7. 67. p. 442. *Negari nequit, apud Aethiopes exstare eadem illa acta Nicaena, quae Cophtitae arabice possident, a quibus ex Aegypto in Europam translata et ab Abrah. Ecchellensi latine versa edita fuerunt. Abulbaracatus Arabs describit nobis tria volumina talium actorum Nicaenorum, quorum primum continet XX. canones, eos videlicet, quos etiam in Europa adhuc habemus: secundum LXXXIV. canones, inter quos est ille supra citatus de Primatu papae. Ista ergo cum sequenti volumine tertio, quod continet constitutiones imperatorum, Baronius pro authenticis minime agnoscit. Operae pretium tamen foret, ea habere, et cum impressis exemplaribus antiquitatis caussa conferre. Apud Aethiopes certe in auctoritate adhuc esse, ex eo colligo, quod tam pertinaciter illis inhaereant,* etc.

xx) Praeter Abr. Ecchellens., canones illos, qui *arabici* vulgo dicuntur, quia ex arabicis exemplaribus primum a Baptista Eliano, S. I. Alexandriae exscripti, et in latinum versi sermonem; deinde ab orientalibus quibusdam correcti, et ab Alfonso Pisano, Franc. Turriano et Abr. Ecchellensi publici iuris facti sunt, vindicari etiam a *Thyrso Gonzalez*, S. I. de infallibilitate rom. pontificis, disp. 3. sect. 2. §. 9. testatur *Assemann.* in bibl. orientali tom. I. cap. 12. fin. pag. 195. add. eund. ad tom. III. part. 1. p. 278. 514. de illis canonibus, et tom. II. p. 574. *Harl.*

yy) Godeau, Godeauium alii, siue Godellum adpellant.

canon XIV. Gangren. et a Bauar. synodo a. 763. canon. Gangren. aut Antiochen. pro Nicaeno laudari, prouocatque ad *Forster.* diss. in actis academ. Bauaricae tom. I., posthaec refert, quamuis sit certum, in concilio Nicaeno tantum XX. canones fuisse confectos, tamen Hebediesu (in *Assemanni* bibl. orient. tom. I. p. 195.) testari, *Marutham*, episcop. Tagritensem in Mesopotamia, (de quo v. quoque *Assemanni* bibl. oriental. tom. I. cap. 12. p. 170. 174. sqq. et de eius operibus p. 179. sqq.) in historia Nic. synodi, sub exitum saeculi IV. conscripta, LXXIII. canones syriace vertisse. Quae versio Maruthae quum nondum sit inuenta, Spittler suspicatur, Marutham ex codice vertisse, in quo canones plurium synodorum in continua serie scripti fuerint, et quoniam canones Nicaeni primum locum occuparint, omnes reliquos pro Nicaenis quoque fuisse habitos; idemque alias excogitat coniecturas et plura alia in hanc rem disputat. — Codd. iam supra memoratis adde codd. *Florent.* Laurent. XL. (in quo vti in sequentibus adseruantur canones ecclesiastici diuersorum concilior.) nr. 3. plut. 5. de vniuersali concilio primo, canones XX. adiecta cuique expositione: praefatio est historica, enarrans tempus, episcopos, et acta huius concilii; id quod in omnibus fit, et VIII. nr. 13. ac 14. plut. 9. atque X. nr. 4. plut. 10. teste *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 70. et 397. ac 477. sq. — Ibid. in cod. XXII. (qui continet Io. Scholastici, CPolit. patriarchae, collectionem canonum, in titulos L. diuisorum, Nomocanonem X. et alias aliorum ecclesiasticas constitutiones,) nr. 5. et 8. plut. 5. canon. XXVI. synodi Nicaenae etc. v. *Bandin.* l. c. p. 46. *Harl.*

Non plures porro, quam viginti canones in concilio Nicaeno conditos fuisse, testantur *Theodoretus* lib. 1. histor. eccles. cap. 8. *Gelasius* lib. 2. cap. 31. *Hincmarus Remensis* in epistola ad Hincmarum Laudunensem tom. II. opp. p. 462. seq. *Bertholdus* siue *Bernaldus*, qui circa a. 1066. scripsit, epistola ad Gebehardum p. 261. in scriptoribus a Tegnagelio editis, et alii. Nec plures exhibent versiones antiquae *Dionysii Exigui* et aliorum, quas inter non tacenda versio *Theilonis* et *Thearisti*, zz) quae subiuncta est capitulis concilii Carthaginiensis 6. tom. II. concil. Labbei p. 1594. et Harduin. tom. 1. p. 1245. Ex cuius etiam Africani concilii historia patet, neque Caecilianum Carthaginiensem, qui concilio Nicaeno interfuerat, plures quam 20. in Africam adtulisse, neque Cyrillum Alexandrinum et Atticum Constantinopolitanum plures in Africam misisse. Confer *Beueregii* notas ad Synodicum p. 203. Et quamuis *Rufinus* lib. 1. cap. 6. viginti duos recenseat, diuersitas tamen illa ex eo tantum oritur, quod et sextum et [P] octauum canonem in duos diuiserit. Cur in codice veteri canonum romanae ecclesiae, quem in adpendice ad opera Leonis M. *Quesnelius* edidit,

zz) *Trilonem* et *Thearistum CPol.* vocat Turrianus apologia pro epistolis pontificum p. 290. *Filonem* (Philonem) *et Euaristum* duo codd. MSS. nec non Bertholdus siue Bernaldus, presbyter Constantiensis, epistola ad Gebehardum pag. 269. testatus CPolitanam synodum, de graeco ab iis in latinum versam. *Eugippium* quoque canones conciliorum vertisse ex Cassiodoro de illustribus viris cap. 23. refert, et b. *Isidorus*, inquit, *in Collectario suo de canonibus, quatuor editiones Nicaeni concilii compaginauit, duas vero vel tres reliquis orientalibus conciliis adscripsit. Sed harum editionum illam nos maxime sequimur, quae caeteris emendatior et apostolicae sedi acceptior videtur, videlicet quam b. papa,* Adrianus, *per manum* Karoli, imp. *occidentalibus direxit ecclesiis.* De hac supra pag. 62. 63. ed. vet.

edidit, canon 20. omiſſus deprehendatur, inquirit praedictus *Queſnelius* in diſſert. 12. ad Opera Leonis cap. 5. qui p. 653. ſeq. etiam obſeruat praefationem editioni Iſidori Mercatoris praefixam, potius codici romanae eccleſiae praemitti debere. [conf. Leonis Opp. ed. fratrum Ballerinior. Venet. 1755-57. fol. tom. III. et *Schoenemann.* biblioth. hiſtor. liter. patrum latin. tom. II. p. 953. ſq. *Harl.*] Praefationem canonibus Nicaenis praemiſſam in *Iuſtelli* bibl. canonica tom. I. p. 282. ſcriptam eſſe verſibus, prima ſtatim docet inſpectio, et monuit *Cotelerius* tom. III. monument. eccleſiae graecae p. 609. *Harduin.* tom. I. p. 321. *Fabr.* — *Franc. Anton. Zaccaria* de decretis ad romani pontificis auctoritatem ſpectantibus in concilio Nicaeno I. editis, in eius Diſſ. de rebus ad hiſtoriam atque antiquitatt. eccleſiae pertinentibus, tom. I. nr. 6. Fulign. 1781. min. 4. primatui pontif. rom. in canone V. et VI. nihil derogari, euincere ſibi viſus eſt; ſed v. cenſuram libri in ephemer. litt. Lipſ. 1783. nr. 34. Ibid. p. 273. Zaccaria egit de canonibus arabicis conc. Nicaeni. — *Chr. Guil. Fr. Walch.* duae recitationes de decreto Nicaeno de paſchate, in nouis commentariis ſociet. reg. ſcient. Gotting. tom. I. ſect. 2. pag. 10-65. — *Erneſti* progr. de eodem, Lipſiae 1775. 4. contra quem *Kleiner* in proluſione quadam, Heidelberg. 1777. nonnulla monuiſſe dicitur. De praeiudicio, Nicaenis canonibus facto in conciliis CPolitano, Epheſino et Chalcedonenſi, plura dixit *Aſſemannus* in biblioth. iuris orientalis canonici et ciuilis, libr. I. cap. II. §. 275. p. 405. ſqq. *Harl.*

Index ſcriptorum, epiſcoporum, haereticorum, etc.

qui in Gelaſii Cyziceni actis ſynodi Nicaenae memorantur.

Eufta-

Paulus

De variis synodis Nicaena, et aliis XXX. temporibus Constantini et successorum habitis, ex veteri Synodico, supra p. 197. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 370.

A. C. 325. *Romani* concilii tertii, sub Siluestro habiti, decreta, quae *Surius* edidit ex MS. bibl. praedicatorum Colon. *Fabr*, *Walch.* in: Entwurf etc. p. 158. narrationem de

de concilio *romano*, ſub Siluestro habito, in eoque decreta conc. Nicaeni eſſe confirmata, falſam eſſe, et ab Iſidoro fictam ſtatuit, laudatque *Tillemont.* memoir. tom. VII. p. 266. ac *Boweri* Hiſtorie der Päpſte, tom. I. p. 182. *Harl.*

[* Synodus *Alexandrina* a. 326. quam tamen in adnotatione chronologica ad a. 328. referendam exiſtimat *Manſi II.* p. 1085. *Mart.*]

Concilii *Gangrenſis* in Paphlagonia, quod a XVII. epiſcopis poſt Nicaenum a) et ante Antiochenum anni 349. videtur habitum eſſe, epiſtola et canones XX. graece cum verſione Dionyſii Exigui et Iſidori Mercatoris. Labbeus etiam Herueti interpretationem adiunxit. Mentio huius concilii in veteri Synodico c. 71. ſupra p. 218. ed. vet. et ed. nou. p. 387. Canones etiam cum notis, graeciſque Balſamonis, Zonarae et Alexii Ariſteni ſcholiis apud Beueregium, tom. II. p. 184. [* Excerpta ſeu tituli Gangrenſis concilii ex cod. Luc. *Manſi II.* p. 1113. *Mart.*] ap. Manſium II. p. 1095 - 1121. reperiuntur praeterea 1) ſynodica gr. cum duplici verſione lat. 2) canones gr. lat. ex interpret. Herueti; 3) iidem ex Dionyſio et Iſidoro; 4) notae Binii; 5) notitia ex libello ſynodico. add. *Fuchs* l. c. II. p. 305. ſqq. *Harl.*] In hoc concilium [ſ] exſtant praeter lucubrationem Io. Kymaei, Homburgenſ. in Haſſia paſtoris, cum praefat. b. D. Lutheri tom. VI. Altenb. p. 1098. [aut tom. XVI. p. 2533. ed. I. G. Walch.] et Io. Quintini Hedui ICti interpretationem et notas editas Pariſ. 1560. 4. D. *Sam. Schelwigii* diſſert. hiſtorico-theologica, Gedan. 1690. 4. (v. acta eruditor.

a) Varias eruditorum ſententias de aetate huius concilii refert D. *Io. Andreas Schmidius* tom. II. introductionis Sagittarianae in hiſt. eccleſ. p. 1076. ſeq. *Fabr.* De aetate huius concilii plura diſputant *Ballerinii* fratr. de ant. collection. part. I. cap. II. vbi pag. 248. in Gallandii ſylloge I. obſeruant, priſcam verſionem, a Iuſtello typis expreſſam, in ordine canonum primum Gangrenſes XX. et deinde Antiochenos XXIV. exhibere, pag. 251. docent, in collect. primaeuam gr. Ancyranam et Neocaeſarienſem ſynodos Nicaena anteriores eſſe; Gangrenſem poſteriorem; poſtea ab alio librario canones Antiochenos, licet Gangrenſibus anteriores, fuiſſe hiſce Gangrenſ. adiectos, tum p. 254. ſqq. in cap. tertio quaedam adnotant, et in cap. IV. §. 1. p. 263. de notationibus chronicis, quibus Ancyrani et Neocaeſarienſes canones dicuntur anteriores ſynodo Nicaena, Gangrenſes autem poſteriores, de ordine conciliorum in MSSt. et p. 266. ſynodum Gangrenſem locant inter an. 362. et 370. Contra Ballerinios Fr. autem dimicat *Aſſemann.* in bibl. iuris orient. canonici et ciuil. libr. I. §. 35. ſqq. et pag. 57. ſqq. et ad inquirendum num Gangrenſes canones fuerint Antiochenis priores nec ne? prouocat primum ad locum, quem exſcripſit, *Manſi* in not. ad a. Chr. 519. nr. 4. Annal. eccleſiaſt. tom. IV. Lucae 1739. p. 5. tum oſtendit, Hoſium non interfuiſſe illi concilio; dein §. 39. p. 61. ſq. diluit argumentum Ballerin. Gangrenſes canones, inter a. 362. et 370. fuiſſe conſtitutos, et §. 40. ſqq. p. 62. ſqq. vberius demonſtrare ſtudet, Gangrenſes canones non eſſe poſteriores Antiochenis, et pag. 66. colligit, ſynodum Gangrenſem paullo ante a. 341. quo anno Antiochenam ſynodum coactam eſſe contendit, fuiſſe habitam. Idem plura in hanc rem addit. — *Walch* in: Entwurf etc. pag. 216. ſq. quaedam de illo concilio profert, citatque *Schelwigii* exercitat. in concil. Gangr. Gedani 1721. (ſic,) *Wolfg. Gundling* exercit. in concil. Gangr. canon. ſub praeſidio Fabricii. Altdorf. 1690. *Tillemont* Memoir. tom. IX. p. 85. et 650. *Ceiller* hiſt. des auteurs etc. tom. IV. p. 734. et ſuum libellum, antiquit. pallii philoſoph. p. 245. ſqq. *Harl.*

tor. 1690. p. 542.) et *Wolfgangi Gundlingii* adnotationes poſtumae contractae et recenſitae a Io. Fabricio, Altdorf. 1695. 8. (v. acta erudit. 1695. p. 438.)

†† A. C. 329. *Antiochena*, ſiue, (vt ex Philoſtorgio Baluzius p. 26.) *Nicomedienſis*, pſeudo-Synodus Arianorum, in qua Euſtathius Antiochenus per fraudem deiectus. Interfuere ſynodo Euſebius Nicomedienſis, tum CPol. epiſcopus, Theognis Nicaenus, Euſebius Caeſarienſis, aliique ex Theodoreto lib. 1. hiſt. eccleſ. cap. 20. Philoſtorgio, III. 12. Athanaſio in epiſtola ad Solitarios et Conſtantino imp. in litteris ad populum Antiochenum, ad Euſebium, ad ſynodum, apud ipſum Euſebium III. 60. 61. 62. de vita Conſtantini. *Fabr.* [* Conſtantini ad concilium epiſtola, gr. lat. — Conſtantini ad Euſebium litterae, lat. — Conſtantini ad concilium epiſt. altera, gr. lat. *Manſi II.* pag. 1087-1094. *Mart.*] *Manſi* ſupplem. concil. tom. I. p. 139. ſqq. Plura vide ap. *Aſſemann.* locis ad concil. Gangr. citatis, et pag. 70. ſqq. nec non *Ballerinios* Fr. l. ibid. citato part. 1. cap. 4. §. 2. p. 267. ſqq. *Walch.* Entwurf etc. p. 158. *Harl.*

†† circa A. 330. *Alexandrinum* concilium, praeſente Oſio Cordubenſi, in quo damnatus eſt Iſchyras et inter laicos redactus, vt docet libellus clericorum Mareoticorum, oblatus ſynodo Tyriae, qui infra indicabitur. *Fabr.* Neque hoc, neque aliud concil. Alexandrinum, (de quo *Manſi I.* p. 146.) omnino certum eſſe, iudicat *Walch* in: Entwurf etc. p. 160. §. XXI. *Harl.*

†† 333. *Carthaginienſe* concilium ſub Donato epiſcopo Carthag. cum epiſcopis CCLXX. Donatiſtis. Ibi per LXXV. dies, poſtpoſitis omnibus praeteritis, limatam eſſe ſententiam atque decretam, vt traditoribus immenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris communicaretur, ſcripſit Tychonius, ita prodente Auguſtino epiſt. 48. (93. ſ. 92. edit. nouae.) nr. 43. [add. *Walch.* l. c. pag. 160. §. 22. *Harl.*]

†† 334. *Caeſarienſis* in Palaeſtina ſynodus, contra Athanaſium coacta, ſed quum is adeſſe ibi noluiſſet, poſt longam moram nihil ibi geſtum eſt. Vide Sozomenum II. 25. Theodoretum I. 27. ſqq. Huius ſynodi nusquam Athanaſius meminit.

335. *Synodus Tyria*, et ad eam ſpectantes epiſtolae Conſtantini M. et aliorum ex Euſebio, de vita Conſtantini libr. IV. cap. 42. et Athanaſio, Apolog. II. adu. Arianos tom. II. opp. p. 130. ſqq. ex quo etiam Mareoticorum clericorum libellus praefectis oblatus, et alter ad ſynodum. [Plura ſcripſit et citauit *Walch.* l. c. p. 161. ſqq. §. 24. v. *Manſi* tom. II. col. 1123-1153. ac *Fuchs* in: Bibl. der Kirchenverſammml. tom. II. p. 1. ſqq. *Harl.*

335. Conciliabulum *Hieroſolymitanum*, in quo Arius ſuſceptus eſt. Epiſtola Conſtantini ex Socrate lib. 1. c. 21. Arii et Euzoii libellus fidei ex eodem lib. 1. c. 26. et Sozom. II. 26. Epiſtola [†] ſynodalis ex Athanaſii apologia ſecunda contra Arianos et libro de ſynodis Arimini et Seleuciae. [v. *Walch.* cit. Entwurf

wurf etc. pag. 163. sq. §. 25. et *Fuchs* l. c. pag. 27. sqq. *Mansi II.* col. 1155–1162. *Harl.*]

Epistola (supposititia) sub S. Athanasii nomine et Aegyptiorum episcoporum ad *Marcum* papam de numero canonum Nicaenorum pro exemplaribus Nicaeni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderunt. Latine ex Isidoro Mercatore.

Rescriptum (supposititium) Marci papae ad Athanasium et omnes episcopos Aegyptios. Ex eodem Isidoro.

† 336. De conciliabulo CPolitano, occasione Marcelli Ancyrani celebrato ab Arianis, de quo *Baronius* ad a. C. 336. n. 27. *Fabr.* Conf. *Pagi* critic. in annal. Baron. tom. III. p. 279. et M. *Christi. Henr. Vogel.* disp. de Marcello, episcopo Ancyrano, Gottingae 1757. 4. *Harl.*

Iulii papae epistolae duae supposititiae, latine.

Epistola Orientalium ad Iulium papam, supposititia.

Epistola genuina Iulii papae b) ad Orientales et altera breuior ad Alexandrinos ex apologia secunda Athanasii, graece et latine, cum epistolis quibusdam Constantii ex eadem apologia.

[* Iulii epistola ad Dionysium *Mansi II.* p. 1191. — *Lud. Muratorii* in superiorem epistolam disquisitio, (in qua spuriam eam esse demonstrat,) ib. pag. 1197. — Iulii epistola ad Prosdocium, gr. lat. ibid. p. 1245. — in eamdem epist. editoris monitum, (in quo haec epistola, tamquam Apollinarismum sapiens, Iulio abiudicatur,) ib. pag. 1243. — eiusd. epistolae fragmenta, cum censura, ibid. p. 1251. — eiusdem Iulii scriptorum fragmenta tria, ib. p. 1253. — Censura epistolarum Cyrilli ad Iulium et Iulii ad Cyrillum de die natali Domini, ib. pag. 1255. — Epistola, quae Gesta Liberii inscribitur, cum admonitione, ib. pag. 1259. *Mart.*]

Decreta septem Iulii papae ex Gratiano 9. XIV. qu. 3. *Quicunque tempore messis.* 12. XXVI. quaest. 6. *Si presbyter poenitentiam:* quod ipsum est capitulum 2. sed breuiatum epistolae 2. Caelestini papae ad episcopos Viennens. et Narbon. 15. XXVII. qu. 2. *Si quis desponsauerit vxorem.* 1. XXIX. qu. 1. *Omnibus nobis.* 7. XXXV. qu. 2. et 3. *Nullum in vtroque sexu.* 7. de Consecr. dist. 2. *Cum omne crimen:* quod est ex concilio Bracarensi IV. c. 1. a. 675. Alia decreta tria ex Iuonis lib. 1. et 6.

A. C. 337. *Romana* synodus, ex collectione Isidori Mercatorisque, commentitia, iudice *Tillemontio* tom. VII. memor. p. 702. seq. [et aliis iudicibus, quos *Walch.* l. c. p. 165. sq. §. 28. laudat. *Harl.*]

A. C. 340.

b) Tom. I. Harduin. p. 610. ad a. 342.

A. C. 340. *Alexandrina*, in caussa S. Athanasii. Epistola synodica ex eiusdem Athanasii apologia secunda. [Plura v. ap. *Walch*. l. c. p. 167. §. 31. ac §. 32. de alio concilio romano, a. 341. *Harl.*]

341. *Antiochenae* synodi epistola cum subscriptionibus episcoporum, et canones XXV. cum versione Dionysii Exigui et Isidori Mercatoris. Labbeus ex Regia, vt solet, etiam recentem Herueti versionem adiunxit. [Synopsin canonum ex MSt. Lucensi addidit lat. *Mansi II.* p. 1336. *Mart.*] vbi p. 1305. exhibet epist. synod. gr. lat. canones XXV. gr. lat. interprete Gent. Herueto, et alia. *Harl.*] In Beueregii pandectis canonum praeter ipsius notas exstant etiam tom. I. pag. 429. scholia graeca Zonarae, Balsamonis et Alexii Aristeni. Singulari etiam studio huius synodi acta illustrauit et auctoritatem adseruit *Emanuel Schelstratenus*, Antwerp. 1681. 4. Vide acta erud. 1682. pag. 4. seq. Iournal des Sau. 1681. pag. 93.

[F] Concilium Antiochenum vnicum ponimus, inquit Harduinus, MSS. collectiones et editiones alias priores sequuti; tametsi eodem isto anno geminum Antiochiae concilium fuisse celebratum eruditi plerique existiment: alterum, in quo conditi fuerunt canones XXV. quos *beatorum patrum sanctiones* Zacharias papa, *venerabiles Antiochenos et sacros canones* Nicolaus papa: *iustas regulas patrum* concilium Chalcedonense adpellat: *in quibus spiritum sanctum loquutum credimus*, inquit Caesarius Arelatensis: quo in concilio fuerint episcopi XXX. *sancti patres in Antiocheno concilio residentes*, vt loquitur concilium Romanum sub Leone. Alterum vel episcoporum XC. vt Athanasius ponit in libro de synodis, vel XCVII. vt Hilarius in libro de synodis, et Sozomenus III. 5. neque ex sola dioecesi orientis, quae sola commemoratur in titulo epistolae synodicae, sed ex aliis sane multis: cui concilio praefuerit Flaccillus episcopus, interfuerint Eusebianae partis episcopi, qui Athanasium damnarunt: Eusebius olim Nicomediensis, tunc vero CPol. episcopus, Acacius Caesariensis e Palaestina, Patrophilus Scythopolitanus, Theodorus Heracleotes e Thracia, Eudoxius Germaniciensis, Gregorius Alex. Dianius Caesariensis e Cappadocia, Georgius Laodicenus e Syria, Eusebius Emisenus teste Sozomeno lib. 2 cap. 19 quorum nomina in subscriptionibus huius concilii non adparent: vti neque Maris Chalcedonensis, nec Marcus Arethusius e Syria, quos adpellat Socrates II. 18. nec Flaccillus ipse denique Antiochenus, cui inscripta est epistola Iulii papae, vt et Dianio, Narcisso et caeteris. Et priorem quidem synodum *catholicorum* fuisse dici ab Hilario loco cit. et ab Hincmaro tom. II. p. 489.: posteriorem adpellari *Arianorum* a Palladio in vita Chrysostomi, aliisque, eruditi viri contendunt. *Fabr.* Multus est de hoc concilio *Walch* in: Entwurf. p. 168. sqq. nec paucos tam antiquiores, quam recentiores scriptores citat; inter hos *Hilarium* de synodis, pag. 1168 sqq. Opp. ed. Coustant. ac *Mansi* supplem. concil. tom. I. pag. 165. sq. et *Tillemont*. Memoir. tom. VI. p. 755. sqq. Inprimis conf. *Fuchs* in: Biblioth. der

der Kirchenversamml. tom. II. p. 42. sqq. et *Ballerin.* Fr. de antiq. collect. part. I. c. 4. §. 2. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 267. sqq. vbi, postquam Bellarmini, Baronii, Schelstratii ac Tillemontii sententias de canon. Antiochenor. auctoribus et tempore vocarant sub examen, ostendere student, illos non pertinere, vt hactenus inualuit, ad synodum Antiochenam, ab Eusebianis coactam in encaeniis a. 341. sed aliam anteriorem, ex Nicaenis fere patribus celebratam a. 332., tum probatum eunt, catalogum patrum eiusd. synodi, in conciliis vulgatum post synodicam, esse suppositituim, et de numero agunt patrum, qui eosdem edidere canones; denique p. 274. concludunt, nihil dubii superesse, quominus omnes hi canones Antiochenae synodo a. 332. adiudicentur. Sed *Assemann.* in bibl. iuris oriental. can. et ciu. tom. I. cap. 3. p. 54. sqq. de canonibus Antiochenis disputans, examinat Ballerinior. rationes, et p. 59. sqq. negat contra illos, adeo esse certum, Antiochenos canones a. 332. sede Antiochena vacante, ante electionem Euphronii fuisse conditos, et Antiochenos canones esse Gangrensibus anteriores: p. 66. sqq. ostendit, Antiochenam illam synodum non ante an. 341. esse statuendam, et plura de hac re profert; inter alia p. 68. not. arguit erroris auctorem libelli synodici tom. II. concil. Labb. Venet. ed. p. 623. et p. 71. sqq. auctorem arabicae historiae, quae concilio huic Antiocheno eiusque canonibus in cod. arabico tom. I. conciliorum p. 135. (Assem. bibl. orient. tom. I. p. 619.) praefigitur, qui, Antioch. synodum aduersus Paul. Samosatenum congregatam, et Nicaena synodo priorem fuisse, scribit. — *Vindob.* in cod. caes. XLIV. (qui plurium conciliorum canones continet,) nr. 7. concilii Antiocheni a. 341. canones XXV. cum anonymi scholiastae graeci adnotatt. in margine et intra lineas positis; v. *Lambec.* VIII. p. 852. Kollar. ibid. p. 912. nr. 17. cod. XLV. argumenta canonum concilii Antiocheni, atque nr. 12–16. ac 18–21. argumenta aliorum concilior. et nr. 30. sqq. canones aliorum concil. vt aliorum MSS. mentionem praetermittam. *Harl.*

Formulae quatuor fidei ex Socratis lib. II. hist. c. 10. et 18. et Athanasii libro de synodis.

A. C. 342. Concilium *romanum* episcoporum amplius quinquaginta, a quibus Athanasius in communionem susceptus est. Apud Labbeum duo feruntur concil. romana, a. 341. et 342. in quorum priore [?] a. 341. Athanasius *) traditur composuisse symbolum, quod graece et latine ex duplici editione exhibet p. 599. 603. *Fabr.* Sed *Walch* in: Entwurf. p. 168. not. 4. negat, hodie vllum esse futurum, qui illum errorem de duobus illis conciliis probet aut ea discernat. *Harl.*

344. Concilium *Orientalium* episcoporum Arianorum, (Labbeo *Antiochenum* II.) in quo μακρόστιχος formula fidei edita, quae graece et latine exhibetur ex Socrate II. 19. et

*) Symbolum ab Athanasio scriptum ad Iulium papam adfirmat *Manuel Caleca* de principiis fidei catholicae p. 284. tom. II. auctarii nouissimi Combefisiani. Alia de hoc symbolo eiusque editionibus, vide lib. V. huius bibl. cap. 1. pag. 314. seq. ed. vet.

19. et Athanasio de synodis. Habetur etiam apud Nicephorum IX. 11. *Fabr.* *Walch.* l. c. pag. 173. sq. id concilium, ab Eusebianis habitum, adserit a. 343. et consuli iubet *Mansi* supplem. concil. tom. I. pag. 174. sqq. eiusque aduersarii *Th. Mamachi* epistolas de ratione temporum Athanasianorum, Romae 1748. 8. *Harl.*

† Concilium *Mediolanense*, de quo *Baronius* ad a. C. 344. n. 4. 5. 6. *Tillemontius* tom. VI. memor. p. 760. seq. [et *Walch.* l. c. p. 174. sq. *Harl.*]

A. C. 346. *Agrippinense*, in quo Euphratas, Coloniae Agrippinae episcopus, quod Christum Deum negaret, haeresis damnatus et exauguratus est. *Papebrochius* in actis sanctor. ad 13. Maii, vbi de Seruatio Tungrensi episcopo, Euphratae nomen insertum esse putat. Dubiae fidei aliis esse videtur hoc concilium. Vide *Tillemontium* tom. VI. memor. pag. 761. seq. [Dubitantibus accedit *Walch.* in: Entwurf etc. p. 181. sq. idemque prouocat ad *Schoepflini* Alsatiam illustrat. tom. I. p. 334. sqq. citatque *Ceiller* hist. des auteurs etc. tom. I. p. 663. sqq. ac *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 179. *Harl.*] Citari putat hoc concilium Harduinus a Cassiano libro de incarnatione Christi, c. 2. vbi *maxima Beligarum vrbe* pro *Belgarum* legitur. Memoratur etiam a Lupo in vita S. Maximini a. 839. et Harigero Laubiensi siue Lobiensi in Belgio abbate, qui obiit a. 1107.

Editionis Regiae Tomus III. — [Edit. Mansi tom. III.]

347. Concilii *Sardicensis* in Illyrico, quod pro generali, et Nicaeni adpendice Labbeus venditat, (ne Zosimi scilicet, Sardicenses pro Nicaenis d) canonibus laudantis, fides desideretur) canones XXI. graece cum versione Dionysii Exigui et Isidori Mercatoris, (apud Labbeum etiam recente Herveti,) et subscriptione episcoporum LIX. licet trecentos interfuisse testetur *Socrates* II. 20. quia decretis synodi plus quam trecentos subscripsisse adfirmat Athanasius in apologia secunda. Scholia graeca Zonarae, Balsamonis et Alexii Aristeni, notaeque Beueregii in magno huius Synodico videantur.

Epistola synodica ad Iulium papam, ex Cresconii collectione et [P] Hilarii e) fragmentis, latine cum subscriptione LIX. episcoporum. *Fabr.*

[*Catalogus alphabeticus patrum Sardicensium, cum praemonitione. *Mansi* tom. III. p. 43. (vbi a col. 1-122. plura dat.) *Mart.*]

Alia

d) Confer *Tillemontium* tom. VIII. memoriar. p. 92. sqq. et 651. et *Quesnellum* ad Leonem magnum. [Atque *Balleriis.* in ed. Leonis, tom. III. coll. *Schoenemann* bibl. histor. literar. tom. II. p. 953. sq. *Walch*, Götting. theol. in: Historie der Päbste p. 100. *Bower* in: Historie der Päbste, tom. I. p. 191. sqq. *Christi. Lupi* diss. de synodo Sardicensi, (habita a. 347.) et canones eiusdem synodi, in eius Opp. tom. I. p. 285-329. *Harl.*

e) In tom. IX. patrum latin. ed. Wirceb. pag. 49. sqq. 56. sqq. *Harl.*

Alia ad ecclesiam Alexandrinam graece et lat. ex Athanasii apologia secunda. [Alia ad eamdem synodica, *Mansi. Mart.*] [latine primum a *Maffeio*, in osseruazioni litter. III. p. 60. dein a *Mansio* in supplem. concil. tom. I. pag. 212. sqq. edita. *Harl.*]

Tertia ad omnes episcopos, quam graece habet idem Athanasius tom. I. edit. nouae p. 162. et cum adpendice Theodoretus II. 8. hist. latine Hilarius in fragmentis, ipsum, vt suspicatur Labbeus, synodi autographum repraesentans. Alia versio in Tripartita IV. 24.

[* Diss. de epochis Sardic. et Sirmiens. conciliorum, per quam occasionem plurium conciliorum, per ea tempora habitorum, rerumque plurium, a S. Athanasio gestarum, chronologia corrigitur. *Mansi* ib. isque concilium Sardicense a. 344. adligat: vulgarem sententiam, quae a. 347. huic concilio adsignat, contra obiectiones Mansi defendit Mamachi. *Mart.*] add. *Mansi.* adpend. tom. II. p. 8. Mamachi tamen argumenta, de ratione temporum Athanasianor. pro a. 347. validiora esse statuit *Fuchs* l. postea citando pag. 98. — *Walchius* quoque, qui in: Entwurf etc. §. XXXVII. pag. 175. sqq. vberius enarrat historiam cel. illius concilii et multorum vett. scriptorum ac recentiorum VV. DD. iudicia rationesque adfert diuersas, id a. 344. adserit. *Natalis Alexander* in histor. eccles. Paris. 1714. fol. tom. IV. in quatuor dissertatt. de illo egit: 1) de concilii Sardicensis conuocatione, praesidibus et auctoritate, pag. 326–333. — 2) de iure adpellationum episcopalium ad sedem romanam, quod Sardic. concilium suis canonibus adseruit, p. 334–360. — 3) de fide, professione adscripta concilio Sardicensi, p. 36. sq. 4) de fide Marcelli Ancyrani, a synodo Sardic. absoluti, p. 361–366. — *Ballerinii* Fr. de antiq. collect. part. I. cap. 5–7. p. 274–302. et p. 311. sqq. in Gallandii sylloge etc. tom. I. copiose disputant de illo concilio atque e codd. msst. in cap. 5. euincere student, canones Sardic. duplici exemplo ab ipsa synodo editos fuisse, graeco pro graecis patribus, et pro latinis latino f), at epistolam ad Iulium P. R. latine tantum scriptam fuisse; illorum exemplorum discrimen et quid sentiendum sit de variis lectt. exemplarium latinorum, ob quas nonnulli diuersas interpretationes latinas praeferri opinati sint, explicant; in cap. 6. inquirunt, num, et quando iidem canones, graece scripti, relati fuerint in graecum synodorum et canonum codicem, et num apud Graecos, praesertim orientales, semper auctoritatem obtinuerint, et Iustelli sententiam in praefatione tom. I. bibl. iur. canon. pag. 16. oppugnant; in cap. 7. agunt de patrum

f) Atque hoc Ballerin. iudicium adoptant quoque cel. *Glück* in Praecognitis etc. p. 474. et not. 6. p. 476. et *Spittler*, in: kritisch. Vntersuchung der Sardicen. Schlüsse, in *Meuselii* Geschichtforscher, tom. IV. nr. 2. pag. 33. sqq. vbi adcurate disputat de illis, *Richerii* (in historia concil. generalium, tom. I. p. 98. ed. Colon. 1683. 8.) *Horixii* (in concordatis nationis germ. integris, variis additamentis illustratis, tom. II. pag. 25. tom. III. pag. 129–132. aliorumque dissentientium opiniones examinat, synodumque illam oecumenicam fuisse probat. *Harl.*

patrum Sardicensium subscriptionibus ac numero; p. 293. sqq. exhibent catalogum alphabeticum patrum Sardicensium XCVII. ex monumentis contextum et confirmatum; denique adfirmant, synodum Sardic. fuisse oecumenicam: add. eosdem passim in part. II. cap. 1. Contra Iustellum dimicat quoque et de canon. Sardic. plura adfert *Assemann.* in bibl. iuris orient. can. et ciu. libr. I. cap. 5. §. 81. sqq. pag. 110. sqq. Add. *Spittler.* in: Vntersuchung des 60ten Laodicen. Canons, p. 1. *Fuchs* in: Bibl. der Kirchenversammlungen, tom. II. pag. 97. sqq. et tom. I. pag. 19. De cod. caesar. v. *Lambec.* VIII. p. 857. nr. 12. *Harl.*

Conciliabuli *Arianorum* apud *Sardicam*, vel, vt Socrates II. 20. *Philippopolim* g) in Thracia,) decretum, quod miserunt in Africam, cum subscriptione episcoporum LXXIII. ex Hilarii fragmentis.

Mediolanense contra Arianos et Photinum, in quo Vrsacius et Valens porrecto libello haeresin eiurarunt. Vide Labbeum p. 721. et 729. seq. Harduin. pag. 683. *Tillemontium* tom. VI. memor. p. 765.

†† *Hadrumetinum* (in Africa) hoc anno Harduinus commemorat cum aliis conciliis prouincialibus, quorum mentio fit in concilio Carthag. anni 348.

Latopolitani (in Aegypto) meminit vita S. Pachomii in actis sanctorum 14. Maii. Sed illius nullam rationem habuere conciliorum editores. *Fabr.* Primus *Mansi* ea, quae in vita S. Pachomii a Bollandianis edita commemorantur, suae collectioni inseruit tom. III. p. 141. *Mart.*

A. C. 348. *Donatistarum* conciliabulum, ex quo legati sunt episcopi decem ad Macarium.

Carthaginiensis sub S. Grato concilii canones XIV. apud Labbeum p. 713. et ex Holstenii emendatione p. 1821. Emendatius etiam apud *Harduin.* pag. 683. et cum scholiis Schelstrateni in eius ecclesia Africana, Antwerp. 1680. 4. diss. 3. c. 3. p. 129. *Fabr.* *Mansi* III. col. 143-158. cum notis Binii, fini adiectis: *Tillemont* memoir. tom. VI. p. 124. *Du Pin* histor. Donatist. pag. XIIII. et in adpend. ad opp. Optati Mileu. p. 201. *Fuchs* l. c. tom. III. p. 30. sqq. qui annum definire non conatur; sed id concilium, scribit, an. 348. aut 349. habitum esse, et a p. 1. praemittit introductionem in notitiam synodorum africanarum; *Walch* Entwurf. p. 185. sq. ad a. 348. *Harl.*

Concilii

g) *Philippopolin* rectius scribi, sentiunt. *Walch.* in: Entwurf. etc. pag. 180. sq. et *Fuchs* in bibl. citata pag. 149. sqq. vbi id concil. habitum fuisse a. 344. aut 347. scribit, et ex *Mansio*, tom. III. col. 126. sqq. qui praemisit historicam introduct. in notas, germanice vertit decretum illud et illustrauit. *Hilarii* fragmm. in tom. IX. patrum latin. ed. Wirceb. p. 74. sqq. *Fuchs* subiecit exposuitque p. 172. sqq. ex *Mansio* tom. III. p. 163-170. duas Valentis atque Vrsacii epistolas ad Iulium, pontif. rom. (ap. Athanas. in II. apologia, in Hilarii fragmm. tom. IX. patrum lat. ed. Wirceb. p. 64. sq. et apud Sozomen. III. 23.) atque eorumd. epistolam ad Athanasium. *Harl.*

Concilii *Hierosolymitani*, quo Athanasius restitutus est, epistola synodica ex huius Apologia secunda et Sozomeno III. 22. [ap. Walch. l. c. p. 182. a. 347. qui alios citat, ex his *Mansi* suppl. I. p. 180. *Tillemont.* VIII. p. 127. *Orsi* istor. eccles. tom. V. p. 461. *Harl.*]

[* *Galliarum* concilium incerti loci, forte Pictauis seu Tolosae habitum, a. 355. (cuius vestigia in Hilarii libello aduersus Constantium deprehendit *Hieronymus de Prato* in edit. Sulpicii Seueri tom. I. p. 259.) *Mansi* III. p. 251. *Mart.*]

†† A. C. 349. *Romanum*, quo Valens et Vrsatius in communionem recepti, ex Hilarii fragmentis obseruauit Petrus de Marca ex epistola Osii Cordubensis ad Constantium imp. Vide *Baluzium* p. 27. *Harduin.* pag. 690. [*Fuchs* l. c. II. pag. 172. sq. *Walch.* Entwurf etc. p. 183. sq.]

[P] Libellus poentientiae Valentis et Vrsacii, graece et lat. ex Athanasii Apologia 2. et epist. ad solitar. et ex Hilario.

†† *Donatistarum* conciliabulum incerti loci, quo mandatum est, vt corpora suorum, qui in Macariana, (vt aiebant,) persequutione obierant, per agros et vias sepelirentur, aris mensisue exstructis, quoniam in basilicis sepeliri non sinebant catholici. Testis Optatus lib. III. cap. 4. *In loco Octauensi* etc.

†† 350. *Alexandriae* redux Athanasius varia episcoporum Aegypti concilia celebrauit teste Socrate II. 26. gr.

†† *Romanum* concilium, in quo Photinus damnatus est, colligi videtur ex Hilarii fragmentis p. 27. *Cum de Photino* (sic enim legendum) *decretum ab Occidentalibus est, et ad Orientales relatum.* Vide et pag. 25. vbi haeresin Photini a Romanis damnatam prodit.

Etiam *Sirmiense* hoc tempore contra Photinum habitum ex eodem Hilario obseruat *Petauius* apud Labbeum p. 731. licet per factionem populi deponi tunc non potuerit, quod factum demum a. 357. *Fabr.* Tres formulas Sirmienses quarum textum gr. ex Socrate II. 30. et Athanas. libr. de synodis dedit *Mansi* II. p. 1344. sq. duas autem lat. et harum quidem posteriorem ex Hilario de synodis in tom. IX. patrum latin. ed. Wirceb. p. 111. sq.) in tom. III. p. 257. sqq. dedit, ex *Mansii* III. vol. col. 253–265. germanice reddidit et illustrauit *Fuchs* in bibl. citata, tom. II. p. 188. sqq. ac de prima synodo Sirmiensi et de variorum sententiis quando habita sit, p. 183. sollerter agit. Nam alii duas numerant synodos Sirmienses contra Photinum, scil. Petau. a. 349. et 351. Riccard. a. 350. 351. Marca et alii a. 351. 357. Alii vnam tantum synodum adsumunt, quam Mansi in a. 358. Sirmond. autem et alii in a. 357. collocant; Fuchs vero, ducibus Socrate II. 29. et Sozomeno IV. 6. cum Pagio, *Tillemontio* memoir. VI. part. 3. p. 834. sqq. *Walch* in historia haeres. III. 62. (coll. pag. 6. 52–56.) aliisque in a. 351. Add. *Mansi* III. 179–195. qui varia de Sirm. conciliis inseruit; *Walch.* in: Entwurf.

Entwurf. p. 192. sqq. de illis, I. a. 351. II. a. 357. III. a. 358. et de quarto a. 359. ac p. 194. in nota 3. (nec non *Franck* in catal. bibl. Bünau. tom. II. vol. I. pag. 295. sq.) *Sirmondi* ac *Petauii* libellos et controuersias de conciliis Sirmiens. (in *Sirmondi* Opp. tom. IV. col. 365–424. Venet. 1728. fol.) aliorumque multorum de illis sententias ac rationes refert: *Mansi* de epochis conciliorum Sardicens. et Sirmiensium ceterorumque in caussa Arianorum, Lucae 1746. 8. (conf. supra ad a. 347. de concilio Sardicensi;) et abb. *Franc. Anton. Zaccaria*, qui in Dissertatt. latinis de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiae pertinentibus, Fuligni 1781. min. 4. tom. II. nr. 5. in diss. inscripta: Nonnulla Petauianarum de Sirmiensi synodo dissertationum loca emendantur, illustrantur, vindicantur, cum Petauio statuit, quinque Sirmm. synodos esse discernendas; primam, ab episcopis occidentalibus habitam a. 349. alteram ab episcopis orientalibus a. 351. in qua Photinus sit depositus, et aduersus Sirmondum, Pagium ac Mansium pugnat pro Petauio, huius tamen nonnulla argumenta explicat corrigitque; quintam synodum, in qua tertia fidei formula sit confecta, collocat in a. 359. conf. ephem. litter. Lips. 1783. nr. 36. *Harl.*

† *Vasense* (Vasione siue Vasatis in Gallia Narbonensi.) Ex Binio tres eius canones ponit Regia et Labbei editio. Omittunt Sirmondus et Harduinus, *vide infra ad a.* 442.

circa A. 351. (Harduin. 358.) *Melitinensis* in Armenia synodi ex Sozom. IV. 25. meminit *Baluzius* p. 29. In illo depositum Eustathium Sebastenum, postquam in CPolitano (a. 357.) haereticis consensisset, scribit *Basilius* epist. 74. ad occidentales.

352. *Liberii* h) papae epistolae decretales duae supposititiae.

Athanasii et Aegyptiorum episcoporum ad Liberium de Arianorum oppressione epistola, similiter commentitia, latine ex Isidori Mercatoris collectione.

† Liberii epistolae XIII. ex Baronio ad a. 353. n. 19. et a. 354. n. 2. a. 357. n. 44. 45. et ex actis Eusebii Vercellensis nec non ex fragmentis Hilarii atque Athanasio tom. I. pag. 396. et Socrate IV. 12.

h) De hoc vid. *Walch* Entwurf etc. p. 187. et 192. *Fuchs* l. c. p. 186. sq. *Schroeckh* christliche Kirchengeschichte, part. 6. p. 102. sq. ed. II. p. 136. sqq. vbi memorat, *Hermann. Schölliner* et nouum editorem diss. de non commentitio, eoque gemino, sed excusato lapsu Liberii, rom. pont. Vindob. 1776. 8. ostendere studuisse, et quidem priorem, Liberium haud sequutum esse castra Arianorum; posteriorem vero, Liberium quidem subscripsisse formulae fidei, ab Arianis conscriptae, at tamen perpetuo fuisse orthodoxum; et *Franc. Anton. Caluacanti* in vindiciis roman. pontificum etc. libr. III. p. 32-83. Romae 1749. fol. oleum operamque frustra consumsisse in demonstratione, Hieronymum errasse, Liberii epp. esse supposititias, nec eum vnquam adoptasse haereticorum errores: add. *Fabric.* nostrum in bibl. med. et inf. latin. tom. IV. pag. 273. sq. ed. Mansi, et *Schroeckh.* ib. part. 8. pag. 104. sq. — *Corgni* canonicum in diss. critique et historique sur le pape Libere, dans laquelle on fait voir, qu'il n'est jamais tombé, 1736. quem vt plurimum sequitur et colligit, rumorem de Liberii lapsu vnice ab Arianis fuisse sparsum, *Zaccaria* in diss. citat. tom. I. nr. 7. de commentitio Liberii lapsu. *Harl.*

Athanasii rescriptum ad Liberium ex tom. I. Athanas. p. 244.

† Decreta Liberii tria ex codice vetusto XVI. librorum, lib. XIII. c. 9. 10. et 12.

† *Romanum* Arianorum conciliabulum, de quo *Baron.* ad a. 352. n. 11. [et alii apud *Walch.* in: Entwurf etc. p. 187. sq. *Harl.*]

[℣] A. C. 353. *Arelatense* Arianorum, in quo Paulinus Treuirensis depositus est, quod in Athanasii damnationem subscribere nollet. *Fabr.* v. *Walch.* de hoc ad a. 354. et Mediolan. seq. in: Entw. p. 188. et bene multos, quos ille citat. *Harl.*

355. Concilium *Mediolanense* Arianorum, quo pulsi in exsilium Liberius papa, Eusebius Vercellensis, Lucifer Caralitanus, Dionysius Mediolanensis etc. Vide Synodicon vetus supra p. 209. ed. vet. et ed. nou. p. 380. Ex actis huius concilii sola superest epistola synodica ad Eusebium Vercellensem, cum aliis quibusdam ad eum epistolis et Eusebii ad Constantium, quas in lucem protulit *Baronius* ad a. 355. Historicam narrationem ex vetusto codice refert *Vghellus* tom. IV. Italiae sacrae, et emendatam ex codice Colbertino *Baluzius* p. 29. seq. Pars actorum in Consistorio habitorum apud Constantium imp. siue Colloquium Liberii papae, Constantini et Epicteti episcopi est apud Theodoretum II. 14. hist. Confer etiam *Matthaei Larroquani* diss. de Liberio, editam Geneuae a. 1670. 8. [*Fuchs.* l. c. tom. II. p. 177. sqq. *Harl.*]

†† *Antiochenum*, in quo ordinatus est Georgius Alexandriae episcopus. Huius concilii mentio apud *Sozomenum* IV. 7. vid. *Baluzium* p. 32. seqq.

356. S. Athanasii epistola encyclica ad omnes orthodoxos ad hunc annum pertinet, sicut et eiusdem Encyclica ad episcopos Aegypti et Libyae post ingressum Georgii, quae et oratio prima aduersus Arianos, sed male inscribitur. Denique Osii epistola ad Constantium, quae est apud Athanasium ad solitariam vitam agentes pag. 838.

357. *Biterrense* Arianorum, quo S. Hilarius Pictau. in exsilium actus. *Fabr.* *Tillemont.* memoir. tom. VI. p. 396. et tom. VII. p. 441. ac 749. *Walch.* in: Entwurf etc. p. 189. sqq. *Harl.*

†† *Antiochenum*, de quo Sozom. IV. 12. vide Baluz. p. 34.

Sirmiense plenarium, in quo damnatus Photinus. [i]) Exemplum [℣] fidei Sirmii, ab orientalibus contra Photinum conscriptae vna cum 27. anathematismis: latine apud Hilarium de synodis, graece apud Athanas. de synodis pag. 900. et Socratem II. 30.

Exem-

i) Conf. supra, vol. IX. p. 229. sqq. de Photino, vbi ea, quae h. l. Fabric. in not. adiecerat atque emendarat, et quae postea de Petauii diss. scripserat, iam inserui et locupletaui. *Harl.*

Exemplum blasphemiae apud Sirmium per Osium Cordubensem et Potamium Vlyssiponnensem episcopum conscriptae, latine et graece apud laudatos auctores. Conferenda D. Io. Georgii Dorschei collatio ad concilium Sirmiense, Argent. 1650. 4.

┼ Dionysii Petauii S. I. dissertatio de Photino haeretico eiusque damnatione in quinque synodis facta, exhibetur a Labbeo p. 729. [vid. supra vol. IX. p. 223. sq. *Harl.*] v. D. *Thomas Ittigius* diss. de Photino, in adpendice ad diss. de haeresiarchis, Lips. 1696. 4. etc.

[*Melitinense* in Armenia, circ. a. 358. *Baluz.* nou. coll. concil. p. 29. *Mansi IX.* p. 939. *Walch.* Entwurf etc. p. 194. §. LXII. De concilio ignoto *Neocaesar.* v. *Mansi* suppl. concil. tom. I. p. 192. et *Walch.* Entwurf etc. p. 195. §. LXIII. et de alio *Neocaesar.* a. 357. ib. p. 190. §. LVI. ac p. 214. §. LXXXXVI. de duobus conciliis commentitiis Caesareae et Nicopoli, ex *Mansi* supplem. conc. tom. I. p. 231. *Harl.*]

A. C. 358. *Ancyranum* Semiarianorum sub Basilio Ancyrano, definitiones orientalium ex Hilarii lib. de synodis, Epiphanio haeresi 73. et Sozomeno IV. 13. qui epistolam Georgii Laodicensis aduersus Eudoxium et Aëtium in hac synodo lectam refert. Vide *Baluzium*, p. 35. sqq. *Fabr.* *Mansi* tom. III. col. 266-290. qui dedit 1) notitiam in notis ex *Baronio* ad a. 357. sq. 2) notitiam ex Baluzio cum XII. anathemat. Hilarii; 3) epistolam synodicam, gr. lat. 4) epistolam Georgii, episc. Laodic. aduersus Eudoxium; 5) obseruat. histor. ex Pagio ad a. 357. contra Baronium; isque synodum a. 358. congregatam fuisse docet. Conf. *Fuchs* l. c. tom. II. p. 205-231. *Walch.* Entwurf etc. p. 196. *Harl.*

[T] *Romanum* k), quo Felix papa Constantium damnauit. Vide *Baluzium* p. 34. ex Anselmo Hauelbergensi III. 21. dialog. tom. XIII. spicilegii Dacheriani.

359. Conuentus *Sirmiensis*, in quo edita a Marco Arethusio fidei formula; qua οὐσίας vocabulum reiicitur. Graece exstat apud Athanasium de synodis, et Socratem II. 37. Nicephorum quoque IX. 39. Latine primum scriptam putat Socrates. Occurrit etiam latine in Tripartita V. 20. - Vide *Labbeum* p. 788. *Harduin.* pag. 710. [*Walch.* Entwurf. etc. p. 193. §. LXI. *Harl.*]

Eodem anno Arianos episcopos Sirmii conuenisse Sozomenus testatur.

Synodus in *Gallia*, quae formulam Sirmiensem per Osium et Potamium conscriptam, teste Hilario, damnauit.

Ariminense in Italia contra Arii blasphemias ex Hilarii fragmentis et Athanasio de synodis, nec non Hieron. contra Luciferianos. Vide Baluzium pag. 54. seq.

 Epistolae

k) Quod fictitium esse, pronuntiat *Walch.* in: ad suam pontif. roman. historiam, germanice Entwurf etc. pag. 196. lib. LXV. not. et prouocat scriptam, p. 85. et 87. not. 3. *Harl.*

Epiſtolae concilii ad Conſtantium imp. et Conſtantii ad concilium apud eosdem, Hilarium [v. tom. IX. patrum lat. ed. Wirceburg. p. 108. ſqq.] et Athanaſ. [ed. Montfauc. vol. I. tom. II. p. 296. ſqq.] nec non apud Socratem II. 37. Sozomen. IV. 18. Theodoret. II. 19. et in Tripartita V. 22. *Fabr.* Imprimis de concilio Ariminenſi, de Ariminenſi conciliabulo et conc. Seleucienſi *Manſius* tom. III. col. 293–326. vbi reperiuntur 1) notitia hiſtor. ex Baronio; 2) epiſtola Conſtantii ad ſynodum Arim. 3) Sententia ſynodi contra haereticos, gr. lat. 4) eadem ex Hilario cum decreto de fide et damnatione Arianae haereſeos, adiunctis anathematiſmis; 5) acta quaedam concilii ex Hieronymi dialogo aduerſus Luciferum; 6) epiſtola ſynodica ad Conſtantium, gr. lat. eademque iterum ex Hilario; 7) epiſtola Conſtantii ad ſynodum, cum reſponſoria ſynodi, lat. gr. 8) ſynodus Arimin. ex libello ſynodico, (notitia haud ſufficiens et partim falſa;) fides, apud Nicen Thraciae expoſita lat. gr. cum nota ex Baluzio; 10) Ariminenſe conciliabulum; 11) Seleucienſe conciliabulum, ex Baluzio, cum expoſitione fidei Acacianae. Omnia paene acta germanice vertit et docte illuſtrauit, praemiſſa longa introductione, *Fuchs* in bibl. der Kirchenverſammlung. part. II. p. 232–275. Add. *Walch.* Entwurf etc. p. 197–202. *Harl.*

Ariminenſe conciliabulum Arianorum, et ad *Nicen* ſiue *Nicaeam* Thraciae, atque ſi auctori veteris Synodici credimus, etiam ad Nicaeam Bithyniae (confer Baluz. pag. 58.) vbi reſciderunt, quae in priore Ariminenſi ſynodo ſanxerant catholici. Hic totus paene orbis Arianum ſe miratus ingemuit, vt ait Hieronymus contra Luciferianos. Vide *Hilarii* fragmenta [in tom. IX. patr. lat. ed. Wirceburg. p. 115. ſqq.] et Theodoretum II. 16. hiſt. vbi fidei formula. *Fabr.* De hoc et ſeq. conc. *Manſi* loco cit. et Fuchs l. c. p. 257. ſqq. *Harl.*

Seleucienſe in Iſauria, Semiarianorum, in quo damnati Aëtiani qui et Acaciani. Vide Athanaſium de ſynodis, Socratem II. 39. 40. Sozomenum IV. 22. Tripartitam V. 34. Epiphanium haereſi 73. vbi Acacii confeſſio in hac ſynodo reiecta, cum ſubſcriptione epiſcoporum XLIII. eam approbantium. Conſulendus Baluzius pag. 60. ſeq.

CPolitanum Arianorum, in quo Semiariani ab Acacianis damnantur. Vide Sozom. IV. 24. epiſtola ſynodica ad Georgium [P] Alex. contra Aëtium ipſius diaconum, apud Theodoretum II. 24. Confer iterum Baluzium p. 69. ſq.

Achaicum aduerſus Aëtianos ex auctore Praedeſtinati idem *Baluzius* memorat p. 73. [at fictitium eſſe, ſuſpicatur *Walch.* l. c. p. 203. §. LXXIII. ad a. 360. *Harl.*]

A. C. 360. Harduin. (Labbeo 362.) *Pariſienſe,* in quo formula fidei ab Arianis ſuppreſſo uſiae nomine condita et Arimini ſuſcepta, damnata eſt, Saturniusque Arelatenſis ab eccleſia eiectus. Vide *Hilarium* in fragm. *Fabr.* Pag. 121. ſqq. in tom. IX. patrum lat. ed. Wirceburg. v. *Manſi* III. col. 357–362. *Fuchs* l. c. II. pag. 276. ſqq.

ſqq. *Walch.* Entwurf. etc. p. 204. §. LXXVI. qui id concilium a. 361. adſerunt, *Tillemont.* memoir. tom. VIII. p. 456. 754. alioſque, quos citat Walch. *Harl.*

Antiochenum, in quo Meletius conſtitutus eſt epiſcopus Antiochiae. Vide *Theodoretum* lib. II. cap. 31. hiſt. *Fabr.* At vero conuentus tantum, ad epiſcopum conſtituendum: quare, proprie eſſe nominandum concilium, negat *Walch.* in: Entwurf etc. p. 204. ſq. §. LXXVII. et de ſequenti conciliabulo ib. §. LXXVIII. — *Harl.*

Conciliabulum *Antiochenum*, quo ab Arianis Meletius epiſcopus Antiochenus ſede deponitur, euehitur Euzoius. Vide Athanaſium libro de ſynodis p. 906. Socratem II. 45. Sozomenum IV. 29. *Fabr.*

[*Concilium *Romanum* a. 361. (e cod. vet. bibliothecae Martinianae), *Manſi* III. p. 339. *Mart.* et in Manſi ſupplem. concil. I. p. 219. ſed *Walch.* l. c. pag. 203 ſq. §. LXXIV. veteri iſti narrationi fidem derogat. *Harl.*]

A. C. 362. *Alexandrina* ſynodus, de diuinitate Spiritus S., de Meletianis Antiochiae, de vocabulo hypoſtaſeos, de incarnatione contra Apollinarium, de ſolo Nicaeno ſymbolo retinendo. Vide Synodicum in Athanaſii epiſt. ad Antiochen. tom. I. p. 574. ſeq. et quae ex vita Euſebii Vercellenſis, *Baluzius* p. 74. *Fabr.* *Manſi.* III. col. 343–357. qui reddidit 1) notitiam illius ex Baronio; 2) epiſtolam ſynodalem, gr. et lat. 3) adnotationem Binii; 4) notit. ex Baluzio; et 5) cap. 60. et 61. libelli ſynodici, cuius tamen auctor hanc ſynodum in duas male diſpeſcuit. Conf. *Fuchs* l. c. II. p. 282. ſqq. et *Walch.* Entwurf p. 206. ſq. *Harl.*

†† *CPolitana* ad deponendum Macedonium Eudoxiumque ei ſurrogandum, et Encaenia eccleſiae celebranda. Fuit epiſcoporum LXXII. quorum nomina vide in Chronico Paſchali ſiue Alexandrino p. 294. edit. Cangii.

363. *Alexandrina II.* cuius ſynodica ad Iouianum imp. de fide, exſtat apud *Athanaſ.* tom. I. pag. 245. et *Theodoretum* IV. 3. hiſt. latine in Tripartita VII. 3. *Fabr.* *Manſi.* III. col. 365–369. cum introductione hiſtor. et adnotatione ex Pagio ad a. 363. germanice reddidit epiſt. ſynod. et explicuit *Fuchs* l. c. II. p. 293. ſqq. De hac et ſeq. ac *Lampſacena* ſynodis v. *Walch.* Entwurf etc. p. 208. ſq. *Harl.*

Antiochena ſub Meletio, cuius ſynodicam ad Iouianum imp. in qua conſubſtantialis vox explicatur, confirmaturque Nicaena fides, habent *Socrates* III. 25. *Sozomenus* VI. 4. et Tripartita VII. 4.

†† *Teueſtinum* in Numidia conciliabulum Donatiſtarum, de quo *Optatus* lib. II. ibi de immunitate Donatiſtarum conqueſtum fuiſſe Primoſum, epiſcopum catholicum, refert.

[* Con-

[* Concilia in Galliis, Hispania et Graecia, a. circiter 362. celebrata; — pro scribendis legibus in lapsorum receptione seruandis, (ex Athanasii ep. ad Rufinum) *Mansi* III. p. 363. *Mart.*]

A. C. 365. *Lampsacenum* in Hellesponto Semiarianorum, de quo consulendi *Socrates* IV. 4. et *Sozom.* VI. 7. qui catholicam esse synodum putat. Adde vetus Synodicon. c. 67.

[P] *Illyricianum*, de quo vetus Synodicon cap. 69. a Baronio, Binio et Labbeo ad a. 365. refertur, a Pagio tom. V. p. 218. ad a. 372. aut 373. sed ab Harduino ad a. 374. quia epistolam eius synodicam Theodoretus IV. 8. hist. et Tripartita VII. 110. post ordinationem S. Ambrosii, h. e. post a. 373. collocant. Apud eosdem exstat edictum impp. Valentiniani et Valentis ad episcopos Asiae et Phrygiae. Epistola vero episcoporum Italiae Illyricis de fide Nicaena suscepta gratulantium, in Hilarii fragmentis. *Fabr.* Concilium et Edictum ap. *Mans.* III. col. 385. sqq. Ad a. 375. referunt id concilium *Tillemont.* memoir. tom. VI. pag. 593. et 791. *Walch.* in Entwurf etc. p. 219. §. CI. et *Fuchs* l. c. II. p. 373. Conf. *Petri de Marca* diatrib. de synodica epistola synodi Illyricianae, habitae decreto Valentiniani senioris, a. 365. in eius differtatt. selectis ecclef. pag. 337–340. — *Mansius* in eod. tom. col. 469–474. reddidit Eugenii, diaconi, epist. ad Athanasium, quam primum edidit *Montfauc.* vol. II. collect. nouae patrum et script. graec. p. 1. sqq. ac ad a. 478. german. vertit atque explicuit *Fuchs* l. c. II. p. 382. sqq. laudauitque *Walch.* in histor. haeref. p. 254. *Harl.*

366. *Romanum* concilium, in quo resipiscentes Macedoniani libellum fidei suae Liberio papae obtulerunt, Nicaenam fidem et consubstantialitatem simpliciter professi. Exstat ille cum Liberii ad Macedonianos resipiscentes synodica apud *Socratem* IV. 12. et latine in Tripartita IV. 12. [De hoc et alio incerto *rom.* concil. v. *Walch.* Entwurf etc. p. 210. sq. *Harl.*] Eiusdem Liberii epistolam aduersus haeresin de Spiritu S. rursus exortam *Sozomenus* memorat VI. 22. eaque Orientis ecclesias deinceps acquieuisse, atque ita controuersiae finem impositum testatur.

Epistola episcoporum Italiae, qui Arimini ab Arianis a. 359. gesta rescindunt. Ex Hilario in fragm.

Siculum concilium, de quo *Socrates* IV. 12. *Sozom.* VI. 12. *Fabr.* [* Ad concilium Siciliense obseruatt. Dominici Schiauo Panormitani. *Mansi* III. pag. 381. (Hoc concilium non ad a. 365. sed ad a. 366. referendum esse, cum Pagio aliisque defendit.) *Mart.*] Ad a. 367. refert *Walch.* in: Entwurf etc. p. 211. et ad eumd. annum ibid. §. LXXXXI. concil. sequens *Tyanense*. *Harl.*]

Tyanense, cui interfuit Gregorius, S. Gregorii Nazianzeni pater. Vide *Sozomen.* VI. 12. At epistola S. Basilii LXVIII. τῇ βουλῇ Τυανῶν, non est, ad hunc aliumue conuentum ecclesiasticum, sed ad senatum siue ad curiam Tyanensem, quae est in numis antiquis ΒΟΥΛΗ, vt Harduinus adnotauit. [*Mansi.* III. pag. 393. *Fuchs* l. c. II. p. 300. not.]

A. C.

A. C. 367. Conciliabulum Arianorum in vrbe *Antiochenae Cariae*, ex *Sozomen.* VI. 12.

Singidunense in Moesia, Arianorum, qui Semiarianos ad Ariminensem et CPolitanam formulam amplectendam hortantur. Synodica epistola Valentis, Vrsacii et aliorum ad Germinium, episcopum Sirmiensem, cum Germinii responso, ex Hilarii fragmentis. *Fabr.* Tom. IX. patrum lat. ecclef. ed. Wirceb. p. 128. sqq. — v. *Mansi III.* col. 399-401. cum Germinii responso, ac *Fuchs* l. c. II. pag. 297-304. *Harl.*

S. *Athanasio* et Aegyptiis episcopis in *Alexandrina* synodo congregatis suppofita epistola ad Felicem II. papam de infestationibus Arianorum, latine ex Isidoro Mercatore.

Felicis II. papae suppositae decretales duae scriptae nomine Romanae synodi. Ex eodem Isidoro.

[P] *Damaso* papae suppositae epistolae:

1) ad Aurelium Carthag. incipit: *Scripta sanctitatis tuae*, cum Aurelii ad Damasum commentitia epistola.

2) ad Hieronymum, incipit: *Dum multa corpora librorum*, cum Pseudo-Hieronymi rescripto.

3) ad Stephanum archiep. et concilia Africae: *Lectis fraternitatis vestrae litteris;* cum epistola Stephano suppofita ad Damasum.

4) ad Prosperum Numidiae et alios episcopos orthodoxos de chorepiscopis: *Licet fratres charissimi.*

5) ad episcopos Italiae, *Optaueram dilectissimi.* Addi his potest:

6) ad Hieron. cui acta pontificum mittere se profitetur. Vide acta sanctorum April. tom. I. p. 4. et Propylaeum Maii p. 58. sq.

Genuinae S. Damasi epistolae:

7) ad Hieron. *Dormientem te longo iam tempore.*

8) ad eumdem Hieron. *Commentaria quum legerem.*

9) ad episcopos Illyrici: *Etsi nobis pro certo persuasum est.* De hac infra ad a. 380. *Fabr.* *Fuchs* in: Bibl. der Kirchenverf. II. pag. 340. sqq. german. vertit atque illustrauit partes ex conciliis romanis sub *Damaso* pont. rom. ex *Mansio*, tom. III. col. 455-461. et 468-490. ac 1) epist. synodalem ad episcopos Illyricos et orientales ap. Theodoret. II. 22. cum versione lat. et alia versione lat. ab Holsten. in collect. vet. eccl. rom. monument. primum edita: (v. ad a. 370.) A Theodoreto l. c. et Sozomeno VI. 23. (vbi eadem epistola, sed diuersis locis varias praebet lectt.) inscribitur *epistola ad episc. Illyricos*, in versione autem lat., ab Holstenio publicata, *epist. ad orthodoxos orientales.* 2) tria fragmm. ab Holstenio primum edita. (num vero ab vna, an pluribus

ribus synodis proficiscantur, incertum videtur *Fuchs*. p. 344. not. 411.) — 3) formulae damnationis, siue secundum *Theodoret*. V. 11. ep. ad Paulin. Thessalon. episcopum. *Mansi III*. p. 481. sqq. dedit lat. versionem ex Holstenio, et gr. ex Theodoreto cum versione lat., vsus quoque est cod. Lucensi; 4) p. 355. sqq. addidit Fuchs. formulas condemnationis ex Gregorio Nazianzeno, maxime contra Apollinaristas; 5) p. 358. sqq. epist. Damasi, pont. rom. ad Paulinum Antiochen., ex *Mansio III*. p. 425. — 6) Damasi epist. ad episcopos orientales, ap. *Mansium III*. p. 427. sq. gr. ex *Theodor*. *V*. 10. lat. ex *Merenda* de gestis Damasi, Romae 1764. fol. 7) Adiecit epistolam synodi romanae, (quae a Baronio et Sirmondo a. 381. a Merenda an. 380. a Labbeo autem, Tillemont. et Richardo, quibus adsentitur *Fuchs* pag. 363. not. 444. an. 378. med. alteri adsignatur,) ad Gratianum et Valentinian. II. ex *Mansio III*. pag. 624. sqq. laudatque *Walchii* Historie der Päpste pag. 87. sqq. Quae omnia h. l. breuitatis studio iunctim sumta scripsi. *Harl.*

10) ad episcopos orientis aduersus Apollinarem et Timotheum:[l]) *Quod vestra charitas*.

11) ad Paulinum Thessalonicensem episcopum: *Quoniam post concilium Nicaenum.*

12) ad Paulinum episc. Antiochenum:[m]) *Per ipsum filium meum Vitalem.*

13) ad fratres in Illyrico constitutos: *Credimus sanctam fidem.*

14) ad Acholium, Eurydicum, etc. *Decursus literis dilectionis vestrae.*

15) ad eumdem Acholium: *Ad meritum filii mei Rustici.*

Hae epistolae, (praeter 6. 14. et 15.) exstant inter S. Damasi opera e bibl. Barberina a Martio Milesio Sarazanio edita nitide et illustrata Rom. 1638. 4. Paris. 1672. 8. Primus 14. et 15. edidit *Holstenius* in collectione romana postuma, Rom. [F] 1662. 8. tom. I. p. 37. 42. quae Sarazanii editioni additae sunt in bibl. patrum edit. Lugd. tom. XXVII. p. 80.

†*Decreta* Damasi quinque ex Gratiano 2. II. qu. 3. *Calumniator;* et *si quis episcopum.* 15. X. qu. 1. *Hanc consuetudinem.* 25. qu. 1. *Violatores;* et ex decreto Iuonis libro 1. *Quoniam quidem metropolitanorum.*

De quinque synodis *Romanis* sub Damaso habitis, vetus Synodicon c. 65. 66. 70. et 72. supra p. 216. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 386. *Fabr*. Quot concilia Romana sub Damaso, et quando habita sint, diuersa sunt VV. DD. iudicia: v. *Fuchs* Bibl. der Kirchenvers. II. p. 337. sq. quo iam adnotante, *Walchius*, Merendam in Gestis Damasi sequutus, in: Entwurf etc. (qui passim romana concilia, et genui-

l) Graece apud *Theodoretum* V. 10. Latine etiam in Tripartita IX. 15.

m) Holsten. collect. romana tom. I. pag. 180. Etiam graece exstat notante pag. 760. Harduino, in cod. MS. regis Gall. MMCMLI. fol. 196. et latine in conflictu Arnobii cum Serapione.

genuina, et incerta, saec. IV. habita commemorat,) quinque sub Damaso enumerat, 1) a. 369. contra Auxentium; 2) a. 374. contra doctrinam Apollinarist. 3) a. 376. contra eamdem; 4) a. 380. contra eamdem, aliosque errores et contra Vrsicinum; 5) a. 382. pro Paulino, episc. Antiocheno, ac rursus contra Apollinar. (vid. Walch. ad annos citatos.) in historia autem haeresium, tom. III. pag. 218. probabilius esse statuit, de Apollinar. tantum in duobus conciliis rom. haud ante a. 375. nec post a. 381. collocandis, fuisse disputatum; contra *Mansi III.* pag. 467. synodum aduersus Auxentium in a. 372. aliam contra Lucium, episc. Alexandrinum, Arianum, in a. 375. et duas contra Apollinarem in annis 377. ac 378. ponendas esse statuit: Richard autem in: Analyse des conciles tom. I. primam contra Vrsacium et Valentem a. 368. alii contra Auxentium a. 369. tertiae contra Apollinarem vna cum epistola aduersus Vrsicinum synodali ad imperatt. a. 377. aut 378. quartae etiam contra Apollinarem a. 379. et quintae contra eumdem et pro Paulino Antiocheno a. 382. adsignat. *Harl.*

Anathematismi *) aduersus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii et Photini haereses, apud *Theodoritum* V. 11. Augustinum serm. 29. de tempore, Tripartitam IX. 16. Confer *Quesnellum* diss. 14. ad Leonem M. pag. 725. et *Lambecium* VIII. p. 446. *Harduinus* p. 801. illos refert ad a. 379. [ac *Fuchs* l. c. II. p. 351. sqq. ibique not. *Merenda* in gestis Damasi cap. XV. sq. p. 209. *Harl.*]

††A. C. 367. *Romanum* concilium, cuius mentio in vita S. Eusebii presb. Romani, edita a *Baluzio* tom. II. Miscellan. p. 142. *Mortuo autem Liberio leuatur Damasus, qui voce publica damnauit Liberium, facta synodo cum episcopis XXVIII. et presbyteris XXV.* Scriptam esse hanc vitam ab aliquo Luciferiano ex ipso initio adparere, ait Harduinus, quod est huiusmodi: *Eodem tempore, quo Liberius de exilio reuocatus fuerat a Constantio Augusto haeretico, in eodem tantum dogmate, vt non rebaptizarent populum, sed vna communione contaminarent plebem. Fabr.* Hoc et seq. romanum dubia videntur *Walchio* in: Entwurf etc. pag. 211. §. 78. et 79. *Harl.*

††*Romanum*, in quo Damasus inuidiose accusatus et incriminatus de adulterio, facta synodo purgatus est a XLIV. episcopis, qui etiam damnauerunt Concordium et Callistum, accusatores eius, et proiecerunt de ecclesia, vt habet liber pontificalis. In eadem synodo Paternianos siue Venustianos damnatos esse suspicatur Baluzius p. 76. concil. de quibus auctor Praedestinati.

369. Iudicium LXX. °) episcoporum de Chronopio quodam ex antistite memorat lex XX. cod. Theodos. *Quorum appellationes.* Vide *Baluz.* p. 75.

*) Subiuncti epistolae ad Paulinum, Thessalonicensem, quae est vndecima inter eas, quas supra memoraui.

°) Eadem cum nona inter epistolas Damasi supra memoratas.

[P] ✝✝ A. C. 370. Damasi p) epistola in synodo *romana* 93. episcoporum ex rescripto imperiali ad audiendam caussam Auxentii exponendamque fidem congregatorum ad episcopos Illyrici, de concilio Ariminensi. Latine edidit *Holstenius* tom. I. collect. romanae p. 165. Graece apud *Sozom.* VI. 26. *Theodoritum* II. 22. *Nicephorum* XI. 31. Incipit apud Isidorum Mercatorem: *Credimus sanctam fidem vestram*; et in Holstenii collectione; *Confidimus quidem sanctitatem vestram*; graece vero, πιϛεύομεν τὴν ἁγίαν πίϛιν. *Fabr.* v. ad a. 367. de V. synodis romanis, de hac epistola et seq. fragmento; *Fuchs* l. c. pag. 344. not. 410. ac not. 411. *Walch.* Entwurf p. 213. §. 95. pag. 217. sq. et 222. §. 109. ad a. 380. — *Fuchs* p. 382. sqq. ex *Mansio* III. col. 469–474. reddidit et illustrauit Eugenii, diaconi, declarationem ad Athanasium; inter an. 371. et 373. *Harl.*

[*371. Ad synodum *Caesariensem Cappadociae*, (quam ex libello synodico dedit Coleti,) animaduersio; *Mansi.* III. p. 453. Fictitiam esse demonstratur. *Mart.*]

[Synodus incerti loci, in Cappadocia a. 372. habita. *Mansi* p. 453. *Mart.*]

circa A. 372. Fragmentum ex concilio *romano* sub Damaso papa de explanatione fidei. Holsten. tom. I. p. 178. Labbe p. 895. Harduin. p. 775. *Fabr.* [* P. *Mansi* dissertat. de concilio *romano* II. sub Damaso habito, III. p. 463. (Concilium hocce ex pluribus sub eodem pontifice celebratis synodis, male illis in vnum consertis, constare efficitur. Conf. *Mansi* addit. ad concil. roman. III. p. 481.) *Mart.*]

✝✝ *Antiochenae* synodi subscriptiones, ex eodem Holstenio apud Harduin. p. 776. Epistola synodica ad episcopos Italiae et Galliae, inter S. Basilii epistolas 69. cum Iacobi Mycraci versione apud Baluz. p. 78.

✝✝ *Cyzicenum* concilium, cuius meminit Basilius M. epist. 82. ad Patrophilum pag. 914. *Fidei*, inquit, *ibi editae alia quidem ignoro, tantum audio quod tacito consubstantiali*, τὸ κατ᾽ ȣ̓σίαν ὅμοιον *circumferunt; et praeterea blasphemias contra Spiritum Sanctum cum Eunomio conscribunt.*

[* Ad concilium *Nicopolitanum* a. 372. (quod ex Galano adfert Venetus collector,) adnotatio critica. *Mansi* III. pag. 475. *Mart.*] add. *Mansi* suppl. concil. I. pag. 231. *Harl.*]

De *Laodiceni* concilii canonibus, quod ad a. 372. refert Harduinus, dictum supra ad a. 320.

✝ S. *Athanasii* Alex. a. 373. defuncti epistolae canonicae, quas cum scholiis Zonarae et Balsamonis, graece et latine exhibet *Beueregius* tomo II. magni Synodici pag. 36.

p) Hic videtur esse tomus occidentalium, cuius mentio in canone V. CPolitano. Vide *Caueum* ad hunc canonem et *Vales.* ad Theodorit. V. 8. et 9.

pag. 86. seq. vt supra pag. 219. notaui. Cum Ioannis Cultorii versione recognita exhibet Labbeus p. 1704. seq.

† *S. Basilii* epistolae canonicae apud eumdem p. 1716-1776. cum versione Herveti. De aliis earum editionibus dixi vol. IX. pag. 52. sqq. Scholiastis graecis, quos ibidem commemoraui, addendus Iustinus Decadion, cuius ecthesin canonum Basilii laudat *Nic. Comnenus* Papadopoli p. 400. praenot. mystagog.

[¶] De synodo *Illyriciana*, quam ad a. 374. Harduinus collocat, dictum ad a. 365. [v. *Fuchs* l. c. II. p. 373. not.]

A. C. 374. *Valentinum* in Gallia concilium sub Foegadio siue Phoebadio, ex Sirmondi editione. *Fabr.* [* Ad concilium *Valentinum* additio et illustratio. — *Mansi* III. p. 495. Ad a. 375. illud collocandum esse existimat. *Mart.*] V. *Fuchs* l. c. II. p. 474. sqq. eiusque notas. *Walch.* in: Entwurf etc. p. 218. sq. ad a. 374. vel 375. refert, et *Tillemont.* memoir. tom. VIII. pag. 551. *Ceiller* histoire des Auteurs tom V. p. 606. *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 237. (quem, adnotat, non solum chronologicam fecisse emendationem, sed etiam ex cod. Lucensi quinque adiecisse canones) aliosque VV. DD. citat. Idem *Walch* p. 217. §. 99. arbitratur, probabiliter in a. 374. collocandam esse secundam synodum *romanam* sub Damaso, ob aduentum Dorothei, orientalis legati, congregatam, atque animaduertit, *Merendam* in gestis Damasi pag. 44. et 202. et *Mansi* rationes in supplem. tom. I. p. 234. de hoc concilio correxisse, et vett. documenta ab Holstenio publicata, reposuisse.]

[* a. 376. conciliabulum *Ancyranum* Arianorum *Mansi* III. pag. 499. *Mart.*] item *Mansi* supplem. tom. I. p. 241. et *Ceiller* histoir. des auteurs tom. V. p. 612. *Harl.*]

[* Synodus in Cappadocia: *Mansi* III. pag. 501. *Mart.* id. *Mansi* in supplem. conc. tom. I. pag. 241. verum fuisse concilium existimat; contra *Tillemont.* l. c. tom. IX. pag. 257. tantum suspicatus est, teste *Walchio* in: Entwurf etc. ad a. 376. p. 220. §. 103. *Harl.*]

• 377. De *Antiocheno*, cui Gregorius Nyssenus interfuisse se scribit, in causa Antiocheni siue Meletiani schismatis, vide *Labbeum* pag. 908. ex Baronio. [*Assemann.* bibl. iuris orient. can. libr. I. p. 83. sq. not. a. 379. *Fuchs* l. c. I. p. 350. not. *Harl.*]

†† S. Amphilochii *Iconiensis* episcopi synodica de diuinitate Spiritus S. contra Macedonianos, ex *Cotelerio* tom. II. monument. ecclesiae graecae pag. 99. *Baluz.* p. 82. *Fabr.* *Mansi.* III. col. 505. sqq. et in supplem. concil. tom. I. pag. 243. *Fuchs* l. c. II. p. 386. qui cum *Walchio* in: Entwurf etc. p. 220. sq. illam synodum ponit intra a. 375. et 377. *Harl.*

ditam praefationem lectiones vtriusque codicis ad paginas editionis Labbeanae adnotauit p. 1412-1446. [repet. a *Mansio* VII. p. 777. *Harl.*] Adpendicis loco subiungit graece et lat. partem libelli precum,[dd]) quem episcopi Aegypti et clerus Alexandrinus misere ad Leonem imp. et Leonis imp.[ee]) epistolam ad Anatolium CPol. nec non latine, fragmentum ex epistola Stephani episcopi ad Leonem imp. ex disputatione Benedicti, abbatis Anianensis, aduersus Felicianam impietatem.

[* Canonum *Chalcedonensium* vetusta versio, (e cod. MSt. Luccensi; *Mansi* VII. p. 391. *Mart.*) et *Mansi* supplem. etc. I. p. 329. *Harl.*]

* Ad Actionem XVI. Chalced. additio, ib. p. 453. (Ballerini in ed. Opp. Leonis tom. I. p. 1491. ex graeco cod. Veneto hanc actionem dederant, multo breuiorem ea, quae in conciliorum editt. vulgata est. Pauca tamen continet, quae in istis desiderantur. Haec itaque suo loco Mansi inserenda putauit.)

* Ad Chalcedonense concilium additio p. 773. (inest summa confessionis Chalcedonensis, quam Euthymius, celebris Palaestinae abbas, qui eodem saeculo vixit in narratione de his, quae Chalcedone de rebus doctrinae christianae statuta et decreta sunt, complexus est (quae quidem exstat apud Cyrillum Scythopolitanum in vita S. Euthymii a PP. S. Mauri edita in Analect. gr. p. 57. Memorabilis praesertim est lectio ἐν δύο φύσεσι pro ἐκ δύο φύσεων.)

* Adpendix ad concilium Chalcedonense cum praemonitione Mansi pag. 796. sq. In hac adpendice exhibentur Leontii monachi hierosolymitani, (quem argumentis, quibus non magna probandi vis inest, a Leontio Byzantino diuersum esse putat Mansi,) apologia concilii Chalcedonensis ab *Anton. Bongiovanni* e cod. Veneto suppeditata, cum eiusdem interpretatione et notis; ibid. p. 799. — Cyrilli, Paulli Emeseni, Eustathii Antiocheni aliorumque de Christo testimonia, a Leontio collecta, ex Leontii MSS. itidem ab *Ant. Bongiouanni* suppeditata, cum interpret. et notis eiusdem; ib. p. 813. — *Seueri*, patriarchae Antiocheni, sententiae a Leontio collectae, (eo consilio, vt, parum sibi Seuerum constare, demonstraret,) ex interpretat. et cum notis *Ant. Bongiovanni;* ib. p. 831. — *Timothei Aeluri* sententiae, (ab eod. Leontio excerptae, quo eum sibi contradicere ostenderet,) interprete *Ant. Bongiouanni* cum eiusd. notis; ib. p. 841. — *Athanasii* de Christo testimonium, cum interpretatione et notis *Ant. Bongiovanni;* ib. p. 845. (locum Athanasii, quem in suam sententiam trahebant Eutychiani, licet etiam a Cyrillo sub Athanasii nomine laudetur, spurium esse, ostendit Leontius.) — *Iulii* episc. rom. supposititia quaedam cum interpret. et notis *Ant. Bongiovanni*, ib. p. 847. (Quum varia Iulii testimonia adferrent Eutychiani, quibus suam sententiam confirmare conabantur, perperam illa

dd) Latine in codice encyclio cap. 2. *ee*) Ibid. cap. 1.

illa Iulio tribui, demonstrat Leontius). *Cyrilli* testimonia, a Leontio explicata, cum interpret. et notis *Ant. Bongiovanni*; ib. pag. 857. (Varia Cyrilli loca, quae Eutychianorum errori fauere videntur, in orthodoxum sensum detorquet Leontius. *Mart.*]

Ad historiam synodi Chalcedonensis conferre etiam licebit Paschasium Quesnellum ad Leonem magnum, trium capitulorum defensores Facundum, Liberatum, etc. scriptoresque, quos de Nestorii et Eutychis haeresi laudaui volum. X. p. 538. sqq. et 567. sqq. Vigilium Tapsensem contra Eutychen, Ephraemi Antiocheni apologiam pro synodo Chalcedonensi apud Photium cod. CCXXIX. Nicetae Byzantii pro synodo Chalcedonensi scriptum editum graece et latine ab Allatio tom. I. Graeciae orthodoxae p. 663–754. D. *Ioh. Hulsemanni* exercitatio ad concilium Chalcedonense prodiit Lipsiae 1651. 4. *Fabr.* *Varias de hoc concilio diss. conscripsit *Natal. Alexander* in histor. eccles. tom. V. Paris. 1714. fol. p. 245–267. *Tillemont.* memoir. tom. XV. ad vitam Leonis, art. 96. sq. p. 628. et 908. *Du Pin* bibl. des auteurs ecclef. tom. III. part. 2. pag. 327. *Henr. Benzelii* vindiciae concilii Chalcedon. in caussa Eutychis, contra Gothofr. Arnold, scr. a. 1739. rec. in syntagm. eius dissertatt. acad. tom. I. pag. 599. sqq. Francof. et Lips. 1745. 4. — canones illius concilii, cum scholiis *Chr. Lupi* et cum adpendice, in huius Opp. tom. II. p. 63. sqq. et p. 245. sqq. Venet. 1724. fol. et p. 118. sqq. *Lupi* diss. de synodo Chalced. — *Bower* Historie der römischen Päpste tom. I. pag. 195. sqq. cum primis *Caue* in histor. litter. SS. eccl. tom. I. p. 482. sqq. ad a. 451. vbi singulas partes actorum huius concilii copiose recenset, ac p. 486. de *codice canonum ecclesiae uniuersae*, cuius prima in hac synodo fit mentio, diligenter agit; *Walch.* in: Entwurf etc. p. 307–314. vbi non solum historiam concilii Chalcedon. dilucide enarrat, sed multos quoque more suo de illo nominat scriptores, copiosius vero persequitur historiam Eutychis, huius errorum indeque ortarum controuersiarum et concilii Chalced. in: Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien etc. tom. VI. p. 3–640. ac *Fuchs* in: Bibl. der Kirchenversamml. tom. IV. qui postquam p. 266–311. longam scripserat introductionem ad historiam illius concilii, p. 312–532. ex Mansio excerpsit acta concilii Chalced. vna cum actis synodi CPolitanae a. 448. et Ephesinae II. a. 449. insertis: p. 533. sqq. particulas nonnullarum epistolarum ex cod. *Encyclico*; p. 539. sqq. Basilisci imp. edictum contra synodum Chalced. (v. *Euagrii* H. E. libr. III. c. 4.) — p. 542. sqq. Zenonis imp. Henoticon (a. 482.) — *Assemann.* in bibl. iuris orient. canon. et ciuilis libr. I. passim et vario modo disserit de illo conc. e. g. cap. III. p. 56. cap. IV. p. 74. sq. ac p. 80. sqq. contra Ballerinios, cap. V. p. 89. sqq. p. 111. p. 116. sq. — *Ballerinii* in part. II. c. 11. p. 427. sq. in Gallandii sylloge tom. I. de duabus collectionibus, ad Eutychium pertinentibus, pauca indicant et prouocant ad praefat. ad edit. S. Leon. opp. §. 18. tom. I. p. 537. et tom. II. col. 1218. sqq. ad obseruatt. ad diss. IX. Quesnelli. — ib. §. 11. ac III. p. 428. sqq. de collectionibus in caussa Acacii etc. —

De *Cochlaei* epp. augustalibus etc. v. supra p. 170. in nota. Add. *Spittler.* Geschichte des kanon. Rechts p. 88. sqq. p. 92 sqq. — In variis MSS. codd. adhuc exstant quaedam, quae ad illud concil. spectant; ex gr. in codd. *Coislin.* XXXIV. definitio synodi Chalced. — XXXVII. et CXXII. excerpta in Niconis collect.; — CXVII. — et in cod. CCV. in definitionibus fidei orthodoxae a Montfauc. gr. ac lat. editis, laudatur concil. Chalced. constans sexcentis et triginta patribus contra Eutychen et Dioscorum: v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 86. 111. 191. 198 et 266. ac p. 563. de cod. CCCLXIV. in quo exstant VII. canones istius concilii. — De cod. *Bernensi* v. *Sinneri* bibl. Bernens. MSt. p. 48. — De codd. caesar. Vindobon. v. *Lambec.* III. pag. 396. nr. 57. VIII. p. 856. nr. 11. maxime p. 1032. sqq. de cod. LVII. quem, Lambec. iudicat, dignissimum profecto, qui cum edd. a capite ad calcem diligentissime accuratissimeque conferatur; atque Kollarius in nota, praestolantur, inquit, acta adhuc virum aliquem doctum qui conferat; pro nouissima conciliorum editione, a Mansio procurata, non fuisse collata, testis est cum textus ipse, tum etiam adnotatio Harduini tom. VI. p. 553. margini adscripta. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. et nr. 23. plut. 8. ex actis synodi Chalced. et nr. 24. synodi epistola, missa ad Leonem, papam rom. — in cod. XII. nr. 6. plut. IV. fragmentum; — in cod. X. nr. 4. plut. 10. concil. Chalcedon. et aliorum canones. v. *Bandiu.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 361. 534. et 478. de codd. Marc. *Venetis* CLXIV. CLXV. et DLV. v. cel. *Morelli* Bibl. MSt. gr. et lat. tom. I. p. 94. vt aliarum biblioth. codices a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. aliisque memoratos breuitatis studio praetermittam. *Harl.*

A. C. 451. *Alexandrini* concilii sub Proterio in caussa Eutychianorum celebrati meminit pag. 1007. *Labbeus* ex epistola episcoporum Aegypti ad Leonem imp.

Alexandrinum Timothei Aeluri, *Thessalonicense* Eudoxii, *CPolitanum* Anatolii, *Romanas* item duas et *Antiochenum* hoc loco idem Labbeus refert ex veteri Synodico cap. 91. seq. supra p. 227. ed. vet. et ed. nou. p. 395. *Fabr.* Sed haec sex a. 453. et 460. et antecedens Alexandrinum concilia *Walch.* in: Entwurf etc. p. 314. non solum incerta esse, sed etiam temporis rationi repugnare arbitratur. *Harl.*

circa A. 452. *Arelatensis II.* canones LVI. de variis disciplinae capitibus, ex Sirmondi editione. Sirmondi, Binii et Albaspinaei notas Labbeus, vt solet addidit, Harduinus omisit. De hac [?] synodo conferenda etiam Labbei nota p. 1819. vbi obseruat synodicam exstare inter epistolas Leonis papae et tom. III. Labbei pag. 1329. cum eiusdem Leonis responsione. *Fabr.* *Mansi* VII. p. 875-892. et ex eo canones LVI. *Fuchs* IV. pag. 569. sqq. qui tamen adnotat, incertum esse, num? saltem, quo anno habitum sit illud concilium, aliis id a. 448 aliis a. 451. et aliis, quamquam haud probabiliter, a. 452. adsignantibus, et in cod. Rhemensi repertos fuisse LVI. canones, in aliis vero codd. tantum XXV. aut XXXIII. exstare. Contra *Walch.* in: Entwurf etc. p. 294. cum aliis id refert ad a. 443.

et

et ab aliis in a. 451. aut 493. temere collocari pronuntiat, laudatque *Tillemont.* memoir. tom. XV. p. 693. et 843. aliosque. Add. *Ballerin.* de antiq. collectionibus etc. part. I. cap. 10. §. 19. in Gallandii sylloge etc. I. p. 416. sq. praesertim de codd. in quibus variat canonum numerus; et *Spittlerum* in: Geschichte des kanon. Rechts p. 115. not. qui cum Walch. l. c. censet, canones potius fuisse collectionem cuiusdam Arelatensis priuatam, ex pluribus synodis gallicanis compilatam, quam decreta cuiusdam concilii. *Harl.*

[* *Statuta ecclesiae antiquae*, (e MSt. Luc.) cum praemonitione *Mansi* VII. p. 893. Accedit ad sententiam Ballerinorum in diss. III. ad tertium volumen opp. Leonis, vetustam quamdam canonum collectionem hisce statutis contineri, minime vero, vt vulgo fertur, in synodo quadam Carthaginiensi siue a. 398. siue a. 418. ea condita fuisse. *Mart.*]

†† *Narbonense* sub Rustico archiepiscopo, adnotat *Baluzius* p. 1398. ex epistola Leonis magni ad Rusticum.

† A. C. 454. *Incerti loci.* Cuius concilii synodica epistola Leonis, Eustochii et Victurii apud Labbeum tom. III. p. 1507. Confer eumdem tom. IV. p. 1819. seq. [et aliud incerti loci in *Mansi* supplem. concil. I. pag. 335. qui id CPoli habitum fuisse suspicatur. *Harl.*]

455. *Andegauense* in ordinatione Talasii episcopi, editum primum a Baronio. Canones XII. *Fabr.* v. *Mansi* VII. p. 899. sqq. et ex eo canones XII. *Fuchs* l. c. IV. p. 578. sqq. *Tillemont.* memoir. tom. XVI. p. 394. et *Walch.* Entwurf etc. p. 315. sq. qui, vti etiam Fuchs, illam synodum a. 453. adsignat. *Harl.*

Arelatense III. a Rauennio episcopo in caussa Fausti, abbatis insulae Lirinensis et episcoporum. Epistola vtraque adfertur etiam in concilio Carthag. a. 525. pag. 1088. seq. *Harduin.* [a. 454. a *Walchio* in: Entwurf. p. 316. tribuitur. *Harl.*]

459. *CPolitani* LXXXI. episcoporum sub Gennadio, epistola encyclia aduersus Simoniacas molitiones, ex Balsamone graece et latine, subscriptiones episcoporum ex *Baluzio* p. 1452. seq. *Lambecio* VIII. p. 421. ff) et *Leunclauio* p. 187. (189.) iuris graeco-rom. tom. I. libr. III. addidit Harduinus.

† 460. *Lugdunense* sub Verano archiepiscopo. Vide *Labbeum* tom. IV. p. 1820. [quod vero *Walch.* l. c. p. 317. fabulosum esse iudicat. *Harl.*]

ff) Siue p. 888. sqq. ed. Kollar. (de cod. caesar. CXLIV. nr. 35) atque Kollar. adnotat, post Baluzium etiam a *Mansio* ed. conciliorum nouissimae, tom. VII. p. 915. subscriptiones esse insertas, et, huic, ait, quum hoc exemplar nostrum, (caesareum,) discrimina lectionum suppeditauerit, idcirco adhuc hoc loco non est motum. *Harl.*

A. C. 461. Tarraconensium episcoporum ad Hilarum et *Hilari* papae ad Ascanium Tarraconensem epistolae duae, et tertia ad Leontium gg) Arelatensem, Veranum et Victurum episcopos, ex collectionibus Dionysii et Isidori.

† Aliae epistolae octo Hilari, obuiae etiam apud Baron. hh) et decreta duo ex Gratiano de consecr. dist. 2: *vbi pars est corporis*, et ex codice sedecim librorum lib. IV. cap. 19.

Epistola SS. episcoporum *Lupi* Tricassini, et *Euphronii* Augustodunensis ad Talasium episcopum Andegauensem de sollemnitatibus et bigamis *) clericis, et iis, qui coniugati [?] adsumuntur. *Leontii* Arelatensis epistola ad Hilarum papam apud Labbeum p. 1828.

Concilium *Turonicum*, canones XIII. *Fabr.* [*Canones conciliorum Turonensium, ex Burchardo et aliis; *Mansi* VII. p. 948. *Mart.*] atque in supplem. concil. tom. I. p. 341. Idem *Mansi* in amplist. collectione etc. VII. p. 943-948. concilium *Turonicum*, cum notis Sirmondi et Binii, et ex eo canones XIII. *Fuchs* l. c. IV. p. 581. sqq. add. *Walch.* l. c. p. 317. §. CV. *Harl.*

† 463. *Arelatense* contra Mamertinum, Viennensem archiepiscopum. Vide *Labbeum* tom. IV. p. 1820. *Fabr.* [*Walch.* in: Entwurf etc. p. 318. qui citat *Tillemont* memoir. tom. XVI. p. 105. Histoire litter. de la France tom. II. pag. 410. et *Bower* Hist. der röm. Päpste, tom. III. p. 14. sqq. — Idem p. 317. (et in Hist. der Päpste pag. 110.) de synodo *romana* in Hermis, episc. Narbonnensis, caussa. *Harl.*

465. *Veneticum*, in Paterni Venetensis episcopi ordinatione a Perpetuo Armoricanae prouinciae metropolitano celebratum. Canones XIV. *Fabr.* v. *Tillemont* mem. tom. XVI. p. 401. et *Walch.* l. c. p. 319. *Mansi* VII. p. 951. sqq. *Fuchs* IV. p. 591. sqq. *Harl.*

Romanum, episcoporum XLVIII. Sub Hilaro papa, ex Dionysii Exigui et Isidori collectione. Canones V. cum duabus Ascanii episcopi Tarraconensis ad Hilarum epistolis. Edidit etiam *Christianus Lupus* ad calcem epistolarum Ephesinarum p. 471. *Fabr.* [*Ad idem concilium correctio *Mansi* VII. pag. 569. (emendantur varia loca e cod. MSt. Luc.) *Mart.*] *Mansi* ib. p. 959-968. atque ex eo *Fuchs* IV. pag. 585. sqq. reddidit canones V. cum duabus epistolis; add. *Mansi*

gg) Confer Leontii huius epistolam in tom. V. spicilegii Dacheriani p. 758.

hh) Vide *Tillemont*. tom. XVI. memor. p. 35. seq. Epistola ad Pulcheriam Augustam scripta adhuc a diacono exstat in actis synodi Chalced. pag. 34. edit. Harduin. (pag. 51. Labbei,) graecam versionem veterem dedit *Cotelerius* I. monument. p. 66. epistola ad Victorium Aquitanum, huius canoni paschali praefigitur.

*) De bigamia clericorum sacrorumque hominum multus est *Assemann.* in bibl. iuris orientalis can. et ciu. lib. I. cap. 13. sect. 2. et 3. §. 305. sqq. p. 460. sqq. *Harl.*

Mansi supplem. concil. I. pag. 337. aliosque a *Walch.* Entwurf etc. pag. 318. sq. citatos. *Harl.*

De *Tarraconensi* synodo aduersus Siluanum episcopum Calagurritanum illicitas ordinationes vsurpantem, mentio in iisdem Ascanii epistolis. [v. *Aguirre* concil. hispan. tom. II. p. 225. et *Walch.* l. c. p. 318. *Harl.*]

† *Cambrici* concilii ex Matthaeo Westmonasteriensi p. 1059. meminit Labbeus.

A. C. 467. *Simplicii* papae epistolae quattuor, et vna Acacii CPol. ad Simplicium. Confer *Gelasii* epist. VIII. apud Harduin. p. 916. seq.

† Aliae Simplicii epistolae XV.

† 470. *Cabillonense*, in quo electus Ioannes Cabillonensis episcopus. Vide *Sidonium* lib. IV. epist. vlt. [et *Walch.* l. c. p. 320.]

472. *Antiocheni* concilii, in quo Petrus Fullo deiectus Antiochena sede, quam inuaserat, ab episcopis fuit, meminit Gelasius [ii]) in gestis de nomine Acacii et Liberatus cap. 18.

*† *Bituricense*, quo Simplicius Bituricensis archiepiscopus electus. Vide *Sidonii* epist. lib. VII. 5. 8. et 9. vbi subiicitur concio, quam idem Sidonius in ecclesia habuit, quum Simplicium archiepiscopum renunciaret: [et Hist. litter. de la France, tom. II. p. 555. et 564. *Harl.*]

† 474. De *Viennensi*, quod in caussa rogationum triduanarum, ante adscensionem Domini celebrandarum, a b. Mamerto Viennensi episcopo habitum est, ex chronico Cameracensi *Labbeus* p. 1041. *Fabr.* *Walch.* Entwurf. p. 321. et hoc et *Bituricense* proprie nominanda esse concilia, negat, citatque *Tillemont.* memoir. tom. XVI. p. 112. ac *Bingham* Origin. eccles. vol. V. p. 23. sqq. *Harl.*

475. *Arelatense*, sub Leontio episcopo, ad condemnandum praedestinationis errorem.

[P] *Fausti* Reiensis episc. ad *Lucidum* presb. e secta praedestinatorum epistola synodica cum *Lucidi*, errorem emendantis, libello ad episcopos. *Fabr.* *Lucidi* libellus et *Fausti* epist. in *Basnagii* thesaur. monim. tom. I. p. 352. sqq. *Sirmond.* concil. Gall. tom. I. p. 150. *Mansi* collect. VII. p. 1007. sqq. et ex eo *Fuchs* l. c. IV. p. 595. sqq. qui recensione epistolae ac libelli finem praestantissimae suae conciliorum bibliothecae imponere vi morbi diuturni, qui eum quoque viuis eripuit, coactus est: v. praefat. cel. Plankii ad tom. IV. — De hoc concilio v. quoque *Vossii* hist. Pelag. libr. II. cap. 50. *Noris.* hist. Pelag. libr. II. cap. 15. *Thomasin* dissert. XIII. ad concil. tom. I. p. 435. sqq. aliosque in *Walch.* Entwurf. p. 321. sq. *Harl.*

ii) Sine auctoris nomine edidit *Labbeus* tom. IV. p. 1079. [conf. *Walch* Entwurf. p. 320. *Harl.*]

De *Lugdunensi* synodo sub Patiente episcopo Lugd. ex Fausti epistola ad Leontium. Ab hac synodo probatum Gennadii librum de ecclesiasticis dogmatibus suspicatur Sirmondus.

[* Ad *Ephesinam* pseudo-synodum Eutychianorum, Basilisco imperante, habitam, (quam ex Pagio adtulit Coletti,) additio; *Mansi* VII. p. 1013. Ipsum libellum precum, ab episcopis Eutychianis imperatori oblatum, vt ne constitutionem, encyclicis litteris suis, quibus concilium Chalcedonense euertebatur, contrariam promulgaret, ex Euagrio scholast. III. 5. addidit Mansi, et quaedam Veneti editoris errata castigauit. *Mart.* Add. *Mansi* supplem. concil. I. p. 341. et *Pagii* critic. in annal. Baron. tom. VIII. p. 355. — Basilisci edictum contra synod. Chalcedon., ex Mansio *Fuchs* IV. p. 539. sqq. qui et edictum et synodum malit a. 476. adsignare. *Harl.*]

A. C. 478. De *Antiocheno* concilio, in quo Steph. Antiochenus episcopus ordinatus synodicam misit ad Acacium CPol. significans ordinationem suam, damnationem *Pet. Gnaphei* et *Io.* Apameni siue Antiocheni, consulendus Theophanes. [et *Ceiller* histoire des auteurs tom. XV. pag. 601. a *Walchio* l. c. §. 119. pag. 323. laudatus. *Harl.*]

Constantinopoli Acacius colligit synodum ἐνδημούσαν siue episcoporum, qui in illa vrbe praesentes aderant, in qua *Io.* et *Pet. Fullonem* damnat. Liberatus testis c. 18. Ad hoc concilium spectant *epistolae* Acacii CPol. Antheonis Arsinoitae, Fausti Apollonidensis, Pamphili Abideni, Asclepiadae Trallensis, [kk]) quas graece et lat. edidit *Fronto Ducaeus* cum Zonara in canones conciliorum Paris. 1618. fol. Eaedem habentur apud *Harduin.* p. 842, *Labbeum* p. 1107. De his epistolis videndus est *Henr. Valesius* in diss. de Petro Gnapheo Antiocheno, ad calcem historiae Theodoreti et Euagrii pag. 177. *Sirmondus* ad epistolam 3. Alcimi Auiti, Suicerus et Cangius in τρισάγιον, *Tillemontius* tom. XVI. memor. pag. 375. 687. etc.

[*Laodiceae* in Syria concilium a. 478. esse habitum, in eoque Stephanum, episc. Antiochenum liberum declaratum, animaduertit *Walch.* in: Entwurf etc. pag. 323. citatque *Tillemont.* mem. tom. XVI. p. 316. *Harl.*]

Editionis Regiae tomus X.

483. *Felicis III.* papae epistolae decem, ex quibus tertia et quarta ad Petrum Gnapheum, quintaque ad Zenonem imp. etiam graece exhibentur ex Frontonis Ducaei editione. [v. *Lambec.* VIII. p. 1038. sq. not. 4. cod. caes. LVIII. *Harl.*]

† Aliae

kk) V. supra, vol. XI. p. 562. de *Antheone*, et p. 583. de *Asclepiade* et *Lambec.* VIII. pag. 1036. nr. 2. et 3. cod. LVIII. *Harl.*

†Aliae epistolae sex eiusdem Felicis, ad Andream episc. Thessalonicensem, ad Vetranionem episcopum, ad Thalassium archimandritam CPol. ad Flauitam episcopum CPol. ad monachos vrbis CPol. et Bithyniae, et ad clerum plebemque CPol. Vide *Sirmondum* tom. II. Opp. p. 829. *Tillemont.* tom. XVI. memor. p. 438. etc. [conf. *Fuchs* IV. p. 545. sqq. ibique not. *Harl.*]

*†*Breuiculus historiae Eutychianistarum,* siue *gesta de nomine Acacii* apud *Labbeum* p. 1079-1083. Ediderat *Sirmondus*, cum adpendice codicis Theodos. Auctor Valesio ad Euagrium videtur esse Gelasius papa, sed [P] *Tillemontius* tom. XVI. pag. 659. obseruat, accuratiorem esse in historia narranda, quam Gelasius esse solet: et *Pagius* ad a. 496. n. 4. docet, priorem huius libelli partem totidem verbis esse excerptam a Liberato, qui sub Iustiniano scripsit; posteriorem vero ex Gelasii collectam epistolis.

A. C. 484. *Romanum* concilium aduersus Acacium CPol. et Petrum Fullonem Antiochenum. Ad hoc pertinent epistolae Felicis papae octo priores. *Fabr.* V. *Walch* l. c. p. 324. qui praeter ea adpellat *Tillemont.* mem. tom. XVI. pag. 351. sqq. et 764. *Bower.* Histor. der Päbste, tom. III. p. 91. aliosque; negat autem p. 323. contra *Baron.* annal. eccles. tom. VIII. pag. 483. vi decreti concilii *romani* a. 483. a Felice II. aut III. propter adcusationem Io. Talaiae in caussa Acacii legatos CPolin fuisse missos. *Harl.*

Quintiani episcopi Asculani ad Petrum Fullonem epistola, cum anathematismis duodecim. Graece et latine, ex Frontonis Ducaei editione. *Fabr.* Exstat *Vindobon.* in codd. caes. LVI. 6. epist. *Quintiani*, qui ibi vocatur episcopus Ἀρκυλιανῶν· inc. πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς ἐξένευσας· v. *Lambec.* VIII. pag. 1030. et in not. de varietate nominis in libris; et in cod. LVIII. nr. 3. inter epistolas diuersorum ad Petrum Fullonem, epist. septima, cuius initium idem est, quod in superiore; ipsius vero epist. inscriptio est: Ἐπιστολὴ Κυντιανοῦ ἐπισκόπου Ἐρκυλιανῶν πρὸς Πέτρον, ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας· v. *Lambec.* ibid. pag. 1038. *Harl.*

Iustini Siculi et *Flauiani* Rhodopensis ad eumdem, ex eodem Ducaeo ad calcem Zonarae in canones concil. [*Iustini* epist. in cod. *Vindob.* citato LVIII. nr. 3. *Harl.*]

Romanum II. concilium episcoporum LXXVII. contra Vitalem et Misenum, praevaricatores sedis apostolicae legatos, nec non Acacium CPol. et Petrum Moggum Alexandrinae sedis inuasorem. Epistola synodica ad clericos et monachos orientales. *Fabr.*

[* Ad concilium *romanum* a. 485. sub Felice papa, (quod ex Pagio recepit Coleti,) adnotatio critica *Mansi* VII. p. 1167. *Mart.*]

[* *Seleucienses* synodi duae, quarum altera a Babuaeo, catholico Assyriae orthodoxo, ex orthodoxis collecta ad sacrorum hominum coniugia repellenda; altera a Bar-

a Barfuma, Nifibis metropolita Neftoriano, aduerfus priorem illam, fub Pheraze Perfarum rege a. 485. celebrata, (ex *Affemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. p. 177.) *Manfi* VII. p. 1173. [et in fupplem. concil. tom. I. p. 347.] *Mart.*] — De fynodo *Seleucienfi* Neftorianorum pro Acacio contra Barfumam a. 489. habita v. *Affemann.* l. c. p. 180. *Manfi* fupplem. concil. I. pag. 347. et *Walch.* Entwurf. p. 327. *Harl.*]

Conuentus generalis epifcoporum catholicorum diuerfarum prouinciarum *Africae* ex praecepto *Hunerici*, regis Vandalorum, factus Carthagine. Vbi Homoufiani epifcopi plures quadringentis exfpoliati dignitate et in exfilium acti funt. Praeceptum Hunerici. Suggerenda Hunerico regi. B. *Eugenii*, epifcopi Carthag. fidei catholicae ratio. Regis Hunerici decretum. Epifcoporum catholicorum nomina. [v. *Walchii* Entwurf. p. 325. fq.]

A. C. 487. *Romanum III.* epifcoporum XXXVIII. de lapfis Africanae ecclefiae recipiendis. Ad hoc pertinet epiftola Felicis papae, nona Harduino, Labbeo feptima, quae incipit: *Qualiter in Africanis.*

De fynodis variis Felicis tempore habitis [fed dubiis] *Labbeus* ex veteri Synodico c. 97. feq. fupra p. 229. ed. vet. et ed. nou. p. 397.

492. *CPolitanum* fub Euphemio epifcopo, quo confirmata decreta fynodi Chalcedonenfis. Vide *Baluz.* p. 1457. Vetus Synodicon c. 106. fupra pag. 232. ed. vet. et ed. nou. p. 399.

[* In adpendice ad *Manfi* tom. VII. Synodus *Syriaca* habita a. 405. pag. 1181. — Anonymi interpretis adnotationes in hanc fynodum, p. 1186. — Canones S. Patricio adfcripti, (ex *Wilkinfio* concilior. M. Britanniae, tom. I.) cum admonitione editoris, (hos canones, qui tomo VI. p. 519. inferendi fuiffent, adpendicis loco hic transfcriptos effe.) p. 1187. *Mart.*]

[*Edit. Manfi Tomus VIII.*]

Gelafii I. papae decreta et epiftolae: 1) ad Euphemium CPol. [P] *Quod plene carpimus.* 2) Commonitorium ad Fauftum [u]) magiftrum fungentem legationis officio CPoli. *Ego quoque mente percepi Graecos.* 3) ad omnes epifcopos per Picenum, de Pelagianis erroribus. *Barbaricis hactenus dolebamus incurfibus.* 4) ad Anaftafium imp. *Famuli veftrae pietatis.* 5) ad epifcopos per Lucaniam et Brutios et Siciliam conftitutos, decreta XXVIII. *Neceffaria rerum difpenfatione.* 6) ad epifcopos Siciliae. *Praefulum auctoritas noftrorum.* 7) ad epifcopos Dardaniae de Acacio iure damnato. *Valde mirati fumus.* 8) tractatus de Timothei

u) Al. ad Feftum, qui legatus fub Anaftafio, Gelafii fucceffore.

thei Aeluri et Petri Alex. impietate a Simplicio et Felice condemnata mm). *Illud, inquit, me non mediocriter.* 9) ad episcopos orientales nn). *Quid ergo isti prudentes viri.* 10) Ex collectione canonum cardinalis Deusdedit, octo fragmenta oo) epistolarum Gelasii ad Caelestinum, ad Sabinum, ad Quinigesium et Constantinum, ad Victorem, ad Respectum et Leontinum, ad Iustum et Stephanum, ad Maioricum, Serenum et Iohannem episcopos: nec non fragmenta duo ex Anselmi lib. VI. c. 39. et 46. ex Gelasii epistola ad Natalem episc. et ad clerum, ordinarios et plebem Brendesii. His adde decretum apud Gratian. 9. XVI. qu. 3. *post quingentos.*

† Apud Labbeum praeterea exhibentur 11) ad Laurentium de Lignidio episc. epistola episcoporum Dardaniae ad Gelasium. 12) ad episcopos Dardaniae. *Vbi primum respirare fas est.* 13) ad Honorium Dalmatiae episcopum. *Licet inter varias temporum.* 14) ad eundem. *Miramur dilectionem tuam.* 15) ad episcopos Dardaniae et Illyrici. *Audientes orthodoxam vestrae.* 16) ad Aeonium Arelatensem episc. *Inter difficultates varias,* et p. 1259. ad Rusticum Lugd. episc. ex Dacherii spicileg. tom. V. p. 581. *Inter ingruentium malorum turbines.*

[☞] Gelasii tomus de anathematis vinculo, Labbe p. 1247. Harduin. p. 929. Incip. *Ne forte, quod solent, dicant.*

† Eiusd. aduersus Andromachum senatorem, caeterosque Romanos, qui ex *Lupercalium* intermissione Romae mala contingere dictitabant. Incip. *Sedent quidam in domibus suis.*

† Eiusd. dicta aduersus *Pelagianam* haeresin. Incip. *De Pelagianis quidem sensibus.*

Constituta Gelasii papae, quae episcopi in sua ordinatione accipiunt. Incip. *Probabilibus desideriis.* In libro diurno romanorum pontificum inscribitur: *Synodale, quod accipit episcopus.* Est et inter epistolas Gregorii II. ordine quarta. Citatur quoque apud Gratian. ex Gelasio 26. XII. qv. 2. clero, ordini et plebi Brendesii.

[* *Gelasii* epistolae ad episcopos Dardaniae forma breuior, (ex cod. canonum eccle-siast. a Quesnello vulgato c. 50. secundum recens. Ballerinor.) *Mansi* VIII. p. 63. conf. *Mansi* praemonitionem, p. 49. *Mart.*]

[* Ad epistolas Gelasii adpendix, ex *Baluzii* Miscell. tom. V. ibid. p. 122. *Mart.*]

[* *Nestorianorum* tres synodi, ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. pag. 178. ibid. p. 143. *Mart.*] et *Mansi* supplem. concil. I. p. 353. *Harl.*]

A. C. 494.

mm) Hunc *Labbeus* tom. I. de scriptoribus eccles. p. 342. vocat tractatum contra Graecos. Ediderat *Sirmondus* in adpendice codicis Theodos.

nn) Hanc quoque ibidem edidit Sirmondus, de vtroque scripto confer *Tillemontium* tom. XVI. memor. p. 648.

oo) Edidit *Holstenius* in collectione romana tom. I.

A. C. 494. Concilium *romanum* LXX. episcoporum, in quo decretum celebre de libris sacris et apocryphis, quod in aliis codicibus *Damaso*, in pluribus atque, vt Benedictini ad S. Ambrosium tom. I. p. 1266. testantur, in codicibus ante mille annos exaratis, *Gelasio*, in paucis aliis, (vt Iurensi, quem Chiffletius edidit,) *Hormisdae* tribuitur, fortasse quod a Damaso conceptum primum, deinde a Gelasio, ac denique ab Hormisda ita auctum ac digestum sit. Vide *Baluzium* ad Anton. Augustinum de emendatione Gratiani pag. 444. (715.) Pearsonium parte 1. vindiciar. Ignatii c. 4. *Larroquanum* animaduersionibus ad Pearsonium p. 29. seq. *Schelstratenum* in Antiquitate illustrata tom. I. p. 369. D. *Tho. Ittigium* de haeresiarchis p. 207. et in adpendice p. 125. *Caueum* in historia literaria S. E. ad a. 492. *Chifletium* ad Vigilium Tapsensem pag. 149. praecipue vero *Iustum Fontanini* libro 2. de Antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum cap. 3. Exstat hoc decretum etiam sub Gelasii nomine apud Vincentium Bellouacensem in prologo ad speculum naturale cap. 13. seq. et apud Gratianum dist. 15. *sacra romana ecclesia*, Burchardum lib. 3. c. 220. seq. Iuonem parte 4. cap. 64. et pannormiae lib. 2. c. 91. notis illustratum exhibet *Couarruuias* tom. II. variarum resolutionum lib. 4. Gelasio etiam tribuitur ab Hincmaro Remensi, a Lupo Ferrariensi, Nicolao I. papa epist. 8. (42.) et auctore Chronici Centulensis apud Dacherium [P] tom. IV. spicilegii, vt notauit Harduinus, qui etiam Capitulare Attonis tomo VIII. consulere iubet. Respicit etiam, sed Gelasii nominatim non meminit Aldhelmus, quando c. XI. libri de virginitate [pp]) ait de eliminandis apocryphorum deliramentis, orthodoxorum patrum scripta scriptis decretalibus sanxisse. *Fabr.* [* Idem concilium *romanum* de libris recipiendis, et non recipiendis (breuiore forma, prouti legitur in cod. Vaticano apud Fontanin. in commentario de antiquitatibus Hortae, adiecta lectionis varietate ex cod. Frisingensi antiquissimo,) *Mansi* VIII. p. 151. *Mart.*] — Decretum illud de libris sacris et apocryphis in concilio quodam fuisse conditum, *Walch.* in: Entwurf. p. 328. §. CXXX. omnino negandum esse censet. Conf. *Walch.* in: Historie der Päbste p. 113. *Harl.*

Tribuuntur etiam Gelasio *gesta de nomine Acacii*, de quibus supra ad a. 483. neque alium auctorem habent scripta in tomis conciliorum hactenus non edita, *codex sacramentorum*, quem vulgauit Iosephus *Maria Thomasius* [qq]) Rom. 1680. 4. vel *liber de duabus naturis*, editus in antidoto aduersus haereses Basil. 1528. fol. in Io. Heroldi Haeresiologia Basil. 1556. fol. et in collectione Tigurina de duabus naturis et vna persona Christi, 1571. fol. in bibliothecis patrum, (vt postrema Lugdunensi tom. VIII. p. 699.) et cum Stephani Audeberti Theodoreto explicato, Lascani 1639. 8. Gelasio papae illum vindicant *Io. Forbesius* XI. 16. instructionum historico-theol. *Dallaeus* de vsu patrum p. 108. *Steph. le Moyne* prolegom. ad Varia sacra *28. Caueus etc. atque contra Melch. Canum, Suffridum Petri,

pp) Tom. XIII. bibl. patrum edit Lugd. p. 37.
B. Scripsit Aldhelmus circa a. 680.

qq) Iournal des Sauans 1681. p. 243.

Petri, Baronium, Binium, Bellarminum, Perronium agnoſcunt Sirmondus, Spondanus, Petauius rr), Chifletius, Pagi, Dupinius aliique, etiam Labbeus tom. I. de ſcriptor. eccleſ. p. 342. ſed qui praeter rem tradit, in Orthodoxographis reperiri, in vtraque enim illorum editione fruſtra quaeritur.

† Epiſtola *Auiti*, epiſcopi Viennenſis, ad *Clodoueum*, regem Francorum, de ſuſcepta ab eo Chriſti fide et baptiſmo. *Remigii*, Remorum epiſcopi, ad eumdem Clodoueum conſolatoria in obitu Albofledis ſororis, paullo poſt ſuſceptum baptiſmum defunctae.

A. C. 495. Romanum concilium LV. epiſcoporum ſub Gelaſio, exemplar geſtorum de abſolutione Miſeni, Cumani epiſcopi, de quo dictum ad a. 484. *Fabr.* *Walch* in: Entwurf etc. p. 328. citat *Baronii* annal. tom. VIII. pag. 588. *Tillemont.* memoir. tom. XVI. p. 657. ac *Bower.* Hiſt. der Päbſte, tom. III. p. 122. ſqq. *Harl.*

[P] *Index ſcriptorum, quorum teſtimonia* ss) *S. Gelaſius ſubiunxit libello de duabus naturis.*

ad paginas tomi VIII. bibliothecae patrum Lugdun.

rr) Vide eius dogm. Theol. tom. IV. pag. 122. ſeq. et 208.

ss) Conferendi indices teſtimoniorum in Theodorito et Leontio volum. VIII. huius biblioth. p. 301. ſqq. et 310. ſqq. et in actis concilii Epheſini et Chalced. quos dedi volum. X. p. 550. ſqq.

Hactenus index in Gelaſium de duabus naturis.

A.C. 496. *Anaſtaſii II.* papae epiſtola decretalis ad Anaſtaſium imp. ex Dionyſii Exigui et Iſidori Mercatoris collectione, capitula VIII.

††Ei. Fragmenta epiſtolae dogmaticae ad Vrſicinum edita a Baluzio p. 1458. et Harduino p. 951.

†Conuentus *Remenſis* ad Clodouei regis baptiſmum in eccleſia S. Martini. Vide *Labbeum* tom. IV. p. 1827. *Fabr.* Sed hunc conuentum eſſe fictitium, adfirmat *Walch.* in: Entwurf. p. 329. *Harl.*

†Ad Clodoueum, regem Francorum, gratulatoria de ſuſcepto Chriſtianiſmo, ex tom. V. Spicilegii Dacheriani p. 582.

Libellus ab apocriſiariis Alexandrinae eccleſiae datus legatis CPolin miſſis ab Anaſtaſio papa, et conformis *Henotico Zenonis* ad ſupprimendam concilii Chalcedonenſis auctoritatem. Ediderat Baronius ad a. 497. 14.

†Decretum Anaſtaſii ex Gratiano 23. qu. 3. *Qui poteſt obuiare et perturbare peruerſos, et non facit, nihil eſt aliud quam fauere impietati eorum.*

De *CPolitano* concilio, in quo confirmatum Henoticum Zenonis, et Euphemius depoſitus, Macedonio ſucceſſore dato, meminit Victor Tunonenſis et auctor Synodici c. 107. ſupra p. 233. ed. vet. et ed. nou. p. 400. [v. *Baluz.* collect. nou. conc. p. 1457. et *Tillem.* mem. tom. XVI. p. 610. *Harl.*]

497. De *CPolitano* epiſcoporum ἐνδημούντων ſiue in vrbe praeſentium, Macedonio praeſide, ad vnionem eccleſiarum regiae vrbis, receptis actis Chalcedonenſibus. Theophanes in chronico, et Synodici auctor loco laudato. Vide et acta ſanctor. 25. April. p. 369. Victor Tunonenſis reiectos in illo Neſtorii et Eutychetis ſectatores, ſed et Chalcedonenſis ſynodi defenſores condemnatos tradit. *Fabr.* [*Ad concil. *CPolitanum* adnotatio critica: *Manſi* VIII. pag. 199. Annum

num 498. ei adsignandum censet. *Mart.*] et *Mansi* supplem. concil. I. p. 373. De tribus conciliis *CPolitan.* ann. 497. 498. (parum certis,) et a. 499. v. *Walch.* Entwurf etc. p. 329. sq. *Harl.*

A. C. 498. *Symmachi* papae epistola 1. ad Liberium tt) Patricium, 2. ad [P] Laurentium uu) Mediolanensem, 3. ad Caesarium vv) Arelatensem cum eiusdem Caesarii libello ad Symmachum.

†Et. 4. et 5. ad Aeonium, ww) Arelatensem episc. 6. Apologetica xx) aduersus Anastasium imp. 7. ad Afros yy) episcopos, 8. ad Orientales, zz) cum Orientalium epistola ad Symmachum. 9. ad episcopos Galliae, a) cum exemplo libelli, Symmacho oblati ab Aegidio abbate et Messiano notario. 10. ad Caesarium b) Arelatensem, 11. ad Theodorum Laureacensem, cui pallii concedit vsum, (ex adpendice ad Chronicon Reicherspergense et ex metropoli Salisburgensi Wigulei Hundii.) 12. ad Auitum, episcopum Viennensem, ex Dacherii spicileg. tom. V. p. 583.

499. De *CPolitano* concilio, in quo cum Nestorianis et Chalcedonensi synodo condemnati, qui non confiterentur vnum e S. Trinitate crucifixum. Vide *Baluzium* p. 1456. (1459.) ex Victore Tunonensi.

Romanum sub Symmacho, episcoporum LXXII. tempore Theodorici regis, de tollendo ambitu in comitiis pontificiis. Canones V. Subscriptiones episcoporum *Baluz.* p. 1460. [v. *Walch.* Hist. der Päpste, p. 115.]

Libellus Ioannis diaconi a. 506. oblatus Symmacho, apud Baluz. p. 1464. Labbeum p. 1401. Harduin. p. 963.

Theodorici regis lex ad senatum Romanum, data an. 507. contra sacerdotes, qui substantiam ecclesiae, iure directo aut vendere aut donare praesumunt. Ex edit. Lucae Holstenii tom. II. collect. rom. pag. 212. Labbeus pag. 1401. et Harduin. pag. 963.

[P] *Collatio episcoporum*, praesertim *Auiti* Viennensis, coram rege Gundebaldo aduersus Arianos, ex tom. V. spicilegii Dacheriani p. 110. *Fabr.* in *Lalande* supplem. concil. Gall. p. 43. et *Sirmondi* Opp. tom. II. p. 269. teste *Walchio* aliosque laudante in: Entwurf etc. p. 331. *Harl.*

tt) Scripta Symmachi nomine ab Ennodio tunc diacono, inter cuius epistolas lib. V. epist. 1.

uu) Hanc male inter Symmachi epistolas referri, notat Sirmondus. Est enim oratio, non epistola: nec Symmacho congruit, sed inter Ennodii dictiones siue orationes sacras tertia, lata Stephano *Viro Spectabili* Vicario, dicenda Maximo, episcopo Ticinensi, cui deinde Ennodius successit.

vv) *Baron.* ad a. C. 514. n. 4. seq.

ww) Id. ad a. 499. n. 36. 37.

xx) Id. ad a. 503. n. 18.

yy) *Ennod.* lib. XI. epist. 14.

zz) *Baron.* ad a. 512. n. 36. et 48.

a) Id. ad a. 515. n. 46.

b) Id. ad a. 502. n. 37.

[* Synodus *Persica* Nestorianorum pro coniugiis monachis et sacris hominibus permittendis, a. 499. ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. p. 429. *Mansi* VIII. p. 239. *Mart.*] add. *Mansi* supplem. concil. I. p. 377. *Harl.*]

A. C. 500. *Romanum II.* episcoporum CXV. in quo Symmachus absolutus, et condemnatus Petrus Altinensis episc. quem visitatorem rex Theodoricus miserat.

501. *Romanum III.* Palmare, Dionysio Exiguo quartum, in eiusdem Symmachi causa. Ad subscriptiones episcoporum conferendus *Baluzius* pag. 1464. seq. *Fabr.* De conciliis, saec. VI. habitis, conf. *Caui* histor. litter. SS. eccles. vol. I. p. 552. sqq. ed. Basil. — *Walchius*, postquam in: Entwurf. in cap. II. p. 332–345. de ratione conciliorum saec. IV. et V. late curateque disputarat, a p. 346. coepit historiam singulorum conciliorum persequi, p. 347. sq. cum *Bollandistis* act. sctor. tom. IV. Iul. pag. 636. sqq. et *Mansio* tam in notis ad Baron. quam in supplem. concil. I. pag. 379. sqq. *Pagii* rationes in critic. annal. Baron. ann. d. §. 7. sqq. tom. XIX. pag. 3. sqq. oppugnantibus, primum concil. rom. in caussa Symmachi collocat in a. 499., alterum et tertium in a. 501. et quartum s. *Palmare* in a. 501. (vel potius a. 502.) nam in §. IV. de Palmari syn. ponit eam in a. 502. adnotat vero, nondum consentire VV. DD. quodnam memorat. concil. synodus fuerit *Palmaris*, et citat *Ceiller* hist. des auteurs tom. XII. p. 637. sqq. ac *Bower* Hist. der Päbste, tom. III. p. 231. sqq. — Add. *Nitsch* diss. praeside Wernsdorf. de synodo Palmari. Wittenberg. 1775. 4. — De Symmacho v. *Caui* hist. litterar. SS. eccl. I. p. 466. ed. Basil. ad a. 498. vbi, in primis pag. 552. concilia *Romana* in caussa Symmachi I. a. 501. — II. quod *Palmare* vocat, a. 502. — III. atque Ennodii libellum, in synodo recitatum, et communibus comprobatum suffragiis, a. 503. IV. denique, a Symmacho et 103. episcopis celebratum, a. 504. adsignantur. *Harl.*

Praeceptiones *Theoderici* regis ad episcopos, cum relatione episcoporum ad regem, et epistola Viri Spectabilis, Anagnostici regis.

502. *Romanum IV.* de rebus ecclesiae conseruandis. Hoc Dionysio Exiguo est tertium. Canones VIII. cum subscriptionibus episcoporum.

† *Ennodii* Apologeticus, pro synodo quarta romana, inter Ennodii opera a Sirmondo illustrata plus simplici vice vulgatus. [Add. *Walch.* l. c. pag. 348. sq. ad a. 504.]

Aluiti, Viennensis episcopi, (nomine episcoporuu Galliae scripta,) epistola ad senatores vrbis Romae, qua episcopi Italiae reprehendunur, quod de papae Symmachi caussa iudicandum inferiores susceperint.

503. *Romanum V.* episcoporum CCXVIII. cum subscriptionbus.

[* Ad

[* Ad synodos *Romanas* in caussa Symmachi pontificis adnotatio critica *Mansi* VIII. p. 303. (Primam synodum a. 499. duas sequentes a. 501. quartam vero, quae *Palmaris* dicitur, a. 502. celebratas esse defendit.)

* Ad duo, sub Symmacho pontif. concilia a. 499. et a. 502. celebrata, adnotatio critica, *Mansi* ib. p. 305. *Mart.*]

A. C. 504. *Romanum VI.* de inuasoribus rerum ecclesiasticarum, cum subscriptionibus episcoporum.

†504. (al. 507.) *Byzacenum* in Africa de subrogandis nouis episcopis. Vide Labbeum pag. 1378. seq.

506. *Agathense* in Gallia Narbonensi, de variis disciplinae ecclesiasticae capitibus canones LXXI. in quorum nono citatur Innocentii I. ad Exuperium epistola et Siricii de incontinentibus clericis. Canones autem ab XLVIII. ad LXX. licet pro Agathensibus agnoscantur a Gratiano et aliis, tamen in antiquissimis codicibus non habentur, et post concilium XVII. Toletan. additi demum ex canonibus maxime concilii Epaonensis a. 517. vt notauit Sirmondus. Canoni LXXI. subiiciuntur subscriptiones XXXIV. episcoporum. *Fabr.* Canones tantum XLVIII. genuinos haberi, reliquos autem, maxime autem tria, quae sequuntur, etiam a *Mansio* in suppl. concil. I. p. 385. recepta, decreta spuriis adscribi, etiam adnotat *Walch.* in: Entwurf etc. p. 349. sq. citatque Singularites historiques et litter. tom. II. pag. 1. sqq. Histoire litter. de la France tom. III. pag. 46. sqq. et plures alios libros. *Harl.*

† Decreta tria Agathensis concilii ex Gratiano dist. 86. *Non liceat aliquem.* 13. qv. 3. *Vsura est.* et 2. qv. 4. *Si quis presbyter.* [P] Aliud ex decreto Iuonis, et alia tria ex codice librorum sexdecim lib. 5. c. 22. et lib. 15. c. 8. quae etiam adscripsit Harduinus pag. 1459.

† *Ruricii* Lemouicensis et *Caesarii* Arelatensis mutuae epistolae, nec non Ruricii ac *Sedati* episc. Huius *Ruricii*, Sidonio IV. 16. et VIII. 10. epist. laudati, epistolarum libros duos habemus in bibl. Patrum tom. VIII. edit. Lugd. pag. 559. ex tomo quinto 2. pag. 440. lectionum antiquarum *Henr. Canisii*, at tom. I. p. 373. ed. *Iac. Basnage.* Epistola ad Caesarium lib. 2. 32. p. 573. Caesarii ad Ruricium p. 558. Ruricii ad Sedatum lib. 2. p. 574. Sedati ad Ruricium p. 558. [in Basnage ed. tom. I. p. 350. sqq.]

† *Remigii* Remensis epistola ad Clodoueum, regem Francorum, quum ad bellum Gothicum se accingeret.

Clodouei regis epistola ad episcopos post bellum Gothicum scripta de captiuis tum clericis tum laicis episcoporum arbitrio et testimonio relaxandis.

A. C. 507.

507. *Tolosanum* concilium videtur memorari in epistola Caesarii apud *Labbeum* p. 1827. sed id parum certum, nec credibile videtur *Baluzio*, quem vide p. 1465. [nec *Basnagio* thes. monim. tom. I. p. 366. nec *Walchio* l. c. p. 351. *Harl.*]

A. C. 511. *Aurelianense* concilium episcoporum XXXII. ex euocatione gloriosissimi regis Clodouei, canones XXXI. cum subscriptionibus. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf p. 351. obseruat, *Mansium* in Supplem. conc. I. p. 386. alios canones, at probabiliter spurios, adiecisse, citatque *Pagii* crit. ann. Baron. tom. IX. pag. 67. *Lecointe* annal. concil. eccles. tom. I. p. 267. et alios. In collect. MSt. cod. Vaticani Palat. DLXXIV. exhibentur tantum abbreuiati canones XXII. testibus *Ballerin.* de antiq. collection. part. I. cap. 10. p. 417. in *Gallandii* sylloge, tom. I. *Harl.* — [* Ad concilium *Aurelianense* canones additi ex Burchardo, Gratiano et Iuone; *Mansi* VIII. p. 359. *Mart.*]

512. *Sidone* in Palaestina Pseudo-synodus episcoporum LXXX. ferme aduersus synodum Chalcedonensem. Flauianus Antiochenus et Iohannes Paltensis in exsilium missi sunt. Auctor Marcellinus in Chronico. Vide *Labbeum* p. 1414. et Synodicum c. 108. supra p. 233. ed. vet. et ed. nou. p. 400. Huius synodi duces exstitisse Sotericum Caesareae Cappadociae, et Philoxenum Hierapolis Euphratesiae, qui et Xenaias dictus est ab Euagrio et Theodoro Lectore, obseruat ex Cyrillo Scythopolitano in vita S. Sabae cap. LXXIII. in *Cotelier* monim. eccl. gr. tom. III. pag. 297. sq. *Baluzius* p. 1466. [v. *Walchii* Histor. der Päbste pag. 118. nr. 2. et Entwurf etc. p. 352.]

De *Antiocheno* conciliabulo Eutychianorum, de *CPolitana* synodo Timothei et de *Hierosolymitana* Theodosii et Sabae ex veteri Synodico c. 109. seq. supra p. 236. ed. vet. et ed. nou. p. 403. *Fabr.* [* Ad has synodos haereticas adnotationes *Mansi* VIII. p. 375. 377. *Mart.* De Antiochena v. *Assemann.* bibl. oriental. tom. II. p. 18. et *Mansi* supplem. concil. I. p. 391. *Harl.*]

[P] † De synodo *Britannica*, loco incerto habita *Labbeus* p. 1416. ex Balaei centuria 1. 58. in Theliao Landauiae episcopo.

514. *Hormisdae* papae epistola c) ad Iustinum Augustum de Diuinitatis et Incarnationis mysterio. Sacra *Iustini* imp. d) ad Hormisdam. *Iohannis* e) episcopi CPol. ad eumdem directus libellus fidei. Hormisdae epistola. 2. ad Iohannem f) Melicitanum episc. 3. ad Iohannem g) Tarraconensem. 4. et 5. ad vniuersos h) episcopos Hispaniae. 6. ad Epiphanium episcopum CPol. exstat in concilio CPol. sub Menna a. 536. actione quinta. 7. ad Salustium i) Spalensem episc. 8. ad

c) Labbe p. 1552.
d) Id. p. 1491.
e) Id. p. 1486.
f) Id. p. 1511.
g) Id. p. 1465.
h) Id. p. 1466. 1511.
i) Id. p. 1468.

8. ad episcopos k) Hispaniae. Iustini imp. l) ad Hormisdam epistola. Exemplar precum m) ad Iustinum Augustum ab Hierosol. Antiochenis et secundae Syriae clericis et abbatibus. Epistola synodica n) siue exemplar relationis *synodi Epiri veteris* ad Hormisdam papam. 9. Hormisdae epistola o) ad synodum Epiri veteris. 10. ad Iohannem, p) Nicopolitanum episcopum, cum regula fidei et Indiculo, quid in Nicopolitana ecclesia sit agendum. Exemplum relationis q) Archimandritarum et caeterorum monachorum secundae Syriae, cum subscriptionibus. Hormisdae epistola ad archimandritas Syriae exstat in concilio CPol. sub Menna a. 536. actione quinta. Relatio *synodi CPolitanae* r) de ordinatione Epiphanii episcopi, cum subscriptionibus episcoporum. Possessoris s) episcopi Afri relatio per Iustinum diaconum eius de libro Fausti Reiensis episc. 11. Hormisdae ad Possessorem t) episcopum.

† Alias Hormisdae epistolas apud Baronium vel in epistolis pontificum obuias Harduinus omisit, quas habent Regia edit. et Labbeus. 12. Suppositítiam ad Remimigium Remensem. Anastasii imp. u) ad Hormisdam. [* Epistola *Hormisdae* ad ministrum aulicum, cum responsione imperatoris Iustini, (ex Ballerinor. diss. praemissa tom. III. Opp. Leonis;) *Mansi* VIII. p. 526. — Ad epistolas *Hormisdae* adpendix, (ex Halitgarii poenitentiali in Canisii vet. lect. tom. II. part. 2. ed. Basnage,) ibid. p. 527. Epistola autem, quae adfertur, spuria est et supposititia. *Mart.*] — 13. Hormisdae ad Anastasium. Dorothei Thessalonic. episc. ad Hormisdam. 14. Hormisdae ad Dorotheum. Anastasii imp. ad Hormisd. de *synodo Heracleotana* ad componendas in Scythia de fide ortas quaestiones. [¶] 15. Hormisdae ad Anastasium imp. Indiculus siue Commonitorium, Ennodio et aliis legatis CPolin datum cum capitulis caussarum. 16. Hormisdae ad Anastasium imp. Anastasii epistolae duae ad Hormisdam. 17. Hormisdae ad Anastasium. Anastasii ad senatum vrbis Romae. Rescriptum senatus vrbis. Exemplum relationis Ioannis episcopi Nicopolitani. 18. Hormisdae ad Ioannem. Auiti episcopi Viennensis ad Hormisdam. 19. Hormisdae ad Auitum. 20. ad Anastasium Augustum. 21. ad Timotheum CPol. episcopum haereticum commonitoria. 22. Commonitoria ad haereticos episcopos orientis. 23. ad episcopos

k) Id. p. 1512.
l) Id. p. 1541.
m) Id. p. 1542.
n) Id. p. 1440.
o) Id. p. 1441.
p) Id. p. 1443.
q) Id. p. 1461.
r) Id. p. 1522.
s) Id. p. 1529.
t) Id. p. 1530.

u) Anastasii imp. vita illustratur et multa de eo traduntur, quae nusquam leguntur, in *Procopii Gazaei* oratione, quam *Villoison* in Anecd. gr. tom. II. pag. 28. sqq. e cod. Veneto S. Marci CCCCXXVIII. gr. in lucem emisit, in notis docte illustrauit et multa de Anastasio scripsit, eumque non modo Eutychianismi, sed et Manichaeismi erroribus imbutum fuisse, pag. 31. in nota docuit. *Harl.*

episcopos orientis orthodoxos. 24. ad Possessorem episcopum Africanum. 25. ad populum et monachos CPol. 26. 27. ad Ennodium et Peregrinum episcopos. 28. ad Anastasium imp. 29. 30. ad Ioannem Nicopolitanum. 31. ad Dorotheum Thessalonicensem episc. Anastasii ad Hormisdam. Iustini ad eumdem, qua se imp. electum significat. 32. Hormisdae ad Iustinum Augustum. Iustini ad Hormisdam. 33. Hormisdae ad Iustinum. Exemplum relationis Ioannis episcopi CPol. 34. Hormisdae ad Ioannem CPol. Iustiniani Comitis ad Hormisdam. 35. Hormisdae ad Caesarium Arelatensem. 36. ad Iustinum Augustum. Indiculus, quem acceperunt legati apostolicae sedis. 37. ad Iustinum Augustum. 38. ad Euphemiam Augustam. 39. 40. ad Ioannem CPol. episc. 41. ad archidiaconum et clerum CPol. 42. ad Iustinianum Domesticorum comitem, postea Iustini successorem. 43. ad Celerem et Patricium. 44. ad praefectum praetorio Thessalonicensem. 45. ad Anastasiam et Palmatiam, foeminas senatorias, quae tempore persequutionis Anastasii inconcussae pro fide catholica steterant. Exemplum secundae, (prima intercidit,) suggestionis, tertiaeque legatorum Germani episcopi, Felicis et Dioscori diaconi et Blandi presbyteri, ab Hormisda ad imp. Exemplum relationis Andreae, episcopi Praeualitani. Suggestio legatorum quarta. Suggestio Dioscori diaconi per Pollionem subdiaconum. Exemplum relationis episcopi CPol. ad Hormisdam. Iustiniani Comitis ad eumdem epistola, Pompeii item, Iulianae Aniciae, Anastasiae, et Theodoriti episcopi [?] Lignidensis. 46. 47. Hormisdae ad Germanum caeterosque legatos. 48. ad Iustinum Augustum. 49. ad Ioannem CPol. episc. 50. ad Iustinianum. 51. ad Pompeium. 52. ad Iulianam Aniciam. 53. ad Anastasiam. 54. ad Gratum. 55. ad Germanum caeterosque legatos. 56. 57. ad Dioscorum diaconum. 58. ad Thomam et Nicostratum. 59. ad Ioannem et Dioscorum legatos. 60. ad Iustinum Augustum. 61. ad Euphemiam Augustam. 62. ad Iustinianum. 63. ad Germanum virum illustrem. 64. ad Heliam, Thomam et Nicostratum. 65. ad legatos. Suggestio quinta legatorum. 66. Hormisdae epistola ad legatos. Suggestio Dioscori diaconi. Suggestio sexta legatorum et septima. Iustiniani epistolae ad Hormisdam tres de monachorum Scytharum controuersia, an dicendum sit vnum e SS. Trinitate crucifixum. 67. 68. Hormisdae ad Iustinianum. Suggestio Dioscori diaconi. Iustini ad Hormisdam epistola. Relatio Ioannis episcopi CPol. Suggestio octaua legatorum. Indiculus directus a Ioanne episcopo vel ab Epiphanio presb. de Thessalonica. [v. supra ad vol. VIII. pag. 257.] Suggestio Dioscori diaconi. Epistolae Iustiniani, Iustini, Euphemiae Augustae, Celeris et Iulianae, ad Hormisdam. 69. 70. Hormisdae ad legatos suos. 71. 72. ad Epiphanium CPol. episc. Relatio Epiphanii CPol. Epistola Iustiniani viri illustris ad Hormisdam. Relatio Epiphanii CPol. altera. Sacra Iustini Augusti, quae incipit: *Dum beatissimum Germanum.* Relatio Dorothei episcopi Thessalon. 73. Hormisdae ad Dorotheum Thessalon. 74. ad Iustinum Augustum. 75. ad *synodum CPol.* cui Epiphanium episcopum electum gratulatur. 76. ad Epiphanium CPol.

Epipha-

Epiphanii ad Hormisdam epistola et relatio. Iustiniani viri clarissimi duae. 77. Hormisdae ad Iustinianum. Iustiniani viri illustris ad Hormisdam. 78. 79. Hormisdae ad Iustinum Augustum. 80. ad Epiphanium CPol. Iustini imp. ad Hormisdam. Epiphanii CPol. ad eumdem relatio. His adde 81. Hormisdae epistolam ad Remigium, Remorum episcopum, quam dat Labbeus p. 1829.

† Decreta quatuor Hormisdae papae ex Gratiano dist. 50. *Si ille qui.* 30. quaest. 5. *Nullus fidelis,* 31. qu. 2. *Tua sanctitas,* et *Nullus presbyter.*

[*] De Decreto de libris apocryphis, quod Hormisdae tribuunt codex Iurensis et Vrgellensis, dictum supra in Gelasio ad a. 494.

*515. *Agaunense* concilium LX. episcoporum, in quo monasterii Agaunensis fundatio recitatur, habitum rege Burgundionum Sigismundo. Ediderant *Sammarthani* fratres tomo IV. Galliae Christianae p. 12. vnde habet *Labbeus* p. 1557. quem vide etiam p. 1827. Memorauit tantum in indice Harduin. *Fabr.* Dubium hoc concilium in: hist. litter. de la France III. p. 89. adseritur a. 517. teste *Walchio* in: Entwurf. pag. 353. qui praeterea citat acta SSctor. tom. I. Ianuar. pag. 673. *Mabillon.* annal. ord. Benedict. libr. I. §. 71. aliosque. *Harl.*

† Conuentus omnium Potestatum *Britanniae* ad coronationem regis Arthuri. Vide *Labbeum* p. 1562. *Fabr.* [* Ad synodum *Britannicam*, [ab aliis a. 512. adsignatam,] adnotatio, (ex *Wilkins.* conc. M. Britann. tom. I. p. 7.) *Mansi* VIII. p. 378. *Mart.*] et *Mansi* supplem. concil. I. p. 391. *Harl.*

516. *Tarraconense* concilium, capitula XIII. cum subscriptionibus episcoporum decem. *Fabr.* v. *Aguirre* concil. hispan. p. 235. aliosque ap. *Walch.* l. c. 354. *Harl.*

† Fragmentum Tarraconensis concilii, quod habent Gratianus de consecr. dist. 5. c. *dictum est*, et concilium Cabilonense secundum a. 813. c. 27. Burchardus lib. 4. c. 50. Iuo part. 1. c. 244.

Illyricianum episcoporum XL. Illyrici et Graeciae, qui conuenientes in vnum per professionem scriptis factam, a Thessalonicensi episcopo, quamuis metropolitano suo, discesserunt, eo, quod ob metum imperatoris Anastasii cum Timotheo CPol. communicaret, ac Romam mittentes se cum papa Hormisda communicare in scriptis professi sunt. Auctor Anastasius ex Theophane ad annum incarnationis Dominicae 508.

[* Concilium *Cenomanicum* in caussa donationis piae conferendae, (ex *Mabillonii* analectis,) *Mansi* VIII. pag. 545. Ex donationis instrumento adparet, clerum tantum vrbis ab episcopo Cenomanensi fuisse congregatum. Itaque haec congregatio perperam inter concilia refertur. *Mart.*]

Lugdunense, cui Auitus Viennensis et Claretenius incertae sedis episcopus interfuere, sub Gundobado Burgundionum rege: vt ex Auiti epist. 27. obseruat *Baluz.*

tuz. p. 1467. *Fabr.* [*Ad concilium *Lugdunense* additio *Mansi* ib. pag. 577. *Mart.*]

A. C. 517. *Gerundense* in Catalaunia, capitula X. subscriptiones episcoporum VII. *Fabr.* V. *Aguirre* concilia Hispan. tom. I. p. 241. *Ferreras* hist. d'Espagne tom. II. pag. 127. *Harl.*

† De concilio *incerti loci*, (Baronio ad a. 514. et Binio *Remense*, [et incertae fidei,] in quo haereticus Arianus coram Remigio obmutuit, et ad fidem catholicam conversus est, vide, quae ex Hincmaro et Flodoardo *Labbeus* p. 1572. [*Baron.* et Pagii annal. eccles. tom. IX. p. 141.

Epaonense in Gallia, tempore Sigismundi regis. Tractoria Auiti Viennensis et altera primum edita ab Harduino, Viuentioli, Lugdunensis episcopi. Capitula siue canones XL. Subscriptiones episcoporum XXVII. in quibus non est Caesarius Arelatensis, quem maxime auctorem capitulorum esse adfirmat Isidorus. *Fabr.* v. *Walch.* Entwurf etc. p. 355. sq. qui adnotat, a *Mansio* supplem. concil. I. p. 399. vnum, at spurium additum esse canonem. In cod. *Vatic.* Palat. 574. sunt canones 31. excerpti, v. *Ballerin.* de antiq. collect. etc. part. II. cap. 10. §. 2. XXIV. in *Galland.* sylloge I. p. 418. *Harl.*

[P] *Lugdunense*, contra Stephani incestum, qui cognatae suae se sociauit, et de aliis disciplinae capitibus canones VI. subscriptiones episcoporum XI. *Fabr.* *Mansi* supplem. concil. I. p. 399. *Walch.* in: Entwurf. p. 356. sq. monet, exemplar canonum in *Harduini* concil. tom. II. pag. 1053. et *Sirmondi* concil. Gall. tom. I. p. 102. comparandum esse cum aliis exemplaribus in *Labbei* bibl. nou. MSt. tom. I. p. 690., et in *Martene* collect. amplis. tom. VI. p. 779. citatque *Colonia* histoire litt. de Lyon, tom. I. p. 305. aliosque. *Harl.*

518. *CPolitanum*, quo post mortem Anastasii Chalcedonensia decreta recepta sunt. Acta huius synodi in actione quinta concilii sub Mena an. 536. (538.) *Fabr.* — [*In concilium *CPolitanum* sub Ioanne patriarcha a. 518. habitum et de conciliis contra Seuerianos latis, et in collectionibus omissis discussio *Mansi* VIII. p. 587. *Mart.*]

Hierosolymitanum, cuius epistola synodalis in eadem quinta actione. Confer, quae de synodis sub Hormisda Synodicon vetus supra p. 235. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 402. *Fabr.* — [*Ad concilium *Hierosolymitanum* additio *Mansi* VIII. p. 577. *Mart.*] add. *Mansi* supplem. concil. I. p. 401. *Harl.*

Tyrium, quo perinde, vt in Hierosolymitano, acta legitima CPolitani concilii confirmantur. Exstat epistola synodica in eadem quinta actione.

Romanum, quo pax sancita cum CPol. ecclesia, dum nomina Acacii, Euphemii et Macedonii expungerentur e diptychis. Huc pertinent epistolae Hormisdae papae, [in *Labbei* concil. tom. IV. p. 1470. sqq. in quibus tamen nullam concilii

cilii

cilii cuiusdam fieri mentionem, adfirmat *Walch.* l. c. pag. 358. quem vid. *Harl.*] indiculus eiusdem et alia, quae deſcribit *Baronius* in Annalibus ad annum 518. et 519.

A. C. 520. *CPolitanum*, cuius relatio de ordinatione Epiphanii epiſcopi fuit ſupra inter epiſtolas Hormisdae papae.

†De ſynodo *Britannica*, contra faecem Pelagianae haereſeos adhuc redolentem celebrata ſub Dauide archiepiſcopo Meneuenſi ſub Arthuro rege, *Labbeus* pag. 1590. *Fabr.* [*Ad ſynodum *Britannicam* additio *Manſi* VIII. p. 583. *Mart.* et in ſupplem. concil. I. p. 403. *Harl.*]

[*Synodus *Victoriae* in Wallia, anno incerto habita, (ex *Wilkins* conc. M. Britann. tom. I. p. 8.) *Manſi* VIII. ibid. *Mart.*]

*Trifolii presbyteri epiſtola ad beatum Fauſtum ſenatorem, contra Iohannem Scytham monachum, edita ex Sirmondi ſchedis a *Labbeo* p. 1590. et apud *Harduin.* p. 1460.

[*Acta ſynodi *Tornacenſis* contra varios haereticos, circa a. 520. habitae. *Manſi* VIII. p. 588. Ex *Harzhemii* conciliis German. tom. I. *Mart.*]

*521. Epiſtola ſynodica epiſcoporum *Africanorum* in Sardinia exſulum. Inter *Fulgentii* opera p. 269. edit. Pariſ. 1684. 4. [p. 130. edit. Venet.]

Liber ſynodicus Fulgentii et aliorum quindecim epiſcoporum ad Petrum diaconum, de Incarnatione et Gratia, exſtat inter eadem opera Fulgentii p. 286.

Editionis Regiae tomus XI.

523. *Iohannis I.* papae epiſtolae ſuppoſititiae ad Zachariam archiep. et ad epiſcopos Italiae ex collectione Iſidori.

†Remigii Remenſis epiſcopi epiſtola ad tres epiſcopos, et altera ad Falconem epiſcopum Tungrenſem.

524. *Ilerdenſe* concilium in Hiſpania, canones noui XVI. cum ſubſcriptionibus epiſcoporum IX. *Fabr.* Octo epiſcopos fuiſſe, *Walch.* in: Entwurf. p. 360. ſcribit, adnotatque *Ferreram* in Hiſt. de l'Eſpagne tom. II. pag. 154. id concilium ad a. 546. referendum eſſe, cum Pagio arbitrari. *Harl.*

[T] †Fragmenta, quae ex Ilerdenſi concilio adducunt Gratianus, Iuo et Burchardus.

Decreta duo eiusdem concilii a Surio edita.

Valentinum in Hiſpania, anno XV. Theodorici regis. Canones VI. ſubſcriptiones epiſcoporum VII. *Fabr.* [*Ad concilium *Valentinum* additio chronologica *Manſi* VIII. p. 625. Ad a. 546. id promouendum eſſe oſtendit. *Mart.*] Ad eumd.

eumd. ann. etiam *Ferreras* in: Hist. de l'Espagne tom. II. p. 157. protrahendum censet. Add. *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 288. *Harl.*

† Fragmenta ex Valentino concilio, (siue Gallico siue Hispanico,) quae citantur a *Burchardo* lib. 3. c. 28. 84. 50. 170. 140. 141. et lib. 9. c. 5. et 101.

Arelatense IV. sub Caesario. Canones IV. Subscriptiones episcoporum XVII. *Fabr.* [* Decreta alia ex Burchardo aliisque; *Mansi* VIII. p. 630. *Mart.*] — In codic. Vatic. Palat. DLXXIV. testibus *Balleriis*. in Galland. sylloge etc. I. p. 418. *Harl.*

† Fragmenta duodecim, tertii a. 455. et quarti concilii Arelatensis, ex Gratiano, Iuone et ex aliis decretorum libris ex Gandauo habitis et vetustis in monasterio S. Bauonis.

Iuncensis in Africa concilii epistola synodica est in concilio Carthaginiensi anni 525. apud *Harduin.* p. 1085. et *Labbeum* p. 1627. Canonem, *vt in plebe aliena nullus sibi episcopus audeat vindicare*, habet Ferrandus in breuiatione canonum c. 26. *Fabr.* [* Ad concilium Iuncense adnotatio chronologica *Mansi* ib. pag. 634. [et in Supplem. concil. I. pag. 405.] Ad an. 523. illud referendum esse putat. *Mart.*]

Sufetani itidem in Africa, cuius perinde, vt Iuncensis, mentio in vita Fulgentii Ruspensis c. 29. [in actis SStor. tom. I. Ianuar. p. 32. sqq. *Harl.*] qui eximium humilitatis specimen in illis edidit. Ibidem legas in omni concilio *Bizaceno* de rebus maioribus Fulgentium hunc primum consultum.

A. C. 525. *Carthaginiense* sub Bonifacio episcopo, acta diei 1. et 2. cum subscriptionibus episcoporum LX. et epistolis Bonifacii, Missoris senis primae sedis Numidiae, et Liberati. Multa citantur in hoc concilio ex codice canonum ecclesiae Africanae, et ex concilio Arelatensi tertio a. 455. *Fabr.* Conf. *Dacher.* spicil. tom. I. p. 481. *Pagii* critic. annal. Baron. tom. IX. p. 347. aliosque, a *Walchio* in: Entwurf. p. 361. citatos. — *Fuchs.* in: Bibl. der Kirchenversamml. tom. II. p. 59. obseruat, a synodo hac Carthagin. multos canones, at contractos, et sub titulo, ex libro canonum temporibus S. Aurelii tertii, ex concilio Carthagin. a. 397. ap. *Mansi* VIII. p. 643. adduci. *Harl.*

526. *Felicis IV.* papae epistolae suppostitiae duae ad omnes episcopos et ad Sabinam, ex collectione Isidori.

† Genuina ad Caesarium Arelatensem.

† *Prosperi* ex Manichaeo conuersi anathematismi XXI. contra Manichaeorum errores ex Sirmondi editione in tom. I. conciliorum Galliae: vna cum Commonitorio S. Augustini ad presbyterum Manichaeum, quod habent etiam Baronius ad a. 404. n. 128. et Benedictini in adpendice ad tomum octauum operum Augustini.

[P] A. C. 527. *Carpentoractense* concilium in Gallia anno secundo Athalarici Italiae regis. Canon vnicus, cum subscriptione Caesarii Arelatensis et aliorum episcoporum XV. Eiusdem concilii epistola ad Agroecium episcopum. *Fabr.* In cod. *Vatic.* Palat. DLXXIV. nr. XXVI. testibus *Ballerin.* in Gallandii sylloge etc. I. p. 418. et teste *Walch.* l. c. p. 361. sq. in *Sirmondi* concil. Gall. tom. I. p. 213. atque a *Mansi* in supplem. conc. I. p. 411. adnotari, id concilium collocandum esse in a. 528. *Harl.*

529. *Arausicanum II.* capitula XXV. de gratia et libero arbitrio. Subscriptiones Caesarii et aliorum episcoporum XII. atque illustrium virorum VIII. *Fabr.* *Walch.* l. c. p. 362. sq. lectores ad multos ablegat libros, in his ad *Maffei* hist. dogmat. theol. libr. VIII. §. 10. p. 133. ad *Vossii* (libr. II. c. 53.) et *Norisii* (libr. II. cap. 23.) histor. Pelag. notatque, *Andr. Dabillon* canon. illius synodi separatim edidisse, Paris. 1645. 4. *Harl.*

Capitula XIX. *S. Augustini* ex vrbe Roma transmissa. Haec est Arausicana synodus, cui b. Caesarius ex delegatione sedis apostolicae praesedit, et capitula ab apostolica sede directa, subscribenda et tenenda omnibus protulit, vt est apud *Hincmarum* lib. de Praedest. c. 12. tom. I. pag. 48. et cap. 22. p. 134. seq.

* De *Valentino* concilio ad Rhodanum in Gallia, adnotatio *Labbei* ex Cypriano diacono in vita Caesarii Arelat.

Vasense III. in Gallia. Canones V. Subscriptiones episcoporum XII.

* † Conuentus episcoporum *Andegauensis*, de quo *Labbeus* p. 1828. ex auctore vitae S. Melanii Redonensis episcopi.

530. *Bonifacio II.* papae supposita epistola ad Eulalium Alex. episc. de reconciliatione Carthag. ecclesiae, et exemplar precum eius et Iustiniani imp. ex collectione Isidori.

Genuina epistola ad Caesarium Arelatensem, pro confirmatione synodi Arausicanae anni 529.

531. *Larisseni* concilii meminit Stephanus episc. Larissenus in libello ad Bonifacium lecto in synodo proxima Romana.

CPolitanum sub Epiphanio episcopo CPol. qui ordinationem episcopi Larisseni ad se pertinere contendit. Vide *Baluz.* p. 1467. sq.

* *Romanum* sub Bonifacio, quo lecti sunt libelli, a Stephano Larissae metropolitano transmissi, atque prolatae a scrinio sedis romanae complures epistolae, quibus constat eam specialem in ecclesias Illyrici gubernationem sibi vindicasse. Huius synodi fragmenta quaedam vulgauit *Allatius* p. 1364. 1371. de concordia vtriusque ecclesiae: integrum exstat in collectione postuma romana Lucae Holstenii 1662.

1662. 8. tom. I. p. 1. sqq. cum eius notis, quas Labbeus etiam seruauit, Harduinus, vt solet, omisit. [P] In hac synodo habentur 1. et 2. libelli Stephani Larisseni ad Bonifacium. 3. Elpidii, Stephani et Timothei episcoporum ad eumdem. 4. et 5. Damasi papae ad Acholium. 6. Siricii ad Anysium. 7. Innocentii papae ad Anysium. 8. ad Rufum. 9. 10. 11. Bonifacii papae ad eumdem Rufum. 12. ad episcopos Thessaliae. 13. ad Rufum et alios. 14. Honorii Augusti ad Theodosium Augustum. 15. Theodosii ad Honorium. 16. Caelestini papae ad episcopos Illyrici. 17. Xysti papae ad episcopos in synodo Thessalonicensi. 18. ad Proclum CPol. 19. ad episcopos Illyrici. 20. Valentiniani et Marciani Augg. ad Leonem papam. 21. Leonis papae ad Marcianum Aug. 22. ad Anatolium. 23. ad Marcianum. 24. Anatolii ad Leonem. 25. Leonis ad Anatolium. 26. ad Anastasium. 27. ad metropolitanos Illyrici. 28. ad metropolitanos Achaiae. [Conf. *Bower* Hist. der Päbste, tom. III. p. 345. sqq. *Harl.*]

Toletanum II. Canones V. cum subscriptionibus episcoporum VIII. Montani, Toletani episcopi, epistolae duae, vna ad fratres filiosque territorii Palentini, et altera ad Theoribium siue Turibium, *Priscillianistarum* oppugnatorem. *Fabr.* Hoc concilium ab *Aguirre* in concil. Hisp. I. p. 267. a *Ferreras* in hist. de l'Espagne tom. II. p. 133. et *Florez* in Espanna sagrada tom. II. p. 192. et tom. VI. p. 130. in a. 527. collocari, adnotat *Walch.* in: Entwurf etc. p. 365. §. XLI. *Harl.*

A. C. 532. *Ioanni II.* papae supposita epistola ad Valerium episcopum, ex Isidori collectione.

Genuinae epistolae. 1. Iustiniani imp. ad Ioannem. 2. Ioannis ad Iustinianum. 3. ad senatores de *Acoemetis* monachis Nestorii sectatoribus vitandis, aduersus quos concilium *Romanum,* *) hoc tempore habitum, ex ea colligitur. 4. ad episcopos Galliae. 5. ad presbyteros, diaconos et cunctum clerum Regensis ecclesiae. 6. *Africanorum* episcoporum CCXX. ad Ioannem. 7. Ioannis ad Caesarium Arelatensem, cum capitulis canonum ex epistola Siricii ad Emerium, ex canonibus apostolorum, et Antiochenis, Nicaenis, et synodorum Valentinae, Aurelianensis, Iustinianensis (Arausicani I.) et Epaonensis.

† Athalarici regis et Cassiodori senatoris epistolae duae ad Ioannem.

533. Collatio catholicorum cum *Seuerianis* habita CPoli, et descripta ab Innocentio episcopo Maroniae ciuitatis in epistola ad Thomatem presb.

[P] Flauiani CPol. rescriptum fidei, quod in hac collatione adfertur latine, exstat graece et latine in actis concilii Chalcedon. p. 15. edit. Labbei et p. 7. Harduin. *Fabr.* [*Ad collationem catholicorum cum Seuerianis CPoli habitam additio *Mansi* VIII. p. 833. *Mart.*]

Aurelia-

*) Vide *Labbeum* p. 1762.

Aurelianense concilium, canones XXII. Subſcriptiones epiſcoporum XXVI. et presbyterorum V.

A. C. 534. *Africanum* ſiue *Carthaginienſe*, ſub Reparato epiſcopo, epiſcoporum CCXX. cuius ſynodalis ſupra inter epiſtolas Ioannis II. papae. Legationi huius concilii ad Iuſtinianum reſpondet Nouella 36. 37.

*Canonem de libertate monaſteriorum exhibent *Labbeus* p. 1785. *Harduinus* p. 1177.

535. *Agapeto* papae ſuppoſita epiſtola ad Anthimum epiſc. CPol. Eutychianiſmi ſuſpectum. Altera ad Caeſarium Arelatenſem de Contumelioſo epiſcopo quum ad ſedem apoſtolicam adpellaſſet.

†Epiſtola 1. Iuſtiniani imp. ad Agapetum. 2. Agapeti ad Iuſtinianum. 3. Exemplar precum, quale fuit ſupra ad a. 530. 4. Agapeti epiſtola ad epiſcopos Africanos. 5. ad Reparatum. 6. ad Iuſtinianum. 7. ad Caeſarium Arelat. quod praedia iuris eccleſiae nullo titulo alienari debeant. 8. Secunda fidei confeſſio, ſiue epiſtola Iuſtiniani imp. de fide ad Agapetum, apud quem per adprobationem ordinationis Anthimi in ſuſpicionem haereſeos venerat. 9. Agapeti ad Petrum Hieroſol. epiſcopum, exſtat in actione I. concilii CPol. ſub Mena a. 536.

Aruernenſe concilium, Theodeberti regis conſenſu in Aruerna vrbe celebratum. Canones XVI. Subſcriptiones epiſcoporum XV. Epiſtola ſynodi ad Theodebertum regem. [v. *Sirmondi* conc. Gall. I. p. 241. et *Walch.* l. c. p. 368. ſq.]

Capitula quinque concilii Aruernenſis, ex codice quinque librorum partialium lib. 2. cap. 103. et ex codice ſedecim librorum lib. I. c. 20. lib. 2. c. 37. 44. et ex lib. 3. c. 14. *Fabr.* [* Canones *Aruernenſes* ex Burchardi cod. msto; *Manſi* VIII. pag. 866. *Mart.*]

Edit. Labbei Tomus V.

536. Acta concilii *CPolitani* ſub Mena, (al. *Mina* vel *Menna*,) archiep. CPol. w) epiſcoporum amplius quinquaginta contra Anthimum, [?] Seuerum, Petrum Apameenſem, Zooram x) aliosque Acephalos. Latinam veterem verſionem edidit Binius additis a. 1618. etiam partem magnam graecis, ex bibliotheca Heidelbergenſi, atque inde Morellianae et Regiae conciliorum editionis curatores. Sed integriora graece et latine *Fronto Ducaeus* ex tribus codd. bibl. regiae Paris., Card. Perronii

w) De *Menna* ſ. *Mena* v. *Walchii* Hiſt. der Ketzereien etc. tom. VII. p. 180. ſqq. — De Anthimo et Agapeto, ibid. pag. 147. ſqq. et 183. ſq. De hoc concilio, de Menna, Seuero et reliquis *Aſſemann.* bibl. iuris canon. et ciuil. lib. III. part. I. cap. VII. p. 144-185. *Harl.*

x) Ζωορᾶν, male *Zonaram* in tomo II. introductionis Sagittarianae p. 1007.

Perronii et episcopi Carnotensis, cum Io. Zonara ad canones concilior. Paris. eodem anno 1618. fol. atque inde Labbeus et Harduinus, [ac *Mansi* VIII. pag. 873–1150. Add. *Walch* Hist. der Ketzer etc. VII. p. 147. sqq.] Actiones sunt quinque. In *prima* etiam occurrit 1) Mariani presbyteri et monachorum CPol. ἐξάρχου siue primatis, et archimandritarum monachorumque CPol. et Hierosolymitanorum ad Agapetum papam epistola, cum subscriptionibus, 2) libellus siue epistola episcoporum orientalium ad eumdem Agapetum, cum subscriptionibus episcoporum, presbyterorum et diaconorum. 3) Agapeti ad Petrum, ex latino graece versae, cum latina versione. 4) Mennae CPol. διαλαλία siue interloquutio. In *secunda* et *tertia* nulla alia scripta inseruntur. In *quarta* exstat sententia synodi aduersus Anthimum, nec non Mennae archiepiscopi, cum subscriptionibus. In *quinta*, quae male pro prima fuit a quibusdam venditata, 1) libellus episcoporum ad imp. Iustinianum a Paulo episcopo Apameae Syriae et aliis sex episcopis, continens confessionem fidei orthodoxae, laudesque imperatoris, et querelas aduersus Seuerum, Petrum et Zooram. 2) libellus monachorum ad eumdem Iustinianum, cum subscriptionibus Mariani et aliorum archimandritarum et presbyterorum XCVII. 3) libellus monachorum ad Mennam patriarcham, cum similibus subscriptionibus. 4) Hormisdae papae epistola ad presbyteros, diaconos et archimandritas secundae Syriae. 5) Eiusdem Hormisdae ad Epiphanium CPol. 6) Supplicatio clericorum et monachorum Antiochiae ad Ioannem patriarcham et synodum a. 518. congregatam contra Seuerum, cum subscriptionibus presbyterorum, diaconorum et monachorum XXVI. 7) Relatio ad Ioannem patriarcham a synodo CPol. anni 518. cum subscriptionibus episcoporum XLII. 8) Libellus monachorum [P] ad eamdem synodum, cum subscriptionibus presbyterorum et archimandritarum LIV. 9) Acclamationes, quibus post confirmatas quatuor synodos Nicaenam, CPolitanam, Ephesinam et Chalcedonensem condemnatio *Seueri* poscitur, Euphemii vero ac Macedonii CPolitanorum et Leonis Rom. nomina restituenda diptychis a Ioanne patriarcha. 10) Ioannis CPol. epistola ad Iohannem Hierosol. 11) Ioannis CPol. ad Epiphanium Tyri episc. *) 12) ad Ioannem CPol. epistola Iohannis Hierosol. et episcoporum in synodo trium Palaestinarum congregatorum XXXIV. quorum additae subscriptiones. 13) Epiphanii Tyrii et episcoporum aliorum, (quorum tantum quatuor subscripta sunt nomina,) ad eumdem Ioannem CPol. 14) Acclamationes de anathematizando *Iohanne* Mandrita, Acephalo. 15) Epistola episcoporum secundae Syriae ad Iohannem CPol. et synodum, cum subscriptionibus episcoporum quinque. 16) Exemplar actionis formatae contra Petrum Apamiarum episcopum. 17) Epistola communis cleri ecclesiae Apamiarum metropolitanae ad episcopos prouinciae secundae Syriae. 18) Copia libelli archimandritarum et monachorum Apameensium ad eosdem, cum subscriptionibus XVIII. Confer *Baronium* ad a. 518. n. 48. 19) Sententia Epiphanii

*) V. supra, vol. XI. p. 99. et, quae adscripsi. *Harl.*

phanii patriarchae CPol. et synodi contra Seuerum et Petrum. 20) Menae patriarchae CPol. sententia contra Seuerum, Petrum et Zooram, cum subscriptionibus episcoporum XC. 21) Constitutio sacra imp. Iustiniani contra Anthimum, Seuerum, Petrum et Zooram. Incipit: πρᾶγμα ἐκ ἀνῆθες βασιλεία. *Fabr.* Iustiniani constitutio in *Mansi* collect. VIII. p. 1149–1158. Conf. *Pagii* annal. eccles. tom. IX. p. 537. *Bower.* Hist. der Päpste, tom. III. pag. 369. — Acta huius concilii et alia *Vindob.* in cod. caes. LVIII. v. *Lambec.* VIII. pag. 1035. sqq. *Harl.*

De *CPolitana* synodo contra Anthimum CPol. synodicon Pappi cap. 115. supra p. 237. ed. vet. et ed. nou. p. 403. *Fabr. Mansi* in supplem. concil. tom. I. p. 415. docet, non duo, sed vnicum tantum concil. CPoli contra Anthimum fuisse habitum. *Harl.*

Hierosolymitana contra Seuerum, Petrum Apameensem, Zooram et Anthimum, graece et latine. Menae patriarchae CPol. epistola ad Petrum Hierosol. et sententia Petri Hierosol. contra Anthimum, cum subscriptionibus episcoporum XLIX. Edidit etiam *Fronto Ducaeus* cum Zonara ad canones, Paris. 1618. fol. p. 751. addita latina versio vetus, quam Harduinus subinde emendauit. *Fabr.* Conf. *Walch.* Hist. der Ketzereyen etc. tom. VII. p. 159. sq. *Harl.*

[Adpendicis loco subiectus est 1) Indiculus canonum, quem quidem primus Card. d'Aguirre in capite tertii voluminis concilior. Hispaniae, deinde adcuratius *Caietanus Cenni* edidit, de auctore eius non constat;) *Mansi* VIII. pag. 1179. 2) *Glycerii* imperatoris edictum contra ordinationes Simoniacas, (ex edit. Ballerinor. tom. III. opp. Leonis;) *Mansi* ibid. p. 1261. *Mart.*]

[Edit. Mansi tom. IX.]

[P] *Siluerii* antipapae damnatio Vigilii. *Amatoris* Augustodunensis episcopi epistola ad Siluerium iam exulem. Siluerii ad Amatorem. Suspectae fidei sunt hae tres epistolae, ex Isidori Mercatoris collectione depromtae. *Fabr.* [*Decreta *Siluerii* papae (ex Iuone;) *Mansi* IX. p. 10. *Mart.*]

† *Vigilii* papae epistola ad Caesarium Arelatensem de Theodeberto rege, qui fratris vxorem duxit. (*Labbe* p. 293. et 314.)

A. C. 538. *Aurelianense* concilium III. tempore Childeberti regis. Canones XXXIII. Subscriptiones episcoporum XIX. et presbyterorum VIII. *Fabr.* v. *Lecointe* annal. eccles. Franc. tom. I. p. 554. aliosque apud *Walch.* in: Entwurf. p. 371. In cod. Vatic. Palat. DLXXIV. synod. Aurelian. a. 538. cum 36. canon. Sed vnus vulgatus in duos, alius in tres diuiditur, v. *Ballerin.* in sylloge Galland. I. pag. 418. *Harl.*

[*Theuinense*, in maiore Armenia a. 536. habitum, concilium Eutychianorum, de quo vide *Galanum* conciliat. eccles. Armen. part. I. p. 85, 86. part. II. tom. I. p. 120. *Pagii* critic. in annal. Baron. tom. IX. p. 514. et *Caui* hist. litter. SS. eccles. vol. I. p. 557. *Harl.*]

De *Syriaca* synodo Euphraemii Antiocheni contra Origenistas, mentio in synodico Pappi c. 116. supra, p. 237. ed. vet. et ed. nou. p. 404. [sed incerta, iudice *Walch.* l. c. p. 370. sq. *Harl.*]

Vigilii papae ad Dominos et fratres Theodosium, Anthimum et Seuerum episcopos epistola z) apud *Liberatum* c. 22. breuiarii.

Epistola Vigilii ad Eutherium, aa) ex Isidori collectione.

† Aliae Vigilii epistolae. 4. ad Iustinianum Augustum. 5. ad Mennam CPol. et 6. 7. 8. ad Auxanium Arelatensem, cui vsum pallii concedit et partes vicarii sedis apostolicae iniungit. 9. ad episcopos Galliae. Epistola Pontiani bb) episcopi ad Iustinianum imp. de tribus capitulis. 10. Vigilii ad Aurelianum Auxanii successorem. 11. ad episcopos Galliae. 12. ad Valentinianum episcopum Tomitarum. 13. ad Aurelianum Arelatensem. 14. ad Rusticum et Sebastianum, cc) quos excommunicat. 15. ad vniuersalem dd) ecclesiam. Eutychii CPol. ad Vigilium. 16. Vigilii ad Eutychium. 17. Fragmentum damnationis Theodori ee) episcopi Caesareae Cappadociae. 18. Constitutum de tribus capitulis ff) ad Iustinianum imp. [¶] quod media sui parte in editione Binii truncatum Regia editio, et hanc secutae integrum ex *Baronii* annalibus ad a. 553. n. 50. exhibent. Incipit: *Inter innumeras sollicitudines*. De duabus Vigilii epistolis ad Iustinianum et Theodorum, quas falsarunt Monothelitae, vide sis *Baluzium* p. 1480. seq. illarum et aliarum Vigilii mentio p. 1539. Confer etiam de hoc Vigilio Petri Antiocheni epist. ad Mich. Cerularium tom. II. monumentor. Cotelerii p. 147. seq. *Fabr.* [* Ex epistola *Vigilii* papae ad Profuturum Bracarensem excerptum; *Mansi* IX. p. 33. *Mart.*] v. notam *aa.*]

[* Epistola *Vigilii*, (ad clerum rom. vt videtur,) a Baluzio vulgata, sed a conciliorum collectoribus hucusque omissa; *Mansi* ib. p. 56. *Mart.*]

Leonis

z) Suppositam Vigilio ab Eutychiano quodam contendit *Baronius* ad a. 538. n. 14. et Labbeus; sed pro genuina habet *Garnerius* notis ad Liberatum c. 22. (qui eamdem exhibet, et ipse non diu post Vigilii obitum, hoc est post a. 555. scripsit,) pag. 157.

aa) Inscribenda potius ad Profuturum episcopum Bracarensem. Vide *Baluz.* p. 1468. seq. qui pag. 1471. subiunxit testimonia antiquorum canonum pro trina immersione ex concilio apostolorum.

bb) In actis quintae synodi tom. III. Harduin. pag. 1.

cc) Id. p. 175.

dd) Id. p. 3. Ediderat Sirmondus post adpendicem codicis Theodos.

ee) In actis quintae synodi tom. III. Harduin. pag. 8.

ff) Id. p. 10.

Leonis Senonensis epistola ad Childebertum, regem Francorum, ne Meloduni nouus, vbi numquam fuit, episcopus constituatur.

Troiani, episcopi Santonensis, ad Eumerium siue Euhemerum episcopum Namnetensem, de puero, qui, an baptizatus esset, nesciebat.

A. C. 540. Concilii *Barcinonensis* canones X. *Fabr.* Conf. *Aguirre* concil. Hisp. tom. I. pag. 279. *Mansi* supplem. concil. I. pag. 421. aliosque a *Walchio* in: Entwurf pag. 371. citatos. *Harl.*

[*Constantinopolitanum* sub Menna patriarcha, circa a. 541. in caussa Origenistarum mandato Iustiniani congregatum, *Caue* in histor. litterar. SS. eccles. I. p. 558. copiose tuetur, id numerat CPolit. V. ac monet, Euagrium, (in cuius hist. eccl. libr. IV. cap. 38. p. 414. nonnulla exstant actorum fragmenta,) Cedrenum ac Theophanem cum synodi quintae gestis mire permiscere et confundere, errore forsan non aliunde orto, quam quod acta huius, vt et prioris a. 536. et posterioris post paucos annos sub Menna habitae, in vnum cum synodo quinta codicem compingi solebant, idque paullo post quintam synodum factum videri. Eidem in hoc sub Menna concilio conditi videntur *canones* s. anathematismi illi 15. aduersus Origenis et Origenistarum dogmata, nouem istis aduersus Origenistas anathematismis, quos edicto suo contra Origenem nuper inseruerat Iustinianus imp. et re et verbis adprime consoni; (quos Fabric. supra p. 186. sqq. ex cod. Vindobon. et Lambec. recudi fecit.) *Cauei* sententiam atque rationes comprobat *Walch.* in: Entwurf etc. p. 372. adnotatque, *Mansium* in supplem. concil. I. p. 524. sqq. in diss. de synodis in caussa Origenistar. habitis, contendisse, partim hoc concil. a. 543. partim aliud antea *Gazae* fuisse habitum; sed omnia valde incerta atque obscura esse iudicat. *Harl.*

[De synodo Nestorianorum in *Perside* a. 544. citat *Walch.* l. c. p. 373. *Assemann.* biblioth. orient. tom. III. p. 2. p. 181. et *Mansi* supplem. concil. I. p. 421. — Idem *Walch.* ib. memorat synodum *CPolitan.* a. 546. sub Menna patriarcha de tribus eius capitulis. *Harl.*]

541. ad concilium *Byzacenum* in Africa, rescriptum Iustiniani exstat in collectione Iuliani prope fin. et apud *Baron.* ad a. 541. n. 10. (tom. IX. p. 618.)

Aurelianense IV. canones XXXVIII. Subscriptiones episcoporum quinquaginta. [in cod. *Vatic.* Palat. DLXXIV. test. *Ballerin.* l. c. p. 418. 32.]

548. *Constantinopolitanum* episcoporum fere LXX. in quo Vigilius decreuit, condemnationem trium capitulorum vsque ad oecumenicam synodum suspendendam esse. Iudicii fragmentum recitat *Facundus* libro contra Mocianum p. 569. Videndus idem lib. 4. c. 3. et 4. atque in eum notae Sirmondi. *Liberatus* c. 24. Baluzii concil. p. 1472. [Ad 547. referunt *Caue*, l. c. pag. 558. sq. multus de eo, et

Walch. in: Entwurf etc. p. 374. iidemque, *triginta* episcopos congregatos fuisse, tradunt, add. *Walch.* Hist. der Päpste p. 126. *Harl.*]

Aurelianense V. post mortem Theodeberti regis: Canones XXIV. Subscriptiones episcoporum quinquaginta, presbyterorum vel diaconorum, qui in loca episcoporum venerunt, XXI. Huius fortasse synodi, et restituti in ea Marci Aurelianensis episcopi (vt p. 1849. notauit Labbeus,) mentio apud Gregorium Turonens. in vita S. Galli episcopi Aruernensis apud Mabillonium, Saeculo I. Benedictin. p. 118. num. 9. Adde, quae e vita Domitiani episcopi Traiectini ad Mosam, Baluzius p. 1472. [et *Walch.* Entwurf. p. 375.]

Aruernense II. in quo sedecim can. Aurelianensis quinti iteratu [?] promulgati adprobatique sunt, cum subscriptionibus episcoporum X. Praefatio apud *Labbeum* p. 1850. [* Ad concilium *Aruernense* II. an. 549. circiter celebratum additio critica *Mansi* IX. p. 145. *Mart.*]

A. C. 550. *Tullense*, Theobaldi regis iussu celebratum, propter molestias, quae Nicetius episcopus Treuirensis patiebatur a Francis aliquibus, quos ob incestas nuptias excommunicauerat. Excusatoria Mappinii episcopi, cur ad synodum Tullensem non venerit. [De hoc et seq. v. *Walch.* l. c. p. 376. sq.]

Mopsuestenum nouem episcoporum, cuius acta exstant in collatione quinta concilii quinti generalis (tom. III. Harduin. p. 124. Labbei tom. V. p. 492.) Ab hoc diuersum putat *Garnerius Mopsuestenum*, cuius mentio in synodico Pappi c. 117. supra p. 237. ed. vet. et ed. nou. p. 404. Vide eius diss. de quinta synodo| cap. VI. §. 3. p. 273. *Fabr.* Sed inanem esse Garnerii de duabus synodis Mopsuestenis coniecturam, neque vllo fundamento nixam, docet *Caue* l. c. p. 559. *Harl.*

Metense, in quo Cantinus episcopus Aruernensis consecratus est, vt narrat Gregorius Turonensis lib. 4. hist. c. 6. et 7.

De *Illyriciano* et *Africano*, quae pro tribus capitulis sunt habita, consulendus Victor Tunonensis in Chron. anno post nonum consulatum Basilii. Vide *Baluz.* p. 1472. seq. et *Norisii* diss. de quinta synodo c. 4.

Edit. Regiae tom. XII. et Harduini tom. III.

553. Concilii CPOLITANI secundi gg), siue *Quinti* oecumenici, sub Eutychio CPol. episcoporum CLXVI. in quibus tria capitula condemnata, atque, (vt contra Hal- loixii

gg) Indicem alphabeticum scriptorum et epistolarum, quae in concilio quinto adferuntur et citantur, dedi volum. XI. huius bibl. p. 130. seqq. Vide etiam infra ad a. 698. *Fabr.* *Assemann* in bibl.

lonzii Origenem defensum probe notatum est ab eminentiss. Norisio in diss. de quinta synodo, ad calcem hist. Pelagianae,) reprobatus Origenes, eum Euagrio Didymoque, Origenianis. Et primus in lucem edidit ex antiqua latina versione, (Pelagio secundo epist. 3. ad episcopos Istriae vsurpata,) *Surius* a. 1567. deinde Binius, Romanaeque et Regiae edit. curatores, et collato hinc inde Claudii Iolii codice Labbeus. Eumdem codicem adcuratius deinde contulit Baluzius, et non modo lectiones plurimas meliores et locupletiores adnotauit, sed etiam restituit varia fragmenta, praecipue insigne ex iudicato Vigilii papae aduersus [P] tria capitula pag. 1495. testimonium Theodori Cappadocis et Cethegi de iuramento eiusdem Vigilii p. 1544. anathematizationem trium capitulorum ab eodem Vigilio factam in epistola Vigilii ad Iustinianum et altera ad Theodoram pag. 1541. epistolam Iustiniani aduersus Vigilium, datam ad Eutychium CPol. et episcopos CPoli congregatos pag. 1545. *Fabr.* . Sed vide, quae modo ad notam ex Assemanno adtuli; et de *Iudicatis* eumdem ibid. p. 208. sqq. *Harl.*

A.C. 553. Meliorem hinc concilii praesentis CPolitani editionem dedit Harduinus, apud quem *acta, quae synodum praecesserunt,* exstant, hoc ordine: 1. epistola [hh]) Pontiani episcopi ad Iustinianum imp. 2. Vigilii ad vniuersam [ii]) ecclesiam. 3. Fragmentum damnationis [kk]) Theodori episcopi Caesareae Cappadociae, ab eodem Vigilio. 4. Constitutum prolixius [ll]) eiusdem de tribus capitulis. 5. Epistola clericorum [mm]) Italiae, data legatis Francorum. [Acta huius concilii in *Mansi* collect. ampliss. tom. IX. p. 274. sqq. add. *Walch.* Hist. der Päbste pag. 126. et Entwurf. p. 379. sq. atque *Caue* hist. litt. cit. I. p. 560. sqq. *Harl.*]

In

bibl. iuris canon. et ciuil. libr. III. cap. 8. pag. 185—277. copiose agit de tribus capitulis et synodo quinta, huiusque actis, de Eutychio patriarcha CPolitano et Vigilio, rom. pontifice. Inter alia p. 207. sqq. colligit et euincere studet, acta luce clarius demonstrare, Vigilium tria capitula semper exsecratum fuisse ac damnasse; pag. 217. sqq. ex *Ios. Augustini Orsii,* Cardinalis, historia eccles. tom. XVIII. lib. XLI. §. 79. sqq. locum longum exscribit, totum, quod de Vigilio Iustinianus imp. ad synodum scribit, falsum esse, supposititium et a schismaticis in actionem VII. concilii V. intrusum, nec non epistolam, quae Iustiniano tribuitur, in sinceris actis, pridem vulgatis, desiderari, et a Baluzio ex male consarcinato codice Ioly canonici Paris. descriptam; quod Orsii iudicium *Assemann* p. 225. omnino comprobat, reiicitque adnotationem, nouissimae concilior. Venet. editioni tom. VI. p. 196. margini adpositam, illam epistolam videri genuinam, nec posse id probari, statuit ex epistola Mich. Cerularii ad Petrum Antiochenum, apud *Cotelerium* tom. I. Monum. eccles. graecae p. 20. et epistola Petri Antiocheni p. 46. Idem p. 225. ostendit, acta concilii V. ab haereticis longe ante Cerularii aetatem, immo paullo post quintam ipsam synodum fuisse corrupta; quod constet ex actis sinceris sextae synodi, in quibus euidenter ostensum sit, sermonem, qui dicitur Mennae ad Vigilium, et duas Vigilii ad Iustinianum et ad Theodoram epistolas a Monotheletis in cod. sextae synodi fuisse adsutas. Sed plura exscribere non vacat; et superiora sufficiant ad saliuam mouendam. — Indicem alphabeticum quem Fabric. Harduinum vnice sequutus, dederat, esse mancum, iudicat *Walch* in: Historie der Ketzereyen etc. tom. V. p. 507. *Harl.*

hh) Apud Labbeum tom. V. p. 324.
ii) Id. p. 328.
kk) Id. p. 334.
ll) Id. p. 337.
mm) Id. p. 407.

In synodi ipsius *Collatione I.* post nomina episcoporum, 6. Iustiniani imp. epistola ad synodum de Theodoro Mopsuesteno et reliquis, quae hic latine, sed infra apud Harduin. p. 321. et apud Labbeum p. 724. graece et latine exhibetur. - Incipit: *Semper studium fuit orthodoxis.* σπουδὴ μὲν γέγονεν ἀεὶ τοῖς ὀρθοδόξοις. 7. Eutychii CPol. ad Vigilium, graece et latine. 8. Vigilii ad Eutychium, graece et latine.

In *Collatione II.* et *III.* nullum scriptum aliud insertum.

In *Collatione IV.* loca LXXI. excerpta ex Theodori Mopsuesteni scriptis, quae conferenda sunt cum actis concilii Lateranensis a. 649. et cum illis, quae Vigilius in constituto priore, et Pelagius II. in epistola ad Eliam Aquilei. et episcopos Istriae adtulit. De *Theodoro* huiusque scriptis dixi lib. V. c. 30. volum. X. huius bibl. pag. 346. sqq. 351. 352. sqq.

In *Collatione V.* excerpta ex S. Cyrillo Alex. aduersus eumdem Theodorum: ex libellis clericorum et monachorum magnae Armeniae et Persidis ad Proclum CPol. nec non Procli ad Armenios: ex Cyrilli Alex. variis epistolis, et ex epistola Rabbulae Edesseni ad Cyrillum, nec non ex historia eccles. Hesychii presb. Hierosolymorum. Leges binae impp. Theodosii et Valentiniani contra Diodorum Tars. Theodorum Mopsuest. et [P] Nestorium: ex Theophilo ad Porphyrium Antiochiae episc. et S. Gregorio ad Theophilum: ex Theodoreti contra Cyrillum, et epistola ad Irenaeum digamum: ex libro 1. et 2. Cyrilli Alex. de eo, quod vnus est Christus, contra Theodorum et epistola ad Martinianum: ex Gregorii Naz. ad Theodorum (Tyanensem, non Mopsuestenum) epistolis: ex Augustini ad Bonifacium Comitem, et de gestis apud Marcellinum, et libro 3. contra Cresconium grammaticum. Conficta Cyrilli Alex. ad Iohannem Antiochenum epistola, quae incipit: *Inspexi litteras.* Loca ex genuinis epistolis ad eumdem Ioannem, et ad Acacium Melitenae episc. ad Theodosium imp. ad Proclum CPol. Procli ad Ioannem Antiochenum. Basilii ad Patrophilum Aegearum episc. in qua Apollinario scripsisse se non diffitetur, et Gregorii Nysseni epistola ad Theophilum. Additur in iisdem actis: *Et Athanasius diuersas epistolas ad Apollinarium scribit tamquam eadem in fide sapientem, et tamen postea libros integros etiam post mortem Apollinarii scripsit aduersus eum, cognitis illius in scriptis blasphemiis: et nihil Apollinario profuerunt, quae ante ad illum tamquam eadem in fide sapientem scripta sunt. Sed etiam Leo, sanctae memoriae papa, antiquioris Romae et suscepit Eutychen et rescripsit, comprobans eum: et tamen postea condemnauit et anathematizauit eum, tamquam haereticum* [nn]). *Et multos quidem*

nn) Similiter Iustinianus in edicto contra tria capitula p. 928. edit. Harduin. εὑρήκαμεν ὡς πολλοὶ etc. *Inuenimus, quod multi sanctorum patrum quosdam haereticos collaudauerint, sicuti et S. Damasus et Athanasius et Basilius Apollinarium et S. Leo Eutychen: et tamen cognita earum impietate non propterea euaserunt haeretici etc.*

quidem etiam alios inuenimus post mortem anathematizatos, nec non etiam Origenem. Et, si ad tempora Theophili sanctae memoriae vel superius aliquis recurrerit, post mortem inueniet anathematizatum, quod etiam nunc in ipso fecit et vestra sanctitas et Vigilius religiosissimus papa antiquioris Romae. Praesumserunt vero Theodori defensores etiam Ioannis sanctae memoriae episcopi CPol. litteras proferri quasi ad Theodorum factas, laudes eiusdem Theodori continentes. Quod autem falsa ista sunt, testimonium praebent, qui ecclesiasticas historias studiose scripserunt, [P] *aperte narrantes, quod ad Theodorum Mopsuestenum, quum a solitaria vita excidisset, scripta est epistola ab Ioanne multorum versuum et vtilissima. Sed etiam Theodoretus ipse in sua ecclesiastica historia mentionem fecerat conuersationis, quam Ioannes et Theodorus simul in monasterio exercuerunt* etc.

Sequuntur inde acta concilii *Mopsuesteni* a. 550. celebrati, praemissa sacra Iustiniani imp. ad Iohannem Azarbenum metropolitanum episcopum, et altera ad Cosmam episc. Mopsuestiae. Et post subscriptiones episcoporum IX. epistola synodica ad Iustinianum imp. et suggestio ad Vigilium papam.

A. C. 553. Claudunt quintam collationem CPolitanae synodi generalis excerpta ex Theodoreti anathematismis aduersus Cyrillum, epistola ad monasteria, adlocutionibusque synodicis; adiunguntur que epistolae eiusdem ad Andream Samosatenum, ad Nestorium, et, quae pro suppositiis habentur, binae ad Ioannem Antiochenum, ex quibus priorem graece maxima ex parte dedit *Allatius* in Vindiciis synodi Ephesinae p. 137. et ex alio codice *Cotelerius* tom. I. monument. pag. 48. Posteriorem Theodorito malunt vindicare *Petrus de Marca* apud *Baluz.* p. 1526. et *Garnerius* ad Marium Mercatorem tom. II. p. 274. caussati pro Iohannis, qui tunc iam obierat, Antiocheni, Domni nomen esse reponendum. Confer, quae de *Theodoreti* scriptis notaui lib. V. cap. 7. volum. VIII. huius bibliothecae, p. 279. sqq.

In *Collatione VI.* epistola, quae dicitur ab *Iba* oo), episcopo Edesseno, scripta esse ad Marim Persam: epistola Procli CPol. ad Iohannem Antiochenum, quae graece non exstat: Pars gestorum Ephesinae synodi a. 431. et ex illis Cyrilli Alex. ad Nestorium epistola, quae incipit: *Obloquuntur quidam;* et Nestorii ad Cyrillum: *Iniurias quidem, quas contra nos sunt.* Caelestini ad Nestorium: *Aliquantis diebus vitae nostrae.* Cyrilli et synodi [P] Alex. ad Nestorium, cum duodecim anathematismis: *Saluatore aperte dicente.* Pars gestorum Chalcedonensis

oo) Graece cum alia versione exstat in concil. Chalced. actione X. [in *Mansi* collect. tom. VII. pag. 241. sqq.] alia etiam versio apud Facundum lib. VI. c. 3. [in actis concilii oecumen. V. apud *Mansium* IX. p. 298.] Vide de hac epistola *Sirmondum* tom. II. Opp. p. 406. 532. 538. 567. 574. 577. seq. et *Tillemont.* tom. XIV. memor. p. 564. Porro in praesenti concilio CPol. epistola haec improbata, non ipse condemnatus Ibas, vt notatum in septima synodo, actione 6. tom. VII. Labbei pag. 477. *Fabr.* Conf. *Walchii* Histor. der Ketzereien, tom. V. p. 647. sqq. et 657. *Harl.*

nensis synodi a. 451. cum Leonis M. epistola ad Flauianum, symboloque Niceno et CPol.

In *Collatione VII.* habentur epistolae Vigilii papae 1. ad Iustinianum, et 2. ad †† Theodorum contra tria capitula, repraesentata ab Harduino pag. 175. ex Baluzio p. 541. nam in Regia et Labbei hae duae desiderantur; 3. ad Rusticum et Sebastianum, 4. ad Valentinianum episc. de tomis prouinciae Scythiae, 5. ad Aurelianum episc. Arelatensem, 6. eiusdem Vigilii iuramentum contra tria capitula †† additum ab Harduino pag. 184. ex editione Baluzii. Gesta confecta apud Antiochenae ciuitatis defensorem pro Theodoreto. Sacra *Iustiniani* imp. contra Vigilium, ex eodem Baluzio apud Harduin. p. 186. Incipit: *Vna Christianis salus est puro corde.*

In *Collatione VIII.* Anathematismi XIV. graece et lat. cum subscriptionibus episcoporum CLXVI. Anathematismos vulgauit primus *Petrus de Marca* archiep. Paris. a. 1642. ad calcem librorum de Concordia Sacerdotii et Imperii.

Fragmenta quaedam quintae synodi graece reperta ex actis sextae synodi, ex Euagrio IV. 38. Cedreno, et Manuelis Calecae libro de Spiritu S.

† Cyrilli Alex. epistolae binae, vna ad Acacium Melitenae episc. et altera ad Proclum CPol. graece et lat.

Vigilii papae decretalis, data 8. Dec. 553. pro confirmatione quintae synodi cum epistola Eutychii CPol. ad Vigilium, graece et lat. edita a Petro de Marca ex codice bibl. regiae, quem a. 1276. exarauit Leo Cinnamus. Hanc Vigilii epistolam argumentis non adeo certis supposititiam esse, contendit Garnerius in diss. de quinta synodo, pp) post notas ad Liberatum p. 278. sq. Dissertationem † Petri de Marca de hoc decreto *Labbeus* p. 601. exhibuit, Harduinus omisit. Legitur cum Vigilii Eutychiique epistola ad calcem librorum de Concordia Sacerdotii et Imperii, et cum Baluzii notis prodiit etiam Paris. 1669. 8.

[P] Eiusd. Vigilii constitutum breuius de damnatione trium capitulorum (a. 554. compositum) apud Harduin. p. 218. ex editione concilior. Baluzii p. 1551. Incip. *Postea quam beati Chalcedonensis concilii.*

Iustiniani imp. liber siue epistola aduersus *Origenem* ad Mennam CPol. (circa a. C. 545. promulgatus, vt colligitur ex vita S. Sabae c. 85. pag. 365.) cum nouem in dogmata Origeniana anathematismis, graece et latine, Labbe pag. 635. Harduin. p. 244. Incipit: ἡμῖν μὲν ἀεὶ σπουδὴ γέγονε. Meminit Liberatus c. 23. Latine exstat apud *Baron.* ad a. C. 538. n. 34. ex codice Antonii Augustini. Hic Iustiniani liber olim insertus fuit τῷ δ' βιβλίῳ τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου. Citantur in eo:

Aegyptii

pp) Haec diss. de V. synodo, Norisio opposita, legitur auctior in *Garnerii* auctario operum Theodoriti pag. 493.

Aegyptii epiſcopi in epiſtola ſynodica contra dogmata Origenis, p. 264. edit. Harduin.

Athanaſius Alex. ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, pag. 257. ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρου λόγου, 257. ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητιν ἐπιστολῇ, 257.

Baſilii ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, 260. ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τοῦ ὑπομνήματος ἑξαημέρου, 265. ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου, 269.

Cyrilli Alex. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἐν Φουᾷ μοναχούς, 261. 263.

Gregorii Naz. dictum de anima, p. 249. locus ex Orat. (XLIII.) εἰς τὴν νέαν κυριακήν, 252. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα (Orat. XLII.) p. 253. ἐν τῷ ἀπολογητικῷ λόγῳ, 269.

Gregorii Nyſſeni ἐν τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον πραγματείᾳ, 260.

Ioannis (Chryſoſtomi) CPol. patriarchae λόγῳ ια' εἰς τὴν κτίσιν, 249. 252. εἰς τὴν ἀνάληψιν, p. 253. ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς, 272.

Origenes, qui et Adamantius, presb. Alex. 272. ex libro 1. περὶ ἀρχῶν, 245. 273. 275. ſq. 277. 280. ex libro 2. p. 273. 275. 277. ex tertio p. 277. ex quarto p. 273. 275. 277. 280. τὰς ἑαυτοῦ βλασφημίας οὐ μέχρις ἑαυτοῦ ἔστησεν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων καὶ εἰς πολλοὺς ἑτέρους παρέπεμψεν, 268.

Petri Alex. et martyris ἐκ τοῦ α' λόγου περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχήν, μηδὲ ἁμαρτήσασαν τοῦτο εἰς τὸ σῶμα βληθῆναι, 256. ἐκ τῆς μυσταγωγίας [?] ad eccleſiam ante martyrium, 257. vbi mentio epiſcoporum Alex. Theonae, Dionyſii, Heraclae, (adde pag. 264.) et Demetrii.

Theophili, Alex. epiſcopi, ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ γραφέντος πρός τινας μοναχοὺς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας, 261. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σκήτει ἁγίους διὰ τοὺς ἐγκαλοῦντας τὴν τῶν δογμάτων Ὠριγένους καθαίρεσιν, 261.

Iuſtiniani imp. epiſtola ad ſynodum CPol. de Origene et ſectatoribus eius, ex Cedreno; Labbe p. 679. Harduin. p. 281. Incipit: σπουδὴ γέγονεν ἡμῖν καὶ ἔστιν.

†† Canones XV. ſynodi CPol. contra Origenem, editi primum graece a *Lambecio* VIII. p. 435. [p. 917. ed. Kollar.] et cum amici eruditi verſione graece et latine exhibiti a Baluzio pag. 1548. atque inde ab Harduino p. 283. Eosdem dedi, ſupra p. 187. ſqq.

Confeſſio fidei *Iuſtiniani*, imp. contra tria capitula circa annum 545. Incipit: εἰδότες ὡς οὐδὲν οὕτω θεραπεύει. Harduin. p. 287. Labbe p. 683. cum anathematiſmis XIII. De hac Liberatus capite vlt. breuiarii, nec non Vigilius papa in epiſtola damnationis Theodori Caeſarienſis, et Facundus, qui late eamdem oppugnauit, ita tamen, vt ſimularet, non putare ſe Iuſtiniani eſſe. Graece et latine legitur in Chronico Paſchali, ſiue Alexandrino p. 344–373. edit. Cangii, cum veteri verſione, quam ſolam ediderant Crabbius, Surius et Nicolinus. Dedit etiam ſeruato veteri interprete graece et latine Leunclauius in iure

graeco-roman. p. 521. at in sua Chronici Alex. editione cum noua versione Raderus p. 794. Veterem etiam in suis conciliis adiunxere Romani, Binius, Regia, Labbeus, et emendatiorem Cangii editionem sequutus Harduinus. In hac confessione Iustinianus p. 293. Harduin. adsert loca ex Cyrilli Alex. epistola 1. et 2. ad Succensum, et ex capite XIII. scholiorum, et p. 297. ex commentar. in Leuiticum, et Gregorii theologi lib. 1. ad Cledonium, et p. 299. ex lib. 2. de filio: tum Basilii ex quarto contra Eunomium, et Gregorii Nysseni ex quarto contra eumdem scripto. Laudat etiam p. 312. Athanasii librum, quo Dionysium Alex. alienum fuisse ab Arii sententia ostendit; atque inter historiae ecclesiasticae scriptores cum Sozomeno, Socrate et Theodoreto [P] Hesychium p. 318. vbi praeterea memorat, quae Augustinus ad Bonifacium de haereticis etiam post mortem anathemati subiiciendis scripsit. De alia confessione fidei Iustiniani Facundus libro 1. illa nempe quam a. 534. edidit, et quae graece et latine legitur in codice Iustinianeo lib. 1. tit. 1. de summa Trinitate, lege 6. Incipit: Τὸν Σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων Ἰησοῦν Χριστόν.

Iustiniani τύπος siue epistola ad synodum CPol. de Theodoro Mopsuesteno et reliquis, graece et latine. Incipit: σπουδὴ μὲν γέγονεν ἀεί. Harduin. p. 724. Latine eadem fuit in actis huius concilii Collatione 1. ex veteri versione apud Labbeum p. 419. Harduin. p. 54. Fallitur praeclarus Caueus, qui pro diuersis epistolis habet et priorem an. 546. posteriorem an. 553. ad diuersa concilia CPolitana scribit missam esse.

Hic desinunt concilia Stephani Baluzii.

Pelagii II., papae, epistola ad Eliam Aquileiensem et alios Istriae episcopos, damnationi trium capitulorum non consentientes, quam a b. Gregorio, quum adhuc esset diaconus, Pelagii nomine scriptam esse, testatur Paulus Warnefridus lib. 3. de gestis Longobard. c. 10. (20.) Librum vocat Gregorius M. lib. 2. epist. 36. ad episcopos Hiberniae. Incipit: *Virtutum mater charitas;* apud Labbeum p. 615. et Harduin. p. 421. Loca, quae ex Theodori Mopsuesteni scriptis in hac epistola adferuntur, conferenda sunt cum Vigilii constituto priore et collatione quarta concilii V. et cum actis concilii Lateranensis a. 649.

† *B. Gregorius* de quinta synodo lib. 1, epist. 24. et lib. 2. epist. 24. lib. 3. epist. 2. 3. 4. 37. et lib. 5. epist. 64. et lib. 7. epist. 53.

A.C. 553. *Hierosolymitani* concilii, quo acta synodi quintae illuc ab imp. Iustiniano transmissa fuere comprobata, mentio in concilio Nicaeno secundo actione 1. ex vita S. Sabae, quam edidit *Coteleriüs* tomo III. monumentorum, quam vide p. 375. *Fabr.* v. *Mansi* IX. p. 157. sqq. *Harl.*]

Aquileiense, de quo haec Beda libro de sex aetatibus tom. II. Opp. pag. 226. *Synodus Aquileiae facta ob imperitiam fidei quintum vniuersale concilium suscipere diffidit,*

diffidit, donec salutaribus b. Sergii [P] *monitis instructa et ipsa huic cum caeteris ecclesiis annuere consentit.* Ab Harduino ad hunc locum commemoratur, quum Sergius papa coeperit exeunte anno 687. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. p. 381. comparare iubet *Rubeis* monim. eccles. Aquil. p. 213. *Harl.*

†*Liberati,* archidiaconi Carthaginiensis et defensoris trium capitulorum, *breuiarium caussae Nestorianorum et Eutychianorum,* res annorum 135. succincta narratione percurrens. In vtraque conciliorum Petri Crabbe editione huic breuiario subiungitur adpendix, quam deinde praetermisere Binius, Regia et Labbeus. Harduinus Liberatum ipsum etiam omisit, quia separatim editus fuit cum notis Ioannis Garnerii, Parisiis 1675. 8. Longe magis emendata est haec Garnerii editio; adpendix autem, quae in hac quoque abest, continet varia epistolis apud Facundum et alibi obuia, Ioannis Constantinopolit. et Gregorii Nazianz. ad Theodorum Mopsuestenum, Isidori Pelusiotae ad Cyrillum Alex. Defensionem fidei factae a Cyrillo, eiusdem epistolam: nec non testimonia Cyrilli ex lib. 22. thesaurorum, ex interpretatione Leuitici, et ad Theodosium imp. et epistola 2. ad Succensum et lib. de Trinitate: Athanasii lib. 4. contra Arianos, Gregorii Nysseni ex lib. 4. in beatitudines, Gregorii Nazianz. in Epiphania, Anastasii papae ad Vrsinum, Gelasii papae ad episcopos per Dardaniam constitutos, Theodoreti de SS. Trinitate et contra Sabellium. Postremo loco ponuntur S. Quintiani episcopi Esculani ad Petrum Antiochenum fides, siue Anathematismi XII. qui fuerunt supra ad annum 484.

Indiculus scriptorum nec non haereticorum, memoratorum in Liberati Breuiario.

Acacii Melitenensis epistola ad Armenios, cap. 10.

Acacii CPolit. ad Simplicium papam, cap. 18. a Felice papa condemnatur, id. ita separauit se sedes apostolica a Constantinopolitana, id. p. 125.

Acephali ab Apollinari profecti, cap. 3. qui nec Cyrillum habent caput, neque, quem sequuntur, ostendunt, cap. 9.

Acoemetarum siue Acumicorum legati, Cyrus et Eulogius, negantes, Mariam [P] Dei genitricem et vnum de Trinitate incarnatum et carne passum, c. 20.

Aegyptiorum episcoporum libelli fidei in synodo Chalcedonensi oblati, c. 13.

Agapetus papa in regulis ecclesiasticis adprime eruditus, c. 21.

Alexandrina synodus post Chalcedonensem, de qua c. 14.

Anastasius a. 428. Mariam Dei genitricem dicere renuens, c. 4.

Anastasius imp. probans Zenonis henoticum, c. 18. epistola ad Ioannem Machiotam episc. Alex. id.

parte reiicitur in Zenonis henotico, c. 17. Theodori Mopsuesteni laudes suscepit tribus epistolis, c. 24.

Chartae ecclesiasticae, c. 18. p. 124.

CPolitani concilii fides firmata in concilio Chalced. c. 13.

CPoli congregatorum episcoporum epistola ad Cyrillum de pace, cap. 8. CPolitanum concilium sub Flauiano, cap. 11. secundus conuentus, id. ad hunc vocatus Eutyches, quomodo se gesserit, c. 11.

Cyrilli Alex. epistola ad Nestorium, c. 4. secunda et tertia cum XII. capitulis, id. relatio ad Caelestinum per Possidonium diaconum, id. deflorationes librorum Nestorii, id. contestatio aduersus Io. Antiochenum et caeteros orientales, c. 6. fidei formulam ab orientalibus Antiochia missam probauit, c. 8. sermo in dictum Ioh. I. v. 14. *Verbum caro factum est*, id. epistola ad orientales, quae incipit: *Laetentur coeli*, id. ex pluribus Cyrilli epistolis excerpta c. 9. ad Eulogium presb. ad Acacium Melitinensem, et ad Valerianum Iconiensem, id. expositio XII. capitulorum, id. tres libri aduersus Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuest. et liber de incarnatione, c. 10. catholicae veritatis defensores responderunt, hos libros non esse Cyrilli, id. rescriptum ad Iohannem Antiochenum pro Theodoro Mopsuest. id. Cyrillus anno XXXII. episcopatus defunctus, c. 10. epistolae duae synodicae, vna ad Nestorium, quae incipit: *Obloquuntur* [?] *de me quidam*; et altera ad Io. Antiochenum et alios orientales: *Laetentur coeli*; probatae a synodo Chalced. c. 11. et in concilio Flauiani gestis CPoli, id. et c. 13. ad Cyrilli consensum prouocans Eutyches, c. 11.

Diodorus Tarsensis contra Apollinarem, cap. 3. eius volumina in Syrorum et Armeniorum linguam translata a Nestorianis, cap. 10.

Dionysii Corinthiorum episcopi testimonia a Cyrillo Alex. laudata, c. 10.

Dioscori et Flauiani schisma, c. 12.

Dioscoritae, c. 18. p. 128. 129.

Dioscorus Cyrilli Alex. successor, c. 10. epistola ad Theodosium imp. de conuocanda synodo Ephesina (λῃστρικῇ) c. 12. depositus septimo ordinationis suae anno in synodo Chalced. c. 13. exsul in Gangrena ciuitate, c. 14.

Gesta de Dioscoro iuniore Alex. apud Defensorem ciuitatis confecta, c. 18. p. 129.

Domnus, Ioannis Antiocheni successor, c. 10. depositus in eadem λῃστρικῇ, cap. 12. Gesta apud Domnum, c. 13. ex sessione VIII. concilii Chalcedon. Epistolae ad Dioscorum Alex. contra XII. Cyrilli capitula, c. 12.

Ecclesiastica historia, nuper de graeco in latinum translata, (Tripartitam Epiphanii Scholastici intelligit,) *praef.*

Encyclia, codex epistolarum et relationum episcoporum pro concilio Chalcedonensi, c. 15.

Ephesina

Neſtorii

qq) Hoc eſt locum 1. Tim. III. 16. pro ΟΣ legens ΘΣ, vide quae notaui parte 3. Codicis Apocryphi N. T. p. 539. ſeq.

Seueri

Hactenus Index in Liberati Breuiarium.

[* De synodis in Origenistas dissertatio; *Mansi* IX. p. 703. *Mart.*]

A.C. 554. Concilii *Arelatensis V.* canones VII. cum subscriptionibus episcoporum XI. presbyterorumque et diaconorum, (qui episcoporum suorum adfuerunt nomine,) VIII. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. p. 381. citat *Sirmondi* concil. Gall. tom. I. p. 298. *Lecointe* annal. eccles. Francor. tom. I. p. 397. sqq. Galliam christian. tom. I. p. 394. tom. III. p. 1113. et Histoire litter. de la France tom. III. p. 263. sqq. *Walch.* ib. de concilio *Aquileiensi* dubio a. 553. *Harl.*

Pelagio I. papae supposita epistola ad Vigilium, ex collectione Isidori Mercatoris.

Pelagii epistola genuina et fides rr) ad Childebertum regem Francorum, quae incipit: *Humani generis Saluator.* Regis *Childeberti* capita duo, quae supersunt, constitutionis de abolendis reliquiis idololatriae et de sacrorum dierum festiuitatibus caste celebrandis. Ex editione Sirmondi apud Labbeum p. 1810. et auctior p. 1851.

† Pelagii epistolae aliae 1. 2. 3. 4. ad Narsetem patricium, 5. ad episcopos Tusciae, 6. ad vniuersum populum DEI, 7. 8. ad Sapandum episc. Arelatensem, 9. ad Childebertum regem, quae incipit: *Rufinus vir magnificus;* 10. 11. ad Sapandum, 12. ad Childebertum regem: *Excellentiae vestrae litteras;* 13. ad eumdem: *Cum celsitudini vestrae;* 14. ad Sapandum. Epistolae siue epistolarum fragmenta, a Luca Holstenio ss) edita, ad Ioannem Patricium Caburtarium, ad Viatorem et Pancratium illustres, ad Valerium Patricium, ad Cethegum Patricium, ad Eleutherium episcopum, ad Asterium episc. Ad Viuentium Neapolitanum, Geminum Puteolanum et Constantium Misenatem episcopos. Ad Benegestum Defensorem, ad Ioannem Comitem, ad Anilanum Comitem, ad Elpidium Catanensem episcopum, et ad Laurentium episcopum Centumcellensem.

[* Ad

rr) Extrema parte auctior apud Garnerium in auctario operum Theodoriti p. 539. seq.

ss) Tom. I. collect. romanae pag. 219. seq. a. 1662. 8.

[* Ad epistolam III. et IV. Pelagii I. ad Narsetem, animadu. critica; *Mansi* IX. p. 715. Vnam eamdemque epistolam continuatam in fragmento, quod primum ab Holstenio vulgatum, Labbe et Coleti suis collectionibus inseruerunt, exhiberi ostendit. *Mart.*]

[* Fragmenta epistolar. Pelagii I. ex collectione Deusdedit, (ap. Ballerinos in diss. tom. III. ed. Opp. Leonis praemissa; *Mansi* ib. p. 736. *Mart.*]

A. C. 555. Decretum synodi *Parisiensis II.* Childeberto rege euocante celebrati, cum subscriptionibus episcoporum XXVII. contra Saffaracum episc. *Fabr.* Sed *Walch.* l. c. p. 377. sq. § LXII. ducibus *Lecoint.* l. c p. 778. *Gallia christiana*, tom. VI. p. 612. *Dubois* hist. eccles. Paris. lib. II. cap. 4. §. 10. aliisque statuit, synodum illam Paris. II. non a. 555. sed a. 551. fuisse congregatam: add. *Caui* hist. litter. SS. eccl. I. p. 560. *Harl.*

[†] * Concilium incerti loci in *minori Britannia*, in quo Maclianus Venetensis episcopus excommunicatus est. Vide Gregorium Turonensem IV. 4. hist.

557. *Parisiensis III.* concilii canones decem, cum subscriptionibus episcoporum XV. *Fabr.* [* Canones concilii *Parisiensis* nomine inscripti, e Gratiano aliisque collectoribus cum notis *Mansi* ibid. p. 749. *Mart.*]

559. *Iohannis III.* papae supposita decretalis ad episcopos Germaniae et Galliae, ex collectione Isidori Mercatoris.

*Epistola ad Edaldum Viennensem archiep. ex Ioannis a Bosco bibliotheca Flaviacensi.

Clotharii (Clodecharii) regis Francorum constitutio, ex edit. Sirmondi.

[* *Suffetulense* concilium in Africa ante an. 570. celebratum: *Mansi* ib. pag. 761. Canonem vnicum huius concilii e Ferrandi breuiatione canonum dederat Baluzius, et ex eo Coleti. Alium canonem illius hic adfert *Mansi* ex Cresconii concordia canonum, in cod. mst. Luc. *Mart.*]

560. Synodorum *Landauensium* in Anglia trium sub Oudoceo tertio Landauensi episcopo celebratarum, gesta in caussa triplici parricidii commissi a regibus Mourico, Morcanto et Guidneretho: ex editione Speelmanni. [v. *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 17. sqq. *Harl.*]

De *CPolitana* sectatorum Iuliani Halicarnass. et *Antiochena* Anastasii, confirmantis Chalcedonensem synodum, auctor veteris Synodici cap. 119. seq. supra p. 239. ed. vet. et ed. nou. p. 405. [Sed has commentitias esse, arbitratur *Walch.* l. c. p. 382. sq. *Harl.*

† *Nicetii* episcopi Treuirorum epistola ad Iustinianum imp. qua eum extrema aetate in haeresin Phantasiastarum lapsum, reuocat ab errore; et altera ad Glo-

doswindum (Gregorio Tur. IV. 3. et 35. Glotsindum) reginam Longobardorum, vt Alboinum regem maritum suum ad fidem catholicam adducat. Ex editione Sirmondi. De hoc Nicetio vide *Valesium* ad Sozom. VIII. 8. et *Dacherium* tomo III. spicilegii, vbi eius tractatus duo de vigiliis seruorum Dei et de bono Psalmodiae, Paris. 1659. 4. [*Caue* l. c. I. p. 510. et *Walch.* Histor. der Ketzereien, tom. VIII. p. 597. sq. *Harl.*]

A. C. 561. Concilium *Bracarense II.* tt) anno tertio Ariamiri regis contra Priscillianistarum haeresin. Canones XVII. et alia deinde capitula XXII. Subscriptiones episcoporum VIII. Harduinus praeter Garsiae Loaisae editionem contulit etiam, vt solet, recentiorem cardinalis Aguirre, concil. Hispan. tom. II. p. 292. [v. *Spittler.* l. c. p. 162.]

[* *Theimense* concilium II. Armeniorum haereticorum (ex Galani conciliat. eccles. Armeniorum cum rom. tom. I. p. 105.) *Mansi* IX. p. 771. [et in supplem. concil. tom. I. p. 441.] *Mart.*

circa A. 562. vel 563. *Santonense*, ex Sirmondo.

567. *Lugdunense II.* canones VI. Subscriptiones episcoporum XIII. in quibus post Viennensem Philippum secundo loco est Nicetius episc. Lugdunensis. [Ad a. 566. retulit *Walch* Entw. p. 384. sq. et citat historiam suam pontific. rom. p. 129. atque *Ceiller* histoire des auteurs eccl. tom. XVI. p. 783.]

[†] De Salonio et Sagittario episcopis, qui in eadem synodo ob varia scelera depositi sunt, ex Gregorio Tur. lib. V. histor. c. 20.

Turonense II. in caussa ecclesiasticae disciplinae reformandae, canones XXVII. cum subscriptionibus episcoporum IX. In hoc concilio can. 20. citatur Innocentius papa ad Victricium episcopum Rothomag. Leges imperatorum de raptu, canones item Synodorum Arelatensis, Mileuitanae, Epaonensis et canones 22. etiam Aruernensis.

Epistola 1) episcoporum prouinciae Turonicae ad plebem missa post synodum suprascriptam. 2) S. Radegundis ad episcopos pro confirmatione Congregationis Monialium a se institutae. 3) Episcoporum ad Radegundem decretum. Adde Gregorium Turon. IX. 39. ad 42.

569. *Lucense*, in ciuitate Luco in Hispania, sub *Theodomiro*, Sueuorum principe, de diuisione prouinciarum et sedium metropolitanarum episcopatuumque illis subiectorum,

tt) Isidoro Bracarensi primum, quia sunt, qui pro haud genuino habeant, quod fuit supra a. 411. [v. *Walch.* Entwurf. p. 383. ad a. 563. *Douiat.* in Praenott. canon. lib. II. cap. 13. tom. I. pag. 346. ed. Schott. id numerat *Bracar.* I. (quod Labbeo est II.) et refert ad a. 563. ac, praeter anathematismos, ait, septemdecim aduersus Priscillianistas aliosque haereticos, edidit XXII. canones circa disciplinam. *Harl.*

ctorum, addita diuisione terminorum dioecesium et parochiarum prouinciarumque Hispaniae a *Wamba* rege post a. 672. facta: nec non diuisione Oxomensis et Aucensis episcopatuum sub *Adefonso*, Hispaniae rege, in synodo apud castrum Montloy in ecclesia S. Mariae de Fusellis aera 1126. (hoc est Christi 1088.) cum subscriptionibus regis, Richardi romanae ecclesiae vicarii, episcoporum XIII. abbatum V. comitum IV. principumque VIII. [v. *Aguirre* concil. Hispan. tom. I. p. 292.]

A. C. 572. *Bracarense III.* (secundum Isidoro Mercatori et Innocentio tertio lib. 2. epist. 133. ad Petrum Compostellanum episc.) anno secundo regis Ariamiri siue Mironis, canones X. subscriptiones episcoporum VI. et ex synodo Lucensi episcoporum VI. *Fabr.* *Douiat.* l. c. p. 346. §. XXII. ex eo, inquit, Bracar. II. alias III. videtur *Martinus*, Bracarens. episcop. canones 84. ex orientalibus praesertim synodis collectos, ad concilium Lucense II. eodem tempore in Gallecia congregatum, misisse, qui a collectoribus tamquam ex concilio Martini papae saepe laudantur; (in primis a Gratiano multis in locis, ab Augustino de emendat. Grat. lib. I. dial. XXII. collectis, v. *Schotti* not. 3.) vnde erroris occasio nascitur iis, qui concilium Romanum siue Lateranense sub Martino, rom. pontifice, cum hac collectione confundunt. *Harl.*

† Fragmenta conciliorum Bracarensium, collecta a Garsia Loaisa ex Burchardo lib. 4. cap. 8. lib. 10. c. 21. lib. 3. c. 180. lib. 10. c. 39. et ex Gratiano 12. qv. 4. *Quicunque.* [Add. *Aguirre* l. c. II. p. 316.]

† *Lucense II.* anno secundo Ariamiri regis, cuius constitutio apud Ambrosium Moralem lib. 11. c. 26. Vide *Labbeum* pag. 901. [et *Aguirre* l. c. II. pag. 325. sqq. sed v. *Walch* Entwurf. p. 386. sq. ac *Spittler* l. c. pag. 199. sq. et *Douiat.* modo citatum. *Harl.*]

Capitula LXXXIV. ex orientalium synodis collecta a *Martino* Bracarensi, et ad synodum Lucensem et episcopum [?] Nitigesium transmissa. De aliis horum capitulorum editionibus supra p. 230. seq.

573. *Benedicto* papae supposita epistola ad Dauidem episcopum, de vnitate in S. Trinitate, ex collectione Isidori Mercatoris.

Concilium *Parisiense*, de caussa Pappoli episcopi Carnotensis, aduersus Promotum constitutum episcopum in castro Dunensi ab Aegidio Rhemensi. 1) Libellus synodo oblatus a Pappolo. 2) Constitutio synodi ad Aegidium episcopum Rhemensem, cum subscriptionibus episcoporum XXXIII. 3) Epistola synodi ad Sigebertum regem, cum subscriptionibus episcoporum XXXII. Ad hoc concilium, Labbeus putat, spectare verba *Gregorii Tur.* lib. 4. hist. Francorum c. 42. [v. *Ruinart.* adpend. Opp. Gregorii *Turon.* pag. 1340. et *Walch.* Entwurf. pag. 387. sq. *Harl.*]

Epistola

Epistola *S. Germani*, Parisiorum episcopi, ad Brunichildem reginam, vt Sigebertum regem reuocet a consilio belli, quod fratri suo Chilperico inferebat. (*Labbe* pag. 923. et *Harduin*. in adpendice tomi III. pag. 2083. ex editione Sirmondi, I. pag. 350.

A. C. 575. Conuentus *Lugdunensis* episcoporum et procerum. Vide Labbeum pag. 1825. ex Gregor. Tur. lib. V. c. 5. et 6.

[*Seleuciense* Nestorianorum concilium a. 576. pro ecclesiastica disciplina celebratum (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 1. p. 439. et part. 2. pag. 183.) *Mansi* IX. p. 873. [et suppl. concil. tom. I. p. 441.] *Mart.*]

577. Gesta concilii *Parisiensis V.* in quo Praetextati episcopi Rotomagensis causa, Chilperico rege accusante discussa est, ex Gregorii Turonensis lib. 5. histor. c. 19.

Editionis Regiae tomus XIII.

Pelagio II. papae suppositae epistolae 1) ad Benignum archiepiscopum, 2) ad episcopos Italiae, 3) ad Ioannem episcopum CPol. 4) ad episcopos Germaniae et Galliae, ex Isidoro Mercatore.

Eiusdem Pelagii epistolae tres ad Eliam et episcopos Istriae, (Loca Theodori Mopsuesteni et aliorum, quae in tertia citantur, conferenda sunt cum locis iisdem in collatione quarta concilii quinti CPol. a. 553. et constituto priore Vigilii papae.) Suggestio episcoporum Istriae de tribus capitulis infra ad a. 590.

† Epistolae Pelagii II. 1) ad Gregorium diaconum ex Ioanne diacono de vita S. Gregorii magni,) 2) ad Aunarium siue Aunacharium episcopum Autissiodorensem. Incipit: *Laudanda* [?] *tuae charitatis vota;* 3) ad eumdem Aunarium. Incipit: *Quantum Deo placitos.* Seruauit auctor historiae episcoporum Autissiodorensium apud Labbeum tom. I. bibl. nouae MSS. p. 420. *†

† Decreta Pelagii huius apud Gratianum, Iuonem, Anselmum, et alios ex epistolis eius ad Antoninam Patriciam et Deciam, ad Florentinum episc. ad clerum Catinensem, ad Cresconium illustrem, ad Benegestum Defensorem et ad Sergium Cancellarium.

[* Pelagii II. epistolarum fragmenta, *Mansi* ib. p. 907. *Mart.*]

[In conuentu episcoporum *Braie* in Gallia habito a. 577. aut sec. alios a. 581. Gregor. Turonensis absolutus est, v. *Gregorium Turon.* lib. V. cap. 49. et *Walch* l. c. p. 388. sq. *Harl.*]

578. Concilium *Autissiodorense* sub Aunachario, canones XLV. subscriptiones episcopi vnius, abbatum septem, presbyterorum XXXIV. et diaconorum trium.

[* *Alexan-*

[* *Alexandrina* ſynodus Eutychianorum ad diſcutiendam ſynodicam Petri Antioch. patriarchae recens electi, (ex *Aſſemanni* bibl. orient. tom. II. p. 71.) *Manſi*. ib. p. 917. [et in ſupplem. concil. I. p. 449.] *Mart.*]

[* *Aegyptiaca*, forte *Alexandrina*, ſynodus Eutychianorum in cauſſa Paulli, patriarchae Antioch. Iacobitae, a Iacobo Edeſſeno epiſcopo a. 578. celebrata, (ex *Aſſemanni* bibl. orient. tom. II.) *Manſi* l. c. p. 919. [et in ſuppl. concil. I. pag. 449.] *Mart.*]

A.C. 579. *Cabilonenſe*, Guntramni *) regis iuſſu conuocatum aduerſus Salonium Ebredunenſem et Sagittarium Vapincenſem epiſcopos, addita auctoritate de capite S. Ioannis baptiſtae ex Phoenice perlato et aedificata in eius veneratione eccleſia in Morienna, Viennenſi metropoli ſubiecta.

Santonenſe, de cauſſa Nantini comitis Engoliſmenſis. *Gregor. Turon.* lib. V. cap. 36.

[* Ad ſynodum *Gradenſem* a. 579. (quam dedit Coleti,) cenſura, *Manſi* ibid. pag. 927. Conuenticulum eſſe hanc ſynodum, ex P. *Rubeis* diſſ. de ſchiſmate Aquileienſi cap. 8. et 9. docetur. *Mart.*]

580. *Brennacenſe*, in cauſſa Gregorii Turonenſis, quem Leudaſtes comes falſo apud Chilpericum regem accuſarat, proniorem in errorem Sabellii. Confer Gregorii hiſt. Francorum lib. 5. c. 44. 45. *Per idem tempus Chilpericus rex ſcripſit indiculum, vt ſancta Trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominaretur, aſſerens indignum eſſe vt Deus perſona ſicut homo carneus nominaretur etc.*

581. *Matisconenſe I.* Guntramni regis euocatione Kal. Nou. Guntramni et Chilperici regum anno XXI. Canones viginti, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum XXIII. *Fabr.* [* Canones *Matisconenſium* conciliorum ex Burchardi cod. mſto aliisque additi, *Manſi* l. c. p. 939. *Mart.*] add. *Manſi* ſupplem. concil. tom. I. pag. 445. aliosque a *Walchio* in: Entwurf. p. 390. ſq. citatos, qui praeterea ſcribit, canones tantum nouemdecim exſtare in *Harduini* concil. III. p. 451. et *Sirmondi* concil. Gall. tom. I. p. 370. In iſto concilio vnus praeſentium epiſcoporum, Cheſterfieldi opinionem aut potius errorem, foeminas non habendas eſſe pro hominibus, iam pronuntiaſſe dicitur. *Harl.*

[* *Toletana* ſynodus Arianorum, a. 581. vel 582. celebrata, (ex chronico Io. Biclarienſis;) *Manſi* l. c. p. 941. [et in ſupplem. concil. I. p. 451.] *Mart.* Huius ſynodi nullam mentionem fecit *Douiat.* in Praenott. canon. I. p. 342. in recenſione conciliorum Toletanorum. *Harl.*]

A. C. 583.

*) Walch. ſcribit. nomen: *Guntſchramnus*. *Harl.*

A.C. 583. *Lugdunense III.* canones VI. cum subscriptionibus episcoporum VIII. Subsignarunt etiam missi episcoporum duodecim, sed eorum nomina desiderantur. Mentio huius synodi apud *Gregorium Turon.* lib. VI. c. 1. et *Aimoinum* lib. XXXIII. c. 44. [v. *Douiat.* l. c. p. 339. §. XXIV.]

584. *Valentinum II.* in Gallia, cum subscriptionibus episcoporum XVII. *Fabr.* [* Ad synodum Valentinam adnotatio *Mansi* l. c. pag. 947. *Mart.*] Add. *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 453. *Harl.*

[†] *Verani* episcopi Cabellicae, siue potius Lugdunensis in aliqua huius temporis synodo dicta de castitate sacerdotum.

585. *Matisconense II.* canones XX. Subscriptiones episcoporum XLIII. quibus accedunt missi episcoporum XX. cum aliis tribus episcopis non habentibus sedes. Confer Gregorium Tur. VIII. 12. et 20. Fredegarium libro vltimo Chronici c. 1. eumque de more sequutum Aimoinum III. 81.

[* Concilium *Gubense* in Mesopotamia Eutychianorum, (ex *Assemanni* biblioth. Clement. Vatic.) *Mansi* l. c. p. 965. [et in supplem. concil. tom. I. p. 453.] *Mart.*]

Guntramni regis Francorum praeceptio ad episcopos et iudices regni sui de obseruanda die dominica et aliis. Eiusdem adlocutio conuocatis episcopis et optimatibus, vbi discussi sunt duces, qui rem bellicam male administrarant aduersus Hispanos. Vide Gregorium Tur. VIII. 30.

† Exemplar pactionis in conuentu apud Andelaum de pace firmata inter Guntramnum et Childebertum reges, ex eodem Gregorio VII. 20. Meminit et VII. 11.

[Conuentus s. concilium episcoporum in *Hispania* vtriusque communionis Arianae et catholicae, iussu Reccaredi regis coactorum, vt de fide tractarent, a. 587. (ex Gregor. Turon.) *Mansi* l. c. p. 971. *Mart.*]

586. *Aruernense*, in quo parochiae Cadurcinae adiudicatae sunt sedi Rutenensi, vt refert idem Gregorius VI. 38.

587. *CPolitanum*, quod Gregorium Antiochenum incesti cum sorore accusatum a calumnia absoluit, teste *Euagrio* VI. 7.

*588. *Incerti loci* in Gallia, vbi quaesitum de caede Praetextati Rotomagens. episcopi et aliis criminibus. Vide, quae *Labbeus* p. 1853. ex Gregorio Tur. lib. 9. c. 20.

[Synodus *Persica* Nestorianorum, qua varia dogmatum capita definiuntur, a. 588. habita, (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. p. 183.) *Mansi* l. c. p. 975. [et in Supplem. concil. I. p. 457.] *Mart.*]

589. *Toletanum III.* in quo Arii haeresis in Hispania condemnatur: adferuntur symbolum Nicaenum, CPolitanum et tractatus Chalcedonensis concilii; cum anathe-

matismis

matismis XXIII. et subscriptionibus episcoporum VIII. et virorum illustrium IV. et qui non nominantur presbyterorum et diaconorum, ex haeresi Ariana conversorum, omniumque seniorum Gothorum. Capitula inde XXIII. de variis rebus disciplinam spectantibus: edictum regis Flauii Recaredi in confirmationem concilii, et subscriptiones eiusdem regis et episcoporum LXII. aliorumque IX. vices episcoporum gerentium archipresbyterorum, archidiaconorum et diaconorum. *Fabr.* [* Tabula canonum ex cod. Vallicellano. *Mansi* l. c. p. 991. *Mart.*] conf. *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 338. *Florez* Espanna sagrada tom. VI. p. 137. aliosque a *Walch.* in: Entwurf etc. p. 396. sq. citatos. *Harl.*

S. Leandri, episcopi Hispalensis, in laudem ecclesiae ob conuersionem gentis post concilium et confirmationem canonum edita.

[P] De celeberrimo hoc concilio Toletano conferendus Isidorus Hisp. in Chronico ad annum octauum Mauricii imp.

A. C. 589. Concilium apud *Sauriacum* villam sub Theodeberto rege. Vide *Gregorium Turonensem* IX. 37.

Conuentus episcoporum duplex, in quorum altero apud *Pictauos* iniecta est, in altero *Cabilonensi* apud *Guntramnum* regem confirmata, excommunicatio in Chrodieldem et reliquas moniales, quae a S. Radegundis, (de qua supra ad a. 567.) monasterio recesserant. Vide Gregorium Tur. IX. 41. vbi rescriptum cum subscriptionibus episcoporum VIII.

Narbonense sub Reccaredo Gothorum in Hispania Rege, canones XV. subscriptiones episcoporum VIII. *Fabr.* [* *Narbonensis* concilii tituli veteres ex MSt. Luc. *Mansi* l. c. p. 1013. *Mart.*] Canones XV. exstant quoque in *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 385. et *Sirmond.* concil. Gall. tom. I. p. 399. add. *Walch.* l. c. p. 397. *Harl.*

590. *S. Gregorii* magni, papae decreta. 1. ad Leandrum episcopum Hispalensem de trina mersione baptismi (lib. 1. epist. 41.) 2. Synodus *Romana* [uu]) sub Gregorio, cum subscriptionibus episcoporum XXIII. et presbyterorum XXIII. 3. ad Secundinum inclusum, 4. ad Theoctistam Patriciam, 5. ad XI. interrogationes Augustini, Cantuariensis episcopi. Confer *Bedam* lib. 1. hist. Angl. c. 17. 6. Rescriptum ad Felicem episcopum Messanensem cum Felicis ad Gregorium epistola, vtraque commentitia, ex collectione Isidori Mercatoris. 7. Decretum Synodale XVII. capitulorum, quod editiones quaedam subiiciunt synodo Romanae supra memoratae, vt *Labbeus* p. 1587.

† Gregorii] Registrum siue XII. libros epistolar., quos integros adponunt regia et Labbeus; Harduinus quidem omisit, perinde vt Binius et alii ante eum concilior.

uu) *Labbeus* [et *Douiat.* l. c. I. p. 352. in recensione conciliorum romanor. a pag. 349-353.] referunt ad a. 595. Exstat inter Gregorii epistolas lib. IV. epist. 44.

cilior. editores. Atque saepius prodierunt inter Gregorii opera, ex quibus tantum lubet commemorare Romanam a. 1589. et recentissimas duas, vnam Petri Gussanvillaei a. 1675. et alteram eruditorum Monachorum Benedictinorum ord. S. Benedicti a. 1705. 4. volum. fol. de qua Acta Eruditor. a. 1706. p. 385. In hac postrema editione epistolae ordine temporis, quo scriptae sunt, digeruntur, additis obseruationibus criticis, quibus genuinae a spuriis dubiisque distinguantur. Antonii Dadini Alteserrae notas et obseruationes in libros XII. epistolar. [P] Gregorii laudat *Io. Launoius* VII. 1. epist. vbi, S. Medardi priuilegium, quod Harduino itidem omissum, Gregorio ante sexcentos annos suppositum esse, contra Alteserram euincit. Contra Launoium scripsit, sed eruditis non persuasit Robertus Quatremarius. *Fabr.* Libri IV. priores epistolarum Gregorii M. in collectione Mansiana tom. IX. exhibentur p. 1029. sqq. Nouiter accessit l. I. post nr. 34. Gregorii epistola ad Petrum subdiaconum p. 1055. — Reliquos libros epp. continet tom. decimus p. 1-144. *Mart.*

Edit. Regiae tomus XIV. [Edit. Mansi tom. X.]

[* Epistolis Gregorii accessit: Rescriptum Gregorii ad Augustinum in Saxoniam Transmarinam directum, e MSt.-Luc. cum praemonitione *Mansi* vol. X. p. 415.

* Canones a Gratiano aliisque, Gregorii nomine dati, cum *Mansi* praemonitione et notis ib. p. 438. *Mart.*]

A. C. 590. *Hispalense* concilium I. capitula tria, in epistola ad Pegasium episcopum missa, cum subscriptionibus Leandri et aliorum episcoporum VII. [*Aguirre*, concil. Hisp. tom. II. p. 390.]

† Fragmenta XI. quae ex concilio Hispalensi, (incertum quo,) citantur a Burchardo et Iuone.

†† Suggestio *episcoporum Istriae*, qui pro tribus capitulis ab ecclesia Romana dissidebant, ad Mauricium imp. edita a *Baronio* ad a. 590. n. 28. cum subscriptionibus episcoporum X. et *Mauricii* imp. epistola ad Gregorium papam. Confer Pelagii II. papae epistolas ad episcopos Istriae, de quibus supra ad a. 577. [v. Baron. Pagii et Mansii annal. eccles. tom. X. p. 500. et *Walch*. l. c. p. 399. *Harl.*]

Concilium *Romanum*, hinc a Gregorio celebratum, colligunt Baronius, Binius, Labbeus p. 1592.

Concilium *in confinio trium ciuitatum* aduersus Tetradiam, quae Eulalii comitis vxor fuerat, de quo Gregorius Turonensis X. 8. historiae Francorum.

Pictauense, in quo monasterii Pictauensis caussa inter Chrodieldem et abbatissam ab vtriusque regni, Guntramni et Childeberti, episcopis iudicata, ex Gregorio Tur. X. 16. Ternos ex quolibet regno interfuisse Sirmondus coniicit.

Metense,

Metense, in quo Aegidius Remorum episcopus ob crimen maiestatis, obtenta vita, episcopatu deiectus est, Chrodieldis et Basina in communionem receptae; ex Gregorio Tur. X. 19. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. p. 398. sq. §. CV. citat *Gregor: Turon.* hist. Franc. lib. IX. cap. 39. 40. et 20. atque *Sirmond.* concil. Gall. tom. I. p. 397. 404. *Harl.*

[* De synodo *Maranensi* aliisque in caussa Seueri Gradensis adnotatio *Mansi* X. p. 467. *Mart.*]

[* Concilium *Salonitanum* in Dalmatia a. 591. celebratum: *Mansi* ib. p. 469. *Mart.*] Item *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 459. et *Bower* Histor. der Päpste, tom. III. p. 562. *Harl.*]

A. C. 591. Conuentus *Nemptodorensis*, (al. Nemetodorensis,) in quo baptizatus est Clotarius rex puer, susceptusque de sacro fonte a Guntramno patruo suo, rege. Vide *Gregorium Tur.* X. 28. [Sed nomine *concilii* insigniri non potest. *Harl.*]

592. *Caesaraugustani* concilii de reliquiis haereseos Arianae abolendis, canones III. cum subscriptionibus episcoporum XI. et diaconorum II. vicem episcoporum agentium. *Fabr.* [* Veteres tituli concilii Caesaraugustani ex vet. cod. Luc. *Mansi* l. c. p. 471. *Mart.*]

[?] Consensus Artemii *Tarraconensis*, et aliorum trium episcoporum de fisco *Barcinonensi*. [*Aguirre* concil. tom. II. p. 414.]

Conciliabulum *Numidiae* a S. Gregorio reprobatum. cuius vide lib. 3. epist. 7. *Fabr.* [* In synodum Numidiae censura *Mansi* X. p. 473. *Mart.*]

*594. *Cabilonense* concilium, de ordine psallendi in monasterio S. Marcelli seruando, qualis ad sepulchrum S. Martini et in monasteriis S. Vincentii Parisiis et S. Dionysii seruabatur. Vide *Labbeum* p. 1834. ex *Aimoino* lib. 3. histor. Franc. c. 81.

[* Synodus Africana, forte *Carthaginiensis*, in Donatistas, a. 594. vel 595. habita; *Mansi* l. c. p. 475. [et in suppl. conc. I. p. 459.] *Mart.*] Sed, num Carthagine de violenta Donatistarum exstirpatione concilium sit habitum, *Walchio* in: Entwurf. p. 402. nondum omnino certum esse videtur. *Harl.*]

[* Synodus Persica, forte *Seleuciensis*, Nestorianorum, qua errores quidam Manichaeorum damnantur, a. C. 596. celebrata, (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 1. p. 448.) *Mansi* p. 480. [et supplem. conc. I. p. 459.] *Mart.*]

595. *Romanum II.* sub Gregorio lib. IV. epist. 44. vide supra ad a. 590. [v. *Walch.* Entwurf. p. 402.]

597. *Toletanae* sub Reccaredo rege synodi canones II. cum subscriptionibus XIII. episcoporum, pro supposititiis habentur a Ioh. Baptista Perezio. [v. *Aguirre* l. c. II. p. 416. aliosque a *Walch.* l. c. memoratos, p. 403.]

A. C. 598. *Oscense* in Hispania, canones II. Mentio in concilio Egarensi a. 614. [v. *Aguirre* l. c. p. 417.] [* Veteres tituli concilii *Oscensis*: *Mansi* l. c. p. 480. *Mart.*]

599. *Barcinonense*, canones IV. cum subscriptionibus episcoporum XII. [v. *Aguirre* l. c. II. p. 418.]

[* *Senonense* concilium in Gallia, circa a. 601. *Mansi* p. 486. *Mart.*] *Walch.* in: Entwurf. p. 405. adnotat, *Mansi* not. ad Baron. tom. XI. p. 23. et supplem. concil. I. p. 461. ex vita S. Betharii in actis SS. tom. I. Aug. p. 171. id concilium, (neque vero plane indubitatum,) collegisse. *Harl.*]

601. Decretum Gregorii papae in synodo *Romana III.* de libertate monachorum, cum subscriptionibus, (quae in Regia edit. desiderantur,) episcoporum XX. presbyterorum XIV. et diaconorum IV. Confer *Gregorii M.* lib. 7. epist. 18.

Concilium *Romanum IV.* contra Andream, graecum hominem, impostorem et falsarium. Vide *Gregorii* lib. 9. epist. 69. ad Eusebium Thessalonicensem.

Wigorniense in Anglia, ab Augustino, primo Dorobernsiae siue Cantuariae archiepiscopo, Ethelberti regis adiutorio conuocatum. Vide *Bedam* lib. 2. hist. Anglicanae c. 2. [conf. *Wilkins* concil. M. Brit. tom. I. p. 24. sqq. *Harl.*]

602. *Byzacenum* in Africa, contra Clementinum primatem, grauium criminum reum. *Gregor. M.* lib. 10. epist. 35.

Eulogii patriarchae Alexandrini epistola synodica ad Gregorium papam, circa hoc tempus scripta, exstat apud *Photium* in bibliotheca cod. CCXXX.

603. *Cabilonense*, in quo S. Desiderius episcopus Viennensis, Brunichilde regina instigante, exauctoratus est. De quo Fredegarius adpendice ad Gregorium Turonensem, cap. 24.

[P] Concilium *Numidiae* in caussa Donadei diaconi et Paulini episcopi. Vide *Gregorium M.* lib. 10. epist. 8. et 31.

† 605. *Cantuariense*, praesente rege Ethelberto, ad confirmandum SS. Petri et Pauli monasterium, primum omnium in Anglia. Vide, quae ex Thoma Spott siue Sprott, (qui circa a. 1274. scripsisse a Pitseo traditur,) *Labbeus* p. 1614. *Fabr.* *Walch* l. c. pag. 406. valde dubium esse contendit, num id Cantuar. concilium nomen concilii veri mereatur: et citat *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. pag. 28. ac tom. IV. pag. 732. *Harl.* [* Ad concilium *Cantabrigiense* additio, (ex *Wilkins* concil. M. Brit. tom. IV. adpend. *Mansi* l. c. p. 497. *Mart.*]

[* Synodus *Londinensis*, ab Augustino et coëpiscopis habita, qua nuptiae in tertio necessitudinis gradu et quae cum foemina velata componuntur, infectae iudicatae sunt, circ. a. 605. *Mansi* l. c. p. 495. *Mart.*] *Walch.* in: Entwurf. p. 406. incerta esse ea videtur, et, *Wilkins* l. c. tom. I. p. 29. eam ex epistola quadam

Bonifacii

Bonifacii ad Zachariam, papam, collegisse adnotat, atque comparat *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 463. *Harl.*]

[* Synodus *Persica* Nestorianorum, in qua de fide aliisque, ad disciplinam spectantibus, cautum est, (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. p. 465.) *Mansi*. l. c. p. 499. *Mart.*] et *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 465. *Harl.*]

†A. C. 606. *Romanum*, LXXII. episcoporum, de modo eligendi pontificem, memoratur ab Anastasio in vita Bonifacii III. [v. *Baron.* annal. eccles. tom. XI. p. 82.]

610. *Bonifacii IV.* papae decretum, promulgatum in concilio *Romano*, quod monachis sacerdotalia officia suscipere liceat. Ediderat *Holstenius* tom. I. collect. Romanae p. 242. *Labbeus* p. 1619. et *Harduinus* p. 544. aliam etiam ex vetustissimo codice editionem exhibent.

*Eiusdem Bonifacii epistola ad Athelbertum regem Anglorum, ex eodem *Holstenio* pag. 246.

Toletanum, de primatu ecclesiae Toletanae, cum XV. episcoporum subscriptionibus. Suggestiones Sesuldi, Sunilani, Ioannis, Viuendi et Ermegeldi, et decretum Flauii Gundemari regis, cum eiusdem et Isidori Hisp. et XXV. praeterea episcoporum subscriptionibus. *Fabr.* [* Ad concilium *Toletanum* adnotatio critica *Mansi* l. c. p. 511. *Mart.*] conf. *Mansi* supplem. concil. tom. I. pag. 467. *Florez* Espanna sagr. tom. VI. p. 158. sq. et alios in *Walchii* Entwurf. pag. 408. sq. vbi etiam adnotatur, *Ferreram* in histoir. gener. d'Espagne tom. II. p. 272. aliosque errare, qui in controuersia de primatu eccl. Toletanae duo Toleti concilia fuisse habita, autument. *Harl.*

† *Garsiae Loaisae* tractatus de primatu ecclesiae Toletanae. *Labbe* p. 1626–1644. vv) Eiusdem Loaisae notas ad concilium, tum hoc, tum alia Hispanica Labbeus et regia semper exhibent, Harduinus omittit.

614. *Egarense* concilium, sub Sisebuto Hisp. rege: Constitutio vnica, subscriptiones episcoporum XII. presbyteri vnius et vnius diaconi, qui episcoporum vice interfuere.

*† *Steph. Baluzii* diss. de episcopatu Egarensi. [Et in *Aguirre* conc. Hispan. II. p. 457. et 459.]

Deusdedit papae supposititia epistola ad Gordianum ww), Hispalensem episc. vt, qui proprios filios de sacro fonte suscipiunt, ab vxoribus separentur: et ne commatrem quis suam in vxorem accipiat. *Fabr.* [* Ad decreta *Deusdedit* papae adpendix

vv) Illum Tractatum et partem ex Thomasii libro de benefic. lib. I. cap. 38. reperiri quoque in *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 433. obseruat *Walch.* l. c. *Harl.*

ww) Tunc non Gordianus, sed Isidorus erat episcopus Hispalensis.

pendix *Mansi* X. p. 537. Ineſt decretum de electione romani pontificis ex collectione Vdalrici Bambergenſis ap. *Eccard.* corp. hiſtor. medii aeui, tom. II. col. 188. quod tamen haud dubie ſpurium eſt et fictitium. *Mart.*

* In epiſtolam *Deusdedit* papae ad Gordianum Hiſpal. adnotatio critica *Mansi* ib. pag. 537. *Mart.*]

circa A. 615. *Pariſienſis V.* concilii capitula XV. ex Sirmondi editione. (Subſcriptiones LXXIX. epiſcoporum deſiderantur.) Edictum Clotarii II. regis pro confirmandis ſtatutis ſynodi. *Fabr.* [* Ad concilium *Pariſienſe* a. 614. adnotatio hiſtorico chronologica *Mansi.* ib. pag. 545. *Mart.*] et in ſupplem. concil. tom. I. p. 467. *Walch* in: Entwurf pag. 409. ſq. de concilio Pariſ. a. 615. (ad quem an. etiam *Douiat.* l. c. I. pag. 338. id refert,) et ſequenti loci incerti, a. 616. citat *Lecointe* annal. eccles. Franc. tom. II. p. 667. ſq. *Ceiller* hiſtoir. des auteurs tom. XVII. p. 779. et alios. *Harl.*

[?] Ex ſynodo *incerti loci*, ſuperiorem ſynodum confirmantis, canones XV. in fine mutili.

† 617. *Bonifacii V.* papae epiſtolae 1) ad Iuſtum, nuper Roffenſem, nunc Cantuarienſem epiſcopum, Melliti ſucceſſorem. 2) ad Edwinum regem Anglorum, quem ad fidem chriſtianam exhortatur. 3) ad Edeburgam, Edwini regis coniugem. *Fabr.* [* Ad epiſtolas *Bonifacii* V. adpendix. *Mansi* X. p. 553. (Epiſtola ad Iuſtum archiepiſcopum Cantuarienſem.) *Mart.*]

Cantianum concilium in Anglia habitum a Laurentio Cantuarienſi, Mellito Londinenſi, Iuſto Roffenſi: in quo decretum eſt, vt propter Saxonum barbarorum ſaeuitiam et apoſtaſiam omnes hi epiſcopi Britanniam abdicarent. Ita *Beda* lib. 2. hiſt. Anglor. cap. 5. *Fabr.* Neque vero illum trium epiſcoporum conuentum concilium verum fuiſſe, animaduertit *Walch.* l. c. p. 410. et citat *Wilkins* concil. Britann. tom. I. p. 30. *Harl.*

619. *Hiſpalenſe* ſecundum **), tempore Siſebuti regis. Actiones ſiue Conſtitutiones XIII. quarum vltima aduerſus Eutychianos, qui paſſibilem in Chriſto diuinitatis ſubſtantiam praedicabant. Subſcribit Iſidorus Hiſp. cum aliis epiſcopis ſeptem. *Fabr.* [* Ad concilium *Hiſpalenſe* I. additio. *Mansi* l. c. pag. 569. Ad an. 617. illud reuocandum cenſet. *Mart.*] Ad a. 618. *Walch* l. c. p. 410. ſq. qui adpellat *Aguirre* concil. Hiſpan. tom. II. p. 462. *Baron.* *Pagii* et *Mansi* annal. eccles. tom. XI. p. 172. etc. ad an. 619. Hiſpalenſe II. *Douiat.* l. c. I. p. 347. *Harl.*

Honorii I. papae epiſtola ad Sergium CPol. et alterius fragmentum exſtant cum Sergii ad Honorium in geſtis ſextae ſynodi a. 681. actione 12. et 13.

† Eiusd.

**) Iuoni part. I. cap. 195. Bracare-

† Eiusd. Honorii epiſtola 1. ad Iſaacium Rauennatem exarchum, 2. ad epiſcopos Venetiae et Iſtriae de Fortunato Gradenſi patriarcha deiecto et Primogenito in eius locum ſubrogato, 3. ad Eduinum regem Angliae, ex Bedae lib. 2. hiſtor. Angl. c. 17. 4. ad Honorium Dorouernenſem epiſc. ex eodem Beda lib. 2. c. 18.

*† 5. ad Iohannem, Andream, Stephanum et Donatum epiſcopos per Epirum conſtitutos, 6. ad Sergium ſubdiaconum. *Fabr.* [* Ad epiſtolas Honorii adpendix *Manſi* l. c. pag. 583. (Epiſtola ad *Honorium*, Cantuar. archiepiſcopum, et alia quaedam ex Burchardo, Iuone etc. praeeuntibus Ballerin. tom. III. Opp. Leonis.) *Mart.*]

A. C. 627. *Matiſconenſe* concilium yy), in quo regula beati *Columbani* ab Agreſtini calumniis per Euſtaſium abbatem Luxouienſem defenſa atque approbata eſt. Vide, quae Sirmondus ex Iona Scoto monacho in vita Euſtaſii apud Surium et in actis Sanctor. 29. Mart. *Fabr.* [* Ad *Matisconenſe* concilium adnotatio critica *Manſi*. X. p. 589. Intra annos 616 – 624. illud celebratum eſſe contendit. *Mart.*] Add. *Manſi* ſupplem. concil. tom. I. p. 473. Ad a. 623. aut 624. id refert *Walch*. l. c. pag. 411. *Harl.*

[Idem *Walch*. ib. pag. 411. ſq. inſerit ſynodum multorum epiſcoporum Armenior. aliorumque, etiam graecorum et ſyror. praeſulum ſacrorum ſ. Theodoſiopoli ſ. Charni in Armenia a. 622. habitam ad Eutychianos reconciliandos; atque concilium Chalcedon. fuit confirmatum: isque prouocat ad *Galanum* in conciliat. eccleſ. Armen. part. I. p. 15. ac part. II. tom. I. p. 28. atque ad *Caueum* in hiſtor. litterar. SS. eccl. vol. I. p. 602. *Harl.*]

* 628. *Clipiacenſe*, cuius meminit *Aimoinus* lib. 5. hiſt. Francor. c. 15. anno quadrageſimo quarto regni Clotarii. Clipiaci, vulgo Clichy. *Harduin.* *Fabr.* [* Ad *Clipiacenſe* concilium adnotatio critica *Manſi* l. c. p. 591. Ad a. 627. illud collocandum putat. *Mart.*] Id vero concilium falſum eſſe, idque *Manſi*. ſuppl. concil. I. p. 473. commonſtraſſe, iudicat *Walch*. Entwurf. p. 412. *Harl.*

[†] 630. *Remenſe* zz) Dagoberti regis, et Sonnatii Remenſis epiſcopi temporibus. Canones XXV.

Statuta ſynodalia XXI. quae eidem Sonnatio tribuuntur, aliis videntur aeuum poſterius ſapere, vt Labbeus et Harduinus adnotarunt. *Fabr.* [* Canones additi ex Burchardo, Iuone et Gratiano: *Manſi* X. p. 600. *Mart.*]

A. C. 633.

yy) *Cointius* tom. II. annal. Francor. pag 729. refert ad a. 623. *Mabillonius* ſec. 2. Benedictin. pag. 119. ad a. 624.

zz) *Labbeus* refert ad a. 624. idque promiſit, ſe in amplioribus notis probaturum, ſed quae lucem non viderunt. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. pag. 412. ſq. id infra a. 625 – 630. ponit, et plures VV. DD. excitat. *Harl.*

A. C. 633. *Alexandrinum* conciliabulum, a Cyro Alexandrino coactum. Exstant gesta et epistola synodica cum nouem capitulis in sexta synodo a. 681. actione 13. *Fabr.* [* Ad concil. *Alexandrinum* adnotatio chronologica *Mansi* l. c. p. 605. *Mart.*]

Conciliabulum *CPolitanum* Sergii, aliaque habita a Monothelitis, et synodi contra Monothelitas celebratae, quas Labbeus hoc loco refert ex auctore veteris Synodici c. 123. ad 132. supra p. 244. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 409.

**Clipiacense II.* quod ex charta Dagoberti regis obseruauit Sirmondus. Vide *Harduin.* p. 2085. *Labbeum* p. 1854.

Toletanum IV. tempore Sisenandi regis, canones LXXV. et subscriptiones episcoporum LXII. Confirmatur in synodis Toletanis an. 638. et 653. De Iudaeis can. 57-66. *Fabr.* Canones etiam editi sunt in *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 477. Sed *Walch.* in: Entwurf. p. 414. §. XXII. (quem confer,) adnotat, apud illum et in *Harduin.* concil. tom. III. p. 575. sqq. canones haud carere vitiis, et haec a *Mansi* in suppl. conc. I. pag. 475. obseruata fuisse. *Harl.* [Ad an. 630. refert *Walch.* l. c. p. 415. synodum in *Scotia* habitam, citatque *Vsher.* antiquit. eccles. Britann. pag. 482. et *Pagii* critic. annal. Baron. tom. IX. pag. 298. *Harl.*]

[Canones (XX.) 318. deiferorum patrum, *Nicaeae* congregatorum sub consulatu Paullini et Iuliani a. 636. ab Alexandro, in Pandectis canonum *Beueregii* tom. I. p. 58-84. et *Florentiae* in cod. bibl. Laurent. VIII. nr. 14. plut. 9. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. vol. I. p. 397. *Harl.*]

634. *Aurelianense,* *) in quo haereticus graecus a Saluio episcopo Valentino superatus est et Gallia pulsus: vti refertur a *S. Audoeno* in vita S. Eligii Nouiomensis lib. 1. c. 34. Saluius ille martyr adpellatur in actis S. Audoeni, scriptis a *Fredegodo* apud Surium 24. August. [add. *Mansi* suppl. concil. I. p. 477. *Harl.*]

†† 636. *Clipiacense III.* Kalendis Maii, cuius mentio est in vita S. Agili abbatis apud *Mabillon.* saeculo 2. Benedictino p. 323.

**Dagoberti* regis epistola ad Sulpitium Bituricensem episcopum apud Labbeum p. 1855. et Harduin. p. 2085.

638. *Toletanum V.* initiis Chintilae regis, pro regia maiestate tuenda. Canones XI. subscriptiones episcoporum XXII. et presbyteri vnius vniusque diaconi, qui vicem gerebant episcoporum. [v. *Aguirre* conc. Hispan. tom. II. p. 507. aliosque ap. *Walch.* l. c. p. 415. sq. ad a. 636. referentem. Huic anno etiam adsignat *Douiat.* l. c. I. p. 343. et canones nouem compositos fuisse scribit. *Harl.*]

Regis Chintilae edictum pro confirmatione huius synodi.

**Pari-*

a) *Labbeus* p. 1835. refert ad a. 645.

*Parisiense, quod ex charta Dagoberti regis Sirmondus obseruauit. Vide Harduin. p. 2086. Labbeum p. 1856.

Toletanum VI. capitula XIX. subscriptiones episcoporum [?] XLVII. presbyterorum III. diaconorum II. agentium episcoporum vicem. [Aguirre l. c. II. pag. 512. et Walch. l. c. p. 416. sq. Harl.]

*†Commemoratio de papae Seuerini legatis, quid CPoli gesserint, ex S. Maximi confessoris epistola ad abbatem Thalassium. Ediderat Sirmondus cum Anastasii bibliothecarii collectaneis.

Ecthesis sub Heraclii imp. nomine promulgata a Sergio CPol. legitur graece et lat. in actis concilii Lateranensis a. 649. in tertio secretario.

A. C. 639. Conciliabuli CPolitani Monothelitarum, in quo ecthesis illa confirmata fuit, extant gesta in eodem concilio Lateranensi, in tertio seretario. [iterum confirmata in concilio CPolitano a Pyrrho patriarcha, a. 640. habito. Harl.]

640. Iohannis IV. papae epistola 1. ad episcopos et presbyteros Scotiae, 2. ad Constantinum imp. Heraclii filium, apologiam continens pro Honorio papa, †* 3. ad Isaacum Syracusanum episc. Fabr. [*Ioannis IV. epistola ad Bulcredum, regem Saxonum; Mansi X. p. 687. Mart.]

†Diffloratio ex epistola S. Maximi ad Marinum presbyterum, pro Honorio, et ex epistola ad Petrum illustrem, vbi de Pyrrho, Sophronio Hierosol. et Honorio. Ex edit. Sirmondi.

*†Anastasii bibliothecarii epistola ad Ioannem diaconum vrbis Romae; et excerptum ex epistola S. Maximi ad Martinum presb. Cyprium de processione Spiritus S. [conf. supra ad vol. X. p. 606. Harl.]

De Romano concilio illo tempore habito aliisque aduersus ecthesin Heraclii et Monothelitas, ita Theophanes ex Goari versione: Ioannes Romanus praesul collecto episcoporum concilio, Monothelitarum haeresin anathematizauit: similiter et in Africa penes Byzacium, Numidiam et Mauritaniam diuersi episcopi conuenientes, Monothelitas perculerunt. Confer infra ad a. 646.

642. Theodori I. papae epistola 1. ad Paulum patriarcham CPol. (synodicae eius respondens,) cum exemplari propositionis CPolin transmissae aduersus Pyrrhum Monothelitam, 2. ad episcopos, qui consecrauerunt Paulum CPol. Vtraque ex collectaneis Anastasii bibliothecarii vulgatis a Sirmondo, quae praeter editiones, laudatas a me volum. IX. huius bibl. p. 636. recusa etiam sunt in bibliotheca Patrum edit. Lugd. tomo XII. p. 831.

†Disput. S. Maximi cum Pyrrho, graece cum Franc. Turriani [?] versione. De aliis huius scripti editionibus dixi vol. IX. huius bibl. p. 646. sqq. vbi etiam de ceteris eiusdem Maximi Monothelitarum mallei scriptis ac monumentis.

A. C. 645. *Aurelianense*, vide supra ad a. 634. *Fabr.* [*Ad concilium *Aurelianense* adnotatio chronologica *Mansi* X. p. 761. (Annum 641. illud praecessisse defendit.) *Mart.*]

[*Synodus *Nisibensis* Nestorianorum circa a. 645. habita; ex *Assemanni* biblioth. orient. tom. III. p. 142. *Mansi* X. p. 761. *Mart.*] et *Mansi* supplem. concil. I. p. 477. *Harl.*]

646. Concilii *Numidiae* sub Columbo, *Mauritaniae* sub Reparato, *Byzaceni* sub Stephano, et *Carthaginiensis* Gulosi (Probi et aliorum episcoporum LXVIII.) epistolae synodicae ad imp. Constantem, ad Paulum CPol. et Theodorum papam, exstant in actis synodi Lateranensis a. 649. secretario 2.

Toletanum VII. anno quinto Chindesuindi regis. Canones VI. subscriptiones episcoporum XXVIII. et presbyterorum abbatumque ac diaconorum vicariorum XI. *Fabr.* In *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. p. 522. Add. *Walch.* l. c. p. 418. sq. qui citat *Ferreras* histoir. gener. d'Espagne II. p. 321. et *Florez* Espanna sagrada tom. VI. p. 180. ibique varias narrationes esse emendatas, adnotat. *Harl.*

De visione *Taionis* Caesaraugustani episcopi, qua libri moralium Gregorii M. ipsi indicati sunt. Confer *Rodericum Toletanum* lib. 2. cap. 19. et *Baronium* a. 649. n. 80.

648. Typus a *Constante* imp. suasu Pauli CPol. promulgatus, quo Monothelitis eorumque aduersariis silentium iniungitur. Exstat et improbatur in secretario siue actione 4. concilii Lateranensis a. 649.

Concilium *Romanum* contra Paulum et Pyrrhum. Vide Anastasium in vita Theodori papae, synodic. vet. c. 131. et *Labbeum* p. 1846. [*Bower* Hist. der Päpste, tom. IV. p. 79.]

† *Siggyberti* Metensium regis epistola ad Desiderium Caturcensium episcopum, qua sine sua scientia synodale concilium in regno suo agi prohibet. Edita haec epistola 79. inter Francicas a Marquardo Frehero et Andrea Duchesnio.

[*Pseudo-synodus *Thessalonicensis* gemina, a Paullo, eius vrbis episcopo Monothelita, c. a. 649. celebrata; *Mansi* X. p. 785. *Mart.*] id. *Mansi* in supplem. concil. I. p. 483. *Harl.*]

Editionis Regiae tom. XV. et Labbei tomus VI.

649. *Martini* papae epistolae XVII. ex quibus vndecim, (tertia vsque ad decimam tertiam,) graece etiam a Labbeo primum, et deinde ab Harduino additae sunt. 1. Encyclica ad omnes fideles, gr. et lat. 2. ad Amandum Traiectensem, latine: (vtraque in fine actionis quintae proximi Lateranensis concilii.) 3. ad Constantem imp. 4. ad ecclesiam Carthag. 5. ad Iohannem episcopum Phila-

Philadelphiae. 6. ad Theodorum episcopum Esbuntiorum in Arabia. 7. ad Anthonium [?] Bucathorum, in Palaestina prima episcopum. 8. ad Georgium archimandritam monasterii S. Theodosii. 9. ad Pantaleonem. 10. ad Petrum illustrem virum. 11. ad ecclesiam Hierosolymitanam et Antiochenam. 12. ad Paulum Thessalonicensem episcopum, qui Romanae sedis apocrisiarios in haeresin Monotheliticam induxerat. 13. ad ecclesiam Thessalonicensem de Pauli damnatione, et de eius haeresi fugienda. Quae sequuntur, latine tantum, ex editione Sirmondi in collectaneis Anastasii bibliothecarii. 14. et 15. ad Theodorum, cum commemoratione eorum, quae saeuiter acta sunt a veritatis aduersariis cum Martino papa. 16. et 17. ad quemdam sibi carissimum de exsilii sui calamitate.

[* *Gallicana* synodus, forte *Parisiensis*, a. 649. contra Monotheletas: *Mansi* X. p. 863. *Mart.*] ib. in *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 485. sed haec synodus valde dubia esse videtur *Walch.* in: Entwurf. p. 422. not. 3. *Harl.*]

Acta *Lateranensis* concilii celeberrimi, sub Martino papa aduersus Monothelitas habiti, πράξεις actiones siue secretarii 5. graece et latine. Graeca e MS. codice a Labbeo primum, ac deinde ab Harduino addita sunt. Indicem scriptorum et epistolarum, quae in his actis vel adferuntur vel citantur, dedi vol. X. huius bibl. p. 185. sq. In hoc concilio non modo Cyrus, Sergius, Paulus et Pyrrhus condemnati, sed etiam proscriptus *Constantis* imp. *typus*, vt iam dixi ad a. 648. Actionem quintam claudunt canones XX. cum subscriptionibus episcoporum CV. *Fabr.* De concilio *Lateranensi* multus est *Walch.* l. c. p. 419. sqq. ibique et in Historie der Päpste p. 151. plures citat VV. DD. In b. *Bernensis* cod. sunt duo fragmenta concilii Lateran. v. *Sinner.* catal. codd. MSS. bibl. Bernensis p. 106. et 107. *Harl.*

A.C. 650. [b]) *Cabilonensis* concilii a Clodoueo II. euocati, canones XX. cum subscriptionibus episcoporum XXXVIII. abbatumque et archidiaconorum VI. episcoporum vice, et epistola concilii ad Theodosium episcopum Arelatensem. *Fabr.* [* Canones, qui non leguntur in editis conciliorum Cabilonensium, sed hoc titulo apud vett. collectores inscribuntur, *Mansi* X. p. 1196. et p. 1197. eiusd. ad concilium Cabilonense adnotatio chronologica. Non serius, quam a. 643. vel sequenti 644. illud celebratum esse putat. *Mart.*]

653. *Toletanum VIII.* anno quinto *Reccesvinthi* regis, cuius epistola nec non decretum et lex, canonibus XIII. adiungitur, cum subscriptionibus episcoporum LII. abbatum XII. vicariorum episcoporum X. et virorum illustrium XVI. Canon

b) *Carolus le Cointe* annal. eccles. Franc. tom. III. p. 230. refert ad a. 644. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. p. 423. ad a. 649. sed in not. 1. obseruat, alios referre ad a. 650. 664. sed optimos scriptores ad a. 644. idem in not. 3. citat *Mabillon* annal. ord. Benedictin. lib. XIII. §. 29. *Mansi* suppl. concil. I. p. 479. *Ceiller* histoir. des auteurs, tom. XVIII. p. 820. etc. *Harl.*

non 12. de Iudaeis: canon 1. ſymbolum Nicaenum repetit et adprobat. [v. *Aguirre* concil. Hiſpan. tom. II. p. 553. et *Walch.* Entwurf etc. p. 423. ſq.]

† Placitum Iudaeorum Toletanae ciuitatis atque Hiſpaniae ad regem Receswinthum, editum a Baronio ad a. 653. n. 5. in quo Chriſto ſe nomen dare profitentur, ſimilisque placiti ſub Cinthilano rege a ſe conſcripti mentionem faciunt.

[P] † In notis Garſiae Loaiſae ad concilium Toletan. quas Harduinus malo more omiſit, exſtat etiam *Iſidori* Hiſp. epiſtola ad Leudefredum epiſcopum Cordubenſem de officiis eccleſiaſticis, ex codice MS. bibl. Laurentianae.

† Relatio factae motionis inter Domnum *Maximum*, monachum, et ſocium eius coram principibus in ſecretario. Ex collectaneis Anaſtaſii bibliothecarii a Sirmondo editis.

[* Synodus *Seleucienſis* Neſtorianorum ad ſchiſmaticos damnandos, circ. a. 654. celebrata, (ex *Aſſemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. p. 186.) *Manſi* X. p. 1243. [et in ſupplem. concil. I. p. 487.] *Mart.*]

[Edit. Manſi tomus XI.]

A. C. 655. *Toletani IX.* concilii canones XVII. ſubſcriptiones epiſcoporum XVI. abbatum VIII. vicarii epiſcopi vnius, et virorum illuſtrium officii palatii quatuor. [*Aguirre* concil. Hiſpan. II. p. 573. et *Walch.* l. c. p. 424. ſq.]

656. † *Vitaliani* papae epiſtolae 1. ad Paulum archiepiſc. Cretenſem, 2. ad Vaanum, cubicularium imperatoris, 3. ad Paulum Cretenſem, 4. ad Georgium epiſcopum Syracuſanum, 5. ad Oſwi, regem Nordanhumbrorum, papae de paſchate iudicium expetentem, 6. ad monachos Siculos. *Fabr.* [* Ad epiſtolas Vitaliani papae adpendix. — Epiſtola ad Floriacenſes; — ad Chlodouaeum, Francorum regem; — ad omnes epiſcopos; — ad Theodorum, archiepiſcopum Cantuarienſem; *Manſi* l. c. p. 41. *Mart.*]

Concilium *Toletanum X.* canones ſeptem, cum decreto pro Potamio epiſcopo Bracarenſi (in quo adfertur aliquid ex concilii *Valentini* titulo IV.) et alio decreto de teſtamento Recimiri, Dumienſis epiſcopi. Subſcriptiones epiſcoporum XX. et vicariorum epiſcoporum V. *Fabr.* v. *Aguirre* concil. Hiſpan. II. p. 574. *Florez* Eſpanna ſagrada, tom. VI. pag. 195. teſte *Walch.* l. c. pag. 425. ſq. *Harl.*

† Tomus continens relationem de dogmatibus et controuerſiis, quae motae ſunt inter *S. Maximum* et Theodoſium epiſcopum Caeſareae Bithyniae, ex collectaneis Anaſtaſii quae Sirmondus edidit.

[* Conci-

[* Concilium *Gallicanum* incerti loci, forte ſpurium, ſub Vitaliano papa habitum, circ. a. 658. (ex Pſeudo-Anaſtaſii epitome chron. Caſin. in *Muratorii* ſcriptt. rerum italic. tom. II. part. 1.) *Manſi* XI. p. 59. *Mart.*]

A. C. 658. *Namnetenſe* concilium, de quo *Flodoardus* lib. 2. hiſtor. c. 8. *Fabr.* *Namnetenſe* id vocat *Douiat.* l. c. I. p. 370. adnotatque, plerosque id multo recentius facere; certe tamen ante a. 900. celebratum ſuadere eius quaedam capita in VII. Capitularium librum relata, eiusque canones XX. fuiſſe. *Harl.*

Priuilegium libertatis,[c]) monaſterio *S. Dionyſii* conceſſum a *Landerico* epiſcopo Pariſiacenſi anno XL. Cludouici, cum ſubſcriptionibus eiusdem Landerici et epiſcoporum XXIV.

659. Conuentus *Clipiacenſis*, de quo Aimoinus lib. 4. hiſt. Francorum c. 41. et praeceptum *Clodouei II.* regis pro libertate monaſterii S. Dionyſii.

664. Synodus ſiue Collatio *Pharenſis* in Anglia, rogatu Hildae abbatiſſae, ſub Nordanhumbrorum regibus Oſwio patre et Alchfrido filio, in qua acerrime contenditur de ritu celebrandi paſchatis, de tonſura ſacerdotum et de aliis rebus eccleſiaſticis, [P] praeſente Alchfrido rege filio, Oſwio rege patre etc. Confer *Bedam* lib. 3. hiſt. eccl. c. 25. [et *Wilkins* concil. Britann. tom. I. p. 41.]

666. Concilium *Emeritenſe* in Hiſpania, capitula XXIII. ſubſcriptiones epiſcoporum XII. [*Aguirre* conc. Hiſpan. II. p. 625.]

[* Concilium *Cretenſe*, a. 667. in cauſſa Ioannis, Lariſſae epiſcopi; *Manſi* XI. pag. 100. [et in ſuppl. concil. I. p. 501.] *Mart.*]

667. De concilio Romano in cauſa Iohannis, Lappenſis in Creta epiſcopi, mentio in *Vitaliani* papae epiſt. 1. et 3. [*Cornar.* Cret. ſacr. part. II. p. 200. et 251.]

Adeodati papae epiſtola ad epiſcopos Galliae de priuilegio, quod conceſſum abbati monaſterii *S. Martini Turonenſis*. Ediderunt Maſſonus, Baronius, Sirmondus, Binius et Monſuyerius. *Fabr.* [* Ad epiſtolas Adeodati papae adpendix: *Manſi* XI. p. 103. Bulla pro coenobio S. Petri et Paulli. *Mart.*]

[*Conſtantinopoli* num in cauſſa Maximi, aduerſarii Monotheletarum, qui CPoli quidem eſt condemnatus, duae ſynodi, proprie dictae, ſint habitae, quamquam *Manſi* in ſupplem. concil. I. p. 487. ſqq. id haud omnino improbabilibus argumentis euincere ſtuduit, altioris tamen eſſe indaginis, iudicat *Walch.* in: Entwurf. p. 427. *Harl.*]

A. C. 669.

c) Γνησιότητα eius in dubium vocauit Io. Launoius, ſicut etiam San-Germanenſis, San-Medardenſis priuilegii et Turonenſis S. Martini, aliorumque.

A. C. 669. *Clotarii III.* regis praecepta duo de fundatione et immunitate monasterii *Corbeiensis.* Priuilegium libertatis monasterio eidem concessum a Bertefrido episcopo Ambianensi, cum subscriptionibus episcoporum XVI. Theodorici regis Francorum praeceptum, quo confirmat electionem Eremberti, abbatis Corbeiensis.

† *Marculfi* d) formula de priuilegio et concessio legis ad priuilegium.

[* Concilium *Treuirense,* quo immunitas conceditur monasterio vallis Galliae in Lotharingia, a S. Diodato Niuernensi episcopo fundato, circ. a. 667. habitum; *Mansi* XI. p. 115. *Mart.* Atque *Walch.* in: Entwurf. p. 427. ad a. 666. citat *Mansi* supplem. concil. I. p. 497. atque *Honthem.* histor. Treuirens. diplom. tom. I. p. 28. *Harl.*]

670. De synodo *Senonensi* e) XXX. episcoporum, in qua subscriptum fuit priuilegium immunitatis monasterio S. Petri Viui, meminit Clarius monachus in Chronico abbatiae S. Petri Viui Senonensis, apud *Dacherium* tom. II. spicilegii p. 706. *Fabr.* [* Ad concilium *Senonense* additio (ex *Mabillon.* act. SStor. ord. Benedicti tom. I. part. 2. pag. 613.) *Mansi* XI. pag. 117. [et in supplem. concil. I. pag. 503.] *Mart.*]

Canones *Augustodunenses XVI.* S. Leodegarii Augustodunae ciuitatis episcopi, ex collectione canonum in bibl. ecclesiae Andegau. et in bibl. S. Benigni Diuionensis, adde Labbeum p. 535. et 1887. *Fabr.* [* Ad concilium *Augustodunense* emendatio; *Mansi* XI. p. 125. *Mart.*]

† 672. *Senonense.* Vide Labbeum p. 1878.

673. Concilium *Herudfordiae,* primo anno Lotharii regis Cantii, praesidente Theodoro Cantuariae siue Doroberniae archiepiscopo, in quo ea, quae a patribus transmarinis canonice sunt antiquitus decreta, custodienda ab Anglis decernuntur, decem capita praecipue. *Fabr.* Constitutt. in *Bedae* histor. eccles. Angl. libr. IV. cap. 5. et *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 41. *Harl.*

[P] 675. *Toletanum XI.* canones XVI. Subscriptiones episcoporum XVII. vicariorum II. abbatum VI. et archidiaconi vnius. *Fabr.* v. *Aguirre* conc. Hispan. tom. II. p. 660. *Florez* Espanna sagrad. tom. VI. p. 199. *Harl.*

Bracarense, canones IX. quorum primo symbolum Nicaenum repetitur et probatur. f) Subscriptiones episcoporum VIII. *Fabr.* *Walch.* in: Entwurf. p. 429. *octo* canones superesse scribit, laudatque *Aguirre* l. c. pag. 673. ac *Ferreras* histoir. d'Espagne tom. II. p. 374. *Harl.*

[* Syn-

d) Hunc Marculfum, non regis Dagoberti vixisse tempore, vt contendit Labbeus pag. 531. sed formulas suas inscripsisse Landerico, (non Parisiensi, sed) Meldensi episcopo, qui Pipini et Caroli magni aetate floruit, disputat *Launoius* in adsertione inquisitionis in chartam immunitatis p. 616. sq. et in inquisitione ipsa p. 25.

e) a *Cointio* in Annal. Franc. refertur ad a. 657.

f) Conf. *Spittler* Geschichte des kanon. Rechts p. 216. §. 58. *Harl.*

[* Synodus *Dirinensis* in Arabia Nestorianorum circa varia fidei et disciplinae capita, a. 677. celebrata, (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. part. 2. pag. 186.) *Mansi* XI. p. 163. [et in supplem. concil. I. p. 509.] *Mart.*]

[* Concilium *Marlacense*, a. 677. habitum; *Mansi* XI. p. 163. [et suppl. conc. I. p. 509.] *Mart.*] Id num verum sit, quaerit *Walch.* l. c. p. 430. *Harl.*]

Editionis Regiae tomus XVI.

A. C. 677. *Agathonis* papae epistola 1. ad imperatores Constantinum, Heraclium et Tiberium, graece et latine, in actione quarta sextae synodi a. 680. 2. ad Aethelredum regem Merciorum et Theodorum archiepiscopum Cantuariensem, Sexulfum, etc. latine. *Fabr.* Decretalis epistola *Agathonis* papae a. 675. qua abbatem Medamstedae, quae postea Petriburgum, Peterburgh nuncupata est, legatum romanum constituit super omnem Angliam, eiusdemque monasterium, instar liminum apostolicorum, fore pro absoluendis votis, quae de peregrinando Romam concepta fuerint, (ex Wilkins tom. I.) *Mansi* XI. p. 170. *Mart.*

679. *Mediolanense*, sub Mansueto episcopo, in caussa Monothelitarum. Synodica ad Constantinum imp. cum expositione fidei exstat ante acta sextae synodi, latine: [et a *Geuerh. Elmenhorstio* Leidae 1618. 4. edita est expositio cum notis. *Harl.*]

Generale Anglicum *Hetfeldae* celebratum, de quo *Beda* lib. 4. hist. eccles. Anglorum c. 17. et vita Theodori Cantuar. in *Mabillonii* saec. 2. Benedictin. p. 1036. [ac *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 48. *Harl.*]

Romanum de rebus Britannicae ecclesiae, idem *Beda* c. 18. et *Malmesbur.* de gestis pontificum Anglorum lib. 3. p. 263. et copiosius in vita S. Wilfridi, 4. saec. Benedictin. parte 1. p. 492. 494.

Hoc anno synodum in *Gallis* habitam fuisse contra Monothelitas, falso colligitur g) ex istis synodi Romanae sub Agathone verbis: *Felix, humilis episcopus Arelatensis ecclesiae, legatus venerabilis synodi per Galliarum prouincias constitutae*, aliisque similibus Adeodati Leucorum, et Taurini Telonensis, subscriptionibus praue intellectis. Aliud est enim, vt notat Harduinus, synodus, hoc est collegium et numerus episcoporum per diuersas Galliarum prouincias constitutus, aliud congregata in Galliis synodus, siue in vno aliquo Galliarum loco episcoporum synodus.

680. *Romanum* contra eosdem Monothelitas, de quo auctor Synodici veteris cap. 133. supra p. 244. ed. vet. et ed. nou. p. 409. Epistolae duae in hoc concilio scriptae recitantur in sexta synodo, actione quarta. *Fabr.* [* Ad concilium *Romanum* sub

g) Apud *Labbeum* p. 1887.

ſub Agathone a. 680. additio *Manſi* XI. p. 185. [et in ſupplem. concil. I. p. 590.] *Mart.*] Add. *Walch.* Entwurf. p. 431. §. 63. de ſynodo *Romana* L. epiſcoporum a. 679. aut 680. ante aduentum omnium epiſcoporum ad concil. rom. habita in cauſſa Wilfriedi; et p. 432. §. 64. de concilio *Romano*, a. 680. *Harl.*

[* Concilium *Northumbrenſe* pro reſtituendo cathedrae Eboracenſi Wilfrido epiſcopo, iuſſu Agathonis papae a. 680. celebratum *Manſi* XI. p. 187. *Mart.*] Add. *Walch.* l. c. p. 437. qui etiam citat *Manſi* ſupplem. concil. tom. I. p. 511. et *Bower* Hiſtor. der Päpſte, tom. IV. p. 160. *Harl.*]

A. C. 680. et 681. Acta *ſextae* ſynodi generalis, CONSTANTINOPOLITANAE tertiae, iisdem Monothelitis oppoſitae, [P] et a Conſtantino Pogonato atque deinde a Iuſtiniano imp. confirmatae, et latine primum a Merlino et ceteris, graece et latine vero edita a Romanis a. 1608. atque inde a Binio in vtraque poſteriore editione: et repetita in Regia, tum a Labbeo et Harduin. Epiſcopi teſte Photio interfuere CLXX. ſubſcriptiones [h]) comparent CLXVI. [* Subſcriptiones epiſcoporum, *Manſi* XI. p. 693. Quum Labbeus et Ooletus eas tamquam Nicaenas dediſſent, quum potius ad concilium CPolitanum pertinerent, *Manſi*, praeeunte Harduino, ſuum eas in locum transtulit. *Mart.*] Quis in hoc concilio praeſederit, diſputat *Launoius* lib. 7. epiſt. 8. p. 729. ſeq. Adde *Petrum de Marca* lib. 5. c. 13. [et *Walch.* in: Entwurf etc. qui p. 432. ſqq. copioſe perſequitur hiſtoriam huius concilii, inprimis actionum, tradit, prioribus vndecim et vltimae actionibus, ipſum imperatorem, reliquis autem, abſente imperatore, eius amicos ſ. conſiliarios intimos ducesque militares, eum comitatos, praeſediſſe. *Harl.*] — Conſtat

h) Confer *Lambecium* VIII. pag. 408. *Fabr.* Cod. XLIV. ſiue p. 863. ſqq. ed. Kollarii, cuius notas conferes, in quibus et Manſi locum de his ſubſcriptionibus et de charta Niliaca, in qua exemplar Vindobon. exaratum eſt, egit, ac Lambec. correxit — Ibid. cod. LIX. continet Acta concilii CPolitani tertii, collecta, diſpoſita et edita ab Agathone, archidiacono et chartophylace magnae eccleſiae CPolitanae, qui rebus geſtis interfuit: praemiſſum eſt *Andreae*, archiepiſcopi Cretenſis, carmen iambicum euchariſticum ad illum Agathonem pro communicatis ad deſcribendum Actis ſynodi ſextae, editum gr. et lat. a *Combefiſio* in Auctarii noui biblioth. patrum tom. II. ſ. hiſtoria Monothelitarum, Paris. 1648. fol. pag. 235. ſqq. Additus eſt Agathonis epilogus (de quo v. ad a. 712. de ſynodo CPolitana.) Plura de his omnibus ſcripſerunt *Lambec.* (qui etiam magnam partem et principii et finis epilogi formulis typographicis deſcribendam curauit,) atque Kollarius in notis ſubiectis, vol. VIII, pag. 1042 - 1048. — *Moſquae* in cod. ſynod. CLXXIX. fol. 35. (v. *Matthaei* notit. codd. gr. Moſq. pag. 110.) et *Florent.* in cod. Laurent. XII. nr. 7. plut. 4. Definitio ſynodi generalis VI. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 534. qui notat, exſtare eam gr. et lat. in collect. concil. Venet. 1732. tom. XVIII. p. 80. — ibid. in cod. XVII. nr. 13. plut. 8. Expoſitio fidei 150. patrum CPoli congregatorum; v. *Bandini* l. c. p. 359. qui adnotat, exſtare illam inter Acta concilii CPolitani III. generalis VI. Act. XVIII. Labbeanae concil. ed. Venet. 1729. fol. tom. VII. p. 1058. cum ſubſcriptionibus patrum, has vero in cod. Laur. deeſſe. — In bibl. *Coislin.* cod. XXXIV. Definitio ſynodi CPolit. VI. cum aliarum ſynodorum definitionibus, et in cod. CCCLXIV. illius ac multarum aliarum ſynodorum canones: v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 86. et 563. *Monaci* in cod. Bauar. CXCVIII. v. *Hardt* in Aretini Beyträg. 1805. part. I. p. 26. ſq. Add. cat. codd. latin. Venet. bibl. D. Marci p. 89. etc. *Harl.*

Constat actionibus XVIII. in quarum decima tertia συναναθεματίζεται Honorius papa, de quo videant, qui volunt, quae in medium adferunt *Garnerius* p. 175. seq. ad librum diurnum romanorum pontificum, in quo et ipso Honorius p. 41. damnatur: et Historiae Monothelitarum scriptores I. B. Tamagninus oppugnans, et Franciscus Combefisius, fidem actorum adserens, aliique laudati a me vol. XI. huius bibl. p. 153. sq. Apud eumdem Combefisium p. 241. seqq. collatio actorum sextae synodi ad MS. Tilianum codicem. Indicem epistolarum, quae in actis huius concilii adferuntur, et scriptorum, qui in illis citantur, dedi vol. XI. p. 136. sqq. Canones ab hoc concilio nulli editi. *Fabr.* Add. *Dupin* biblioth. des auteurs ecclef. tom. VI. p. 61. *Forbes.* instruct. historico-theol. lib. V. cap. 10. sqq. *Caue* hist. litterar. SS. ecclef. vol. I. p. 605. *Bower* Histor. der Päpste, tom. IV. p. 162. sqq. aliosque laudatos a *Walchio* in: Entwurf. p. 436. not. 2. et in: Histor. der Päpste, p. 146. *Harl.*

†† Actorum eiusdem concilii sexti versio latina altera longe accuratior ex vetusto codice MSto bibl. collegii Paris. S. I. ab Harduino publicata. [et a *Mansio* repetita XI. p. 737-922. *Mart.*]

Synodus πενθέκτη siue *quinisexta* in Trullo [i]) palatii sacri secretario a. 692. [k]) sub Iustiniano Rhinotmeto, in quam inuehuntur *Allatius* lib. 1. de consensu c. 27.

i) Etiam sextam synodum in Trullo celebratam, constat ex singulis ferme illius actionibus sub init. *Fabr.* De origine voc. *Trulli*, siue partis palatii imperatorii, ita dicti, quod fastigium eius tectum et ornatum fuerit *trullo*, siue fornice hemicyclico, qui vulgo italice dicitur *Cupola*, v. *Lambec.* V. p. 273. et VIII. p. 861. not. 2. Atque ego alibi legere me memini, ex actis concilii XIV. originem ac significationem nominis Trullani rectius cognosci posse, quam *Semler.* in Selectis capitibus etc. tom. II. pag. 44. monstrare adnisus sit. *Harl.*

k) *Harduin.* 706. adde *Lambecium* VIII. pag. 407. *Fabr.* S. ed. Kollar. pag. 861. sqq. nr. 15. cod. XLIV. continet CII. canones, ab anonymo quodam antiquo scholiaste adnotationibus marginalibus atque interlinearibus illustratos. Id pseudoconcilium, scribit Lambecius, a. C. 692. vel secundum alios a. 707. fuisse celebratum. — Iidem canones sunt quoque ibid. in cod. XLV. nr. 38. v. *Lambec.* VIII. p. 928. seq. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXII. (qui collectionem canonum ecclesiastic. continet,) nr. 4. plut. 5. tabula canonum CIII. CPoli in Trullo palatii imperatorii statutorum, cum ipsis subscriptionibus Iustiniani imperatoris, et quinque maiorum orientis episcoporum, ac nouae Iustinianopolis. ibid. in cod. X. nr. 4. canones concilii CPolitani in Trullo, generalis V. et VI. cum subscriptionibus episcoporum CCXXVII. et plurium aliorum conciliorum canones. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 46. et 477. — *Venet.* in cod. bibl. Marc. v. cat. codd. gr. illius biblioth. p. 294. — *Geneuae* in bibl. publ. cod. gr. XXXIII. duo libelli Maximi et acta synodi quinisextae: v. *Senebier* catal. raisonné des MSSts, conservés dans la Bibl. de la ville de Geneve, p. 142. — Conf. etiam *Assemanni* bibl. iuris orient. canon. etc. lib. I. cap. 2. p. 32. sqq. p. 105. vbi in margine contra Beueregium monet, concilium Trullanum non, a. 681. sed a. 692. fuisse celebratum, citatque *Lupum* in diss. de synodo Trullana pag. 1071. sq. — ibid. p. 119. et 120. sqq. vbi docet *Assemannus*, Africanos canones a Trullanis patribus primum cod. gr. canonum ecclesiastic. fuisse insertos, et alias notat patrum illorum alucinationes. — p. 408-445. in toto cap. XII. sunt animaduersiones in nonnullos canones Trullanos. — *Spittler*, in: Geschichte des kanon. Recht §. 49. et 50. p. 181. sqq. plura de synodo Trullana obseruat. *Harl.*

et Altimura siue *Mich. le Quien* panoplia contra schisma Graecorum p. 123. sq. Neque canonum illius vlla latina vetus exstat interpretatio. Neque ante schisma a Graecis fuisse receptum, contendit *Nic. Comnenus Papadopoli* p. 17. praenotionum mystagogicarum, sed certe a Nicaena secunda agnoscitur. Confer *Beveregium* pag. 166. ad Synodicum, et p. 70. seq. Codicis canonum vindicati. Exstant graece et latine post praemonitionem [¶] et Iustiniani imp. προσφωνητικὸν λόγον ad synodum *Canones centum et duo*, cum subscriptionibus imperatoris, patriarcharum quinque [1], episcoporum CCVII. Canones illi habentur etiam cum Beueregii notis et Zonarae, Balsamonis et Alexii Aristeni scholiis in Pandectis canonum laudati Beueregii. [Conf. *Walch.* in: Entwurf. p. 441. sqq. qui *Caue* in hist. litter. SS. eccl. I. p. 608. sqq. multosque alios citat. *Harl.*]

Canones IX. latine. Hi concilio sexto praeter rem tribuuntur in vetusto codice monasterii sancti Bauonis vrbis Gandauensis, ex quo Surius et deinde alii publicarunt, sed ad verbum repetita sunt ex capitulis Theodulfi Aurelianensis a 16. ad 25. vt Harduino notatum.

A. C. 681. *Toletanum XII.* anno primo Fl. Eruigii regis. Canones XIII. Subscriptiones episcoporum XXXV. abbatum IV. vicariorum episcoporum III. et virorum illustrium officii palatini XV. Regis lex in confirmatione concilii. [v. *Aguirre* concil. Hisp. tom. II. p. 281. et *Walch.* in: Entwurf. p. 437. sq. *Harl.*]

682. Sirmondo, (Labbeo 692.) *Rotomagense*, in quo monasterii Fontanellensis inter cetera editum est priuilegium, vt refert Aigrardus monachus in vita S. Ansberti episcopi Rotomag. apud Surium et Bollandum 9. Febr.

[* *Arelatense* concilium, forte a. 682. celebratum: *Mansi* XI. p. 1045. [et in Supplem. concil. I. p. 511.] *Mart.*]

Editionis Regiae tomus XVII.

Leonis II. papae epistolae 1. ad Constantinum imp. quae graece et latine exstat, cum praemisso Constantini ad Leonem rescripto, ad calcem sextae synodi, et Baronio vtraque suspectae est fidei; 2. ad episcopos Hispaniae, 3. ad Quiricum episcopum, 4. ad Simplicium Comitem, 5. ad Eruigium regem Hispaniae. *Fabr.* [* Epistolae Leonis II. ad episcopos et regem Dalmatiarum fragmentum; *Mansi* ib. p. 1057. *Mart.*]

[Concilium *Hibernicum* a. 648. *Mansi* ib. p. 1057. *Mart.*] sed eius veritatem probari non posse, censet *Walch.* in: Entwurf. §. LXXI. p. 439. laudatque *Mansi* not. in Baron. tom. XII pag. 73. et Suppl. concil. I. pag. 513. — Idem ibid. §. LXXII. notat, parum certi cognitum esse de concilio *Twiford* in regno Kent, et

1) Confer Theodorum Studitam lib. 2. epist. 72.

et citat *Mabillon.* acta Sct. ord. Benedict. saec. II. p. 899. *Whartoni* monast. Anglic. tom. I. pag. 39. et 899. atque *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. pag. 55. *Harl.*]

A. C. 683. *Toletanum XIII.* epistola Flau. Eruigii regis ad concilium. Symbolum Nicaenum. capitula XIII. Subscriptiones episcoporum XLVIII. abbatum VIII. vicariorum episcoporum XXVII. Virorum illustrium officii Palatini, Comitum, Spathariorum, Procerum XXVI. Regis edictum ad omnes priuatos siue fiscales populos: et Lex in confirmatione concilii edita. [v. *Aguirre* l. c. II. p. 694. et *Florez* Espanna sagrada tom. VI. p. 209. *Harl.*]

684. *Benedicti II.* papae epistolae, quas spurias Baronius esse existimat, 1. ad Petrum notarium Regionarium, 2. ad Eruigium [P] regem Hispaniae, eadem cum illa, quae fuit supra quinta inter epistolas Leonis II. Epistolae ad episcopos Hispanos scriptae de tuendis certis capitulis mentio in concilio Toletano XV. a. 688.

Toletanum XIV. a praesulibus Carthaginis prouinciae contra Monothelitas. Subscriptiones episcoporum XVII. abbatum VI. vicariorum episcoporum X. *Fabr.* v. *Aguirre* l. c. II. p. 717. et *Florez* l. c. p. 218. *Harl.*

[*Concilium *Romanum* sub Ioanne V. in caussa ordinationis episcoporum Turritanorum in Sardinia, (ex *Anastasii* vitis pontif. tom.) *Mansi* XI. p. 1093. *Mart.*]

Concilium *Cantuariensis* prouinciae sub Egfrido rege Nordhumbrorum, ex Monastici Anglicani tom. I. p. 39. et 46.

685. Concilium *in villa regia,* in quo episcopi aliquot gradu deiecti et S. Leodegarius Augustodunensis capitali sententia Ebroini factione a Theodorico rege damnatus est. Ex auctore vitae Leodegarii, apud Surium 2. Octobr.

†† *Adtwifordense* in Anglia, in quo S. Cuthbertus electus est episcopus Lindisfarnensis, vt refertur in eius vita apud *Mabill.* saeculo 2. Benedict. p. 899.

* *Cantuariense,* ex Monastici Anglicani tom. I. p. 39. et 46. *Labbeus* p. 1874.

[Adpendicis loco *Mansi* Capitularia regum Francorum ex edit. Baluzii huic et sequentibus tomis XII–XVIII. per partes distributa, inserenda curauit. *Mart.*]

[*Edit. Mansi tomus XII.*]

† 687. *Sergii* papae epistola ad Ceolfridum abbatem, ex Malmesburiensi de rebus gestis regum Angliae lib. 1. c. 3. *Fabr.* [* Ad epistolas *Sergii* papae adpendix, *Mansi* p. 7. Inest epistola eius ad Heronem, Lingonum praesulem, ex *Dacherii* spicilegio tom. II. *Mart.*]

[Synodus *Manaschiertensis* in Armenia, habita a. 687. auctore Ioanne patriarcha, vide *Cauei* histor. litter. SS. eccles. I. p. 607. sq. vbi etiam de tempore illius

contra *Galenum* in Conciliat. ecclef. Armen. part. I. cap. 17. p. 201. quaedam monet. *Harl.*]

A. C. 688. *Toletanum XV.* in quo poft praemiffam Eruigii regis epiftolam et Nicaenam probatam fidem, defenduntur inter alia hae locutiones a papa Benedicto notatae: *Voluntas genuit voluntatem, ficut et fapientia fapientiam;* et: *Tres in Chrifto Dei filio fe profiteri.* Laudantur teftimonia *Athanafii*, *Auguftini* lib. XV. Trinitatis Dei, libro quaeftionum contra Apollinariftas, Enchiridio, tractatu fymboli, et epiftola ad Petrum; *Cyrilli* in libro qui vocatur fcholia; *Ifidori*, in libris de differentia naturae Chrifti vel noftrae; *Ambrofii* ac *Fulgentii*. Subfcriptiones epifcoporum LXI. abbatum XI. vicariorum epifcoporum V. et virorum illuftrium officii palatini XVII. Lex in confirmatione concilii generalis, data anno primo Egicani regis. *Fabr.* Conf. *Aguirre* concil. Hifpan. tom. II. p. 721. et *Florez* Efpanna fagrada, tom. VI. p. 221. *Harl.*

* *Theodori* Cantuarienfis archiepifcopi capitula CXX. ex tomo nono fpicilegii Dacheriani; apud Labbeum p. 1875. Harduin. p. 1771. De huius Theodori poenitentiali dixi fupra pag. 73. ed. vet. et ed. nou. p. 238. *Fabr.* [° Excerpta de capitulis *Theodori* ex libello de remediis peccatorum, (ap. P. *Martene* in Anecdotis lib. IV.) *Manfi* XII. p. 37. *Mart.*]

[P] *‡ Conuentus *in palatio Theodorici*, Francorum regis. Vide *Labbeum* pag. 1878. feq.

691. *Caefaraugustanum III.* capitula V. [Fuit fynodus prouincialis: conf. *Aguirre* l. c. II. p. 732. *Harl.*]

circa A. C. 692. Leges ecclefiafticae *Inae* regis occiduorum Saxonum feu Geruiforum, ex legibus eius Saxonicis excerptae, capitula vndecim, ex duplici editione. *Fabr.* [° *Inae* regis ftatuta, (ex *Wilkins* tom. I.) *Manfi* p. 57. *Mart.*]

De *Quinifexta* fynodo *CPolitana* dictum fupra ad a. 681.

693. *Toletanum XVI.* epiftola Flauii Egicani regis ad concilium. Canones XIII. quorum primus eft contra Iudaeos m), fecundus contra idolorum cultores. Regis epiftola altera. Subfcriptiones epifcoporum LIX. abbatum V. vicariorum epifcoporum III. Comitum Virorum illuftrium XVI. [Conf. *Aguirre* concil. Hifpan. II. p. 735. et *Florez.* Efpanna fagroda, tom. II. p. 223. *Harl.*]

694. *Becanceldae* in Anglia, celebratum praefidente Withredo rege Gantii, et Bertwaldo archiepifcopo Britanniae, cum horum fubfcriptionibus, nec non epifcoporum Roffenfis Tobiae et Botredi, abbatiffarum V. et presbyterorum VII. Alia eiusdem Becanceldenfis concilii editio, tribus ex aliis codicibus MSS. *Fabr.* [* Aliud

m) Contra Iudaeos etiam Toletan. III. can. 13. et IV. 57. 66. XII. 8. XVII. 8.

[* Aliud exemplar concilii *Becanceldensis* (ex *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 56.) *Mansi* XII. p. 89. *Mart.*]

Toletanum XVII. epistola regis Egicani: et post Nicaenum symbolum, canones siue capitula VIII. Lex in confirmatione concilii edita. [*Aguirre* l. c. p. 752. et *Florez* l. c. p. 228. *Harl.*]

† Capitula siue sententiae XIII. excerpta ex superioribus conciliis Gallicanis, quae ex Garsia Loaisa Labbeus et editio Regia subiunxit, Harduinus omisit.

†† A.C. 695. *Autissiodorense*, in quo Tetricus episcopus constituit, qualiter abbates vel archipresbyteri in ecclesia diuinum persoluerent officium: taliter vero ordinauit, vt deseruirent Kal. Ianuarii 1. hebdomada, basilica S. Germani, etc. vt fuse describitur in historia episcoporum Autissiodorensium cap. 24. in *Labbei* bibl. noua MSS. tom. I. p. 427. [add. *Lecointe* annal. ecclef. tom. IV. p. 316. *Harl.*]

[* Synodus Nestorianorum pro rei iudicialis directione sub Ananiesu I. Nestorianorum patriarcha circa an. 694. celebrata, (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. III. parte I.) *Mansi* XII. p. 109. *Mart.*] *Assemann.* in illo tomo pluribus locis de ea agit, et *Walch.* in: Entwurf. p. 445. citat *Assemann.* laudat. tomi part. II. p. 187. et *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 521. *Harl.*]

697. (al. 702.) *Vltraiectinum*, in quo statutum est, praedicatores ad barbaricas nationes mitti oportere. Acta refert Marcellinus presbyter in vita S. Swiberti cap. 14. apud Surium die 1. Martii. *Fabr.* Sed hoc concil. commentitium, et Marcellinum fuisse fabularum parentem, iudicat *Walch* in: Entwurf. p. 446. praeeuntibus *Henschen.* in Actis SStor. tom. I. Mart. p. 70. *Mabillon.* in Act. sanctor. ord. Bened. saec. III. part. I. pag. 606. et *Pagio* in critic. in annal. Baron. tom. XII. p. 162. *Harl.*

Bergamstedense in Anglia. Whitredi regis constitutiones [?] XXVIII. Et alii canones X. quomodo damna et iniuriae sacris ordinibus illatae sint compensandae. *Fabr.* Add. *Wilkins.* concil. M. Britann. tom. I. p. 60. *Harl.*

698. *Aquileiense* conciliabulum, in quo schismatici nonnulli quintam synodum anni 551. ob damnata tria capitula respuendam esse censuerunt, vt narrat Beda libro de sex aetatibus, Paulus diaconus lib. V. c. 14. et Sigebertus in Chronico.

[* Collectio canonum *Hibernicorum*, (ex *Dacherii* spicilegio tom. I. ed. nou. et *Martene* anecdot. tom. IV.) *Mansi* XII. p. 117. *Mart.*]

701. *Anglicanum* concilium, sub Alfrido rege Nordanhymbrorum, et Berthwaldo archiepiscopo Cantuariensi, Theodori successore, ex Malmesburiensi de gestis pontificum lib. 3. Theodori epistola ad Ethelredum Marciorum regem. Wilfridi episcopi Eboracensis ad Ioannem VI. papam. *Fabr.* *Walch* in: Entwurf pag. 447. incipit enumerare concilia saeculi VIII. et primum de conciliis in M. Britannia

Britannia a. 701. habitis, agit, atque *Caue* etiam in hist. litter. SS. eccl. tom. I. p. 643. sqq. de conciliis eiusdem saeculi, et primum quoque de synodo *Malmesburiensi* in caussa Wilfridi, archiepiscopi Eboracensis. Vterque laudat *Wilkins* conc. M. Britann. tom. I. p. 64. et de singulis conciliis alios scriptores. *Harl.*]

704. *Toletanum XVIII.* Acta non exstant. Vide Rodericum Toletanum III. 14. et Baronium ad a. 701. n. 15. *Fabr.* V. *Aguirre* concil. Hispan. tom. II. pag. 763. *Florez* Espanna sagrada tom. VI. p. 231. *Harl.*

circa A. 705. *Merciana* synodus, in qua Aldhelmo, abbati Maildui vrbis siue Malmesburiensi, praeceptum est, vt librum scriberet aduersus errorem Britonum in paschate celebrando, vt narrat *Beda* lib. V. hist. Anglor. c. 19.

Romanum concilium, in quo et Wilfridus Eboracensis absolutus est, et adnitente Iustiniano imp. vt canones synodi *Trullanae quinisextae* examinarentur, et qui probabiles viderentur esse, reciperentur, pontifex Iohannes VII. omnino recusauit. De priore illa synodi caussa vide *Bedam* lib. V. cap. 20. De posteriore *Anastasium* in vita Ioannis VII.

Niddense, ad fluuium Nidde in Northumbria, ab Osredo rege et Bertwaldo archiepiscopo Cantuariae. Vide Malmesburiensem lib. 3. de gestis pontificum, et vitam S. Wilfridi in *Mabillonii* saeculo III. Benedictin. p. 324. *Fabr.* *Walch* l. c. p. 449. memorat *Wilkins* conc. M. Britann. tom. I. pag. 67. et *Mansi* supplem. concil. I. p. 523. *Harl.*

Ioannis VII. papae epistola ad Ethelredum Merciorum, et Alfridum, Deirorum reges, qua accepta, Wilfridus in archiepiscopatu Eboracensi confirmatur. *Fabr.* [* Ioannis papae VII. epistola ad clerum Anglicanum, (ex *Baluzii* Miscell. tom. V.) *Mansi* XII. p. 166. Dubitat tamen *Mansi*, vtrum ad Ioannem VII. an ad Ioannem VI. pertineat. *Mart.*]

[* Concilium *Aderbournense* pro adserendis donationibus quibusdam, Angliae monasteriis concessis, a. 705. congregatum; *Mansi* XII. p. 175. [et in supplem. concil. I. p. 525.] *Mart.*]

circa A. 708. De synodo, sub *Ina* rege occidentalium Saxonum habita loco incerto, in qua episcopatus occidentalium Saxonum in duas diuiditur parochias. *Beda* lib. V. cap. 19. *Fabr.* [* Ad synodum, sub Ina rege celebratam, additio (ex *Wilkins* l. c. tom. I. p. 70.) *Mansi* XII. p. 175. [et in supplem. conc. l. c.] *Mart.*]

709. *Constantini* papae epistola ad Brithwaldum archiepisc. Cantuar. de visione Eguini episcopi Wigorniensium: de concilio habendo, de coenobio instituendo. *Fabr.* — [* Ad epistolas Constantini papae adpendix: *Mansi* p. 185. Epistola ad Brithwaldum, Cantuariensem archiepiscopum, additamento aucta ex Wilkinsio. *Mart.*]

Charta

[¶] Charta *Kenredi* et *Offae* regum de terris, in quibus b. Virgo Egwino adparuisse dicitur, cum aliis plurimis coenobio Eueshamiae collatis, cum subscriptionibus Constantini papae, Egwini episcopi, regis Kenredi et regis Offae.

Charta *Egwini* episcopi, cum subscriptionibus eiusdem per signum crucis confirmantis: Kenredi regis, regis Offae per signum crucis, Brithwaldi archiepiscopi et Olwardi fratris. Ediderat Speelmannus.

Anglica synodus generalis *Alnensis*, siue in loco *Alne*, in qua donationes nascenti monasterio Eueshamensi collatae confirmantur. Vide Brithwoldum Glasconiensem in vita S. Egwini apud Franciscum Godwinum de praesulibus Angliae pag. 501. [et *Wilkins* l. c. p. 72. *Harl.*]

A. C. 712. CPolitana Pseudo-synodus, in qua sexta synodus a Monothelitis est reprobata, vt referunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus.

* *Agathonis* diaconi epilogus ad Acta synodi *sextae*, graece et latine ex edit. *Combefisii* in historia Monothelitarum p. 199. Sed Labbeus et Harduinus Combefisii versioni praetulere veterem interpretationem, quam repererunt in veteri codice MS. collegii Paris. S. I. ad calcem actorum sextae synodi. *Fabr.* v. ad a. 680. et 681. de synodo CPolit. III. *Harl.*

* *Iohannis* CPol. epistola apologetica ad Constantinum papam, de iis, quae tempore tyrannidis *Bardae* (Bardani) seu Philippici imp. mota sunt aduersus sextam synodum, ex eodem Combefisio p. 211. Confer, quae auctor Synodici veteris c. 136. supra p. 247. ed. vet. et ed. nou. p. 412.

Londinensi concilium, inquit Harduinus, quidam *) hoc tempore ponunt, in quo, (occasione visionis Egwini,) decretum de cultu imaginum fuerit promulgatum; sed falso, vt eruditi viri iamdudum monuerunt: quum de eo cultu in Anglia ante annos centum recepto, testis sit Beda, vbi de Augustino Anglorum apostolo disserit. Vide *Baronium* ad a. 714. n. 3. et 4. et *Labbeum* pag. 1421. [*Wilkins* l. c. p. 72.]

Concilium °) *totius regni Britannici*, per praeceptum regis Inae, quum iam Gralam, filiam Cadwaladri, regis Britonum, duxisset, [¶] vnaque Cambriam totam et coronam Cadwaladri adeptus esset: in quo de mutuis conciliis inter Anglo-Saxones, Britones et Scotos statuitur.

A. C. 714.

*) Vt Vrspergensis, Baleus et Magdeburgenses, neque enim antiquum testem reperire Speelmannus potuit.

°) *Walch* in: Entwurf. p. 450. refert id ad a. 708 citatque *Wilkins* concil. M. Britann. I. p. 74. ac *Mansi* supplem. conc. I. p. 527. *Harl.*

A. C. 714. *Ceolfridi* abbatis epiſtola p) ad Naitanum regem Pictorum pro catholico paſcha et romana tonſura, cum Bedae praefat. ex lib. 5. hiſt. Anglorum c. 22.

Decretum regis *Naitani* pro vtroque illo ritu vſurpando, ex eodem Beda.

[* Concilium *Romanum* dubium, in quo de iuribus Mediolanenſis prouinciae in Ticinenſem epiſcopatum diſceptatum eſt, circa a. 710. cum cenſura Muratorii: *Manſi* XII. p. 219. [et in ſupplem. conc. I. p. 529.] *Mart.*]

[* Concilium in *Rauennatenſi* prouincia, in qua pia donatio, Rauennatenſibus monachis facta, confirmatur, circa a. 731. habitum: *Manſi* XII. p. 225. *Mart.*]

Gregorii II. papae epiſtolae duae ad Bonifacium, quarum prior adhuc presbytero poteſtatem facit, fidei myſterium incredulis adnunciandi, poſterior iam epiſcopo reſpondet ad varias interrogationes et conſulta.

Indiculus ſacramenti, quod, quum epiſcopus ordinaretur, *Bonifacius* Romae edidit.

Gregorii II. capitulare, capitulis XIII. datum Martiniano epiſcopo, Georgio presbytero, etc. in Bauariam ablegatis, apud Labbeum p. 1452. et Harduin. p. 1861.

†Eiusdem epiſtolae aliae tredecim: 1. ad Carolum ducem (Martellum), maiorem Domus (Theodorici) regis Francorum, cui commendat Bonifacium. 2. ad epiſcopós, aliosque tum clericos tum laicos. 3. ad clerum, ordinem et plebem conſiſtentem Thuringi, cui Bonifacius ordinatus erat epiſcopus. 4. ad Optimates Thuringorum. 5. ad vniuerſum Thuringorum popolum. 6. ad vniuerſum populum Alt-Saxonum. *Caroli* maioris domus epiſtola generalis de ſuſcepto in tuitionem Bonifacio. 7. Gregorii II. ad Bonifacium epiſcopum. 8. ad Germanum, q) Conſtantinopolitanum epiſcopum. 9. ad Vrſum, ducem Venetiarum. 10. et 11. ad Leonem Iſaurum r) imperatorem. 12 ad Serenum, Foroiulienſem epiſcopum. 13. ad Donatum, Gradenſem patriarcham, eiusque ſubditos.

[* *Gregorii II.* papae canones poenitentiales, cum monitu editoris, eos potiùs ad Gregorium III. referendos videri; *Manſi* XII. p. 257. *Mart.*]

[* Concilium ſeu iudicium *Vicowalari* in Etruria, ad decernenda quaedam controverſa inter Aretinum et Senenſem epiſcopum, inſtitutum a. 715. *Manſi* XII. p. 251. *Mart.*] *Walch.* in: Entwurf. p. 252. §. XV. laudat *Muratorii* antiquitat. Ital. medii aeui, vol. VI. p. 372. ſqq. et *Manſi* ſuppl. conc. I. p. 537. ſqq. *Harl.*]

[* Synodus *CPolitana*, qua Germanus ex epiſcopo Cyzici ad ſedem CPolitan. transfertur, a. 715. vel 716. habita: *Manſi* XII. p. 255. [et ſupplem. concil I. p. 541.] *Mart.*]

[A C. 716.

p) Editionem *Petri Franciſci Chifletii* in Concordia Bedae et Fredegarii Scholaſtici. Paris. 1681. 4. ſequutus eſt Harduinus.

q) Exſtat in concilio ſeptimo a. 787. actione 4.

r) Vtraeque inter praeambulares eiusdem concilii ſeptimi, ſiue Nicaeni ſecundi.

[A. C. 716. *Ratisbonense* concil. sub duce Theod. II. conf. Neueste historische Abhandl. der Bayer. Akademie der Wissensch. tom. I. p. 140. *Harl.*]

CPolitana synodus sub Germano patriarcha, de qua Synodicon vetus c. 137. supra p. 247. ed. vet. et ed. nou. p. 412. [*Mansi* suppl. concil. I. p. 541.]

[P] † 719. *Traiectensis*, de transmittendis euangelii praedicatoribus in prouincias paganorum. Vide *Labbeum* p. 1879.

721. *Romana*, aduersus illicita coniugia sub Gregorio II. Canones XVII. Subscriptiones episcoporum XXXII. presbyterorum XIV. diaconorum IV. Canon duodecimus est contra eos, qui hariolos, aruspices, incantatores obseruauerint, aut phylacteriis vsi fuerint. *Fabr.* v. *Walch.* in: Entwurf. p. 452. sq. et, quos ille citat, *Baron. Pagii* et *Mansi* annal. ecclef. tom. XII. p. 252. *Dupin* bibl. des auteurs eccl. tom. VI. p. 129. ac *Bower* Histor. der Päpste, tom. IV. p. 263. *Harl.*

724. *Romana II.* in qua S. Corbinianus dimissionem ab episcopatu Frisingensi petens a pontifice, non obtinuit. Meminit Aribo in S. Corbiniani vita apud Surium 8. Sept. *Fabr.* cap. X. in Mabill. act. S. ord. Benedict. saec. II. p. 500. sq. addit *Walch.* l. c. p. 453. *Meichelbek* histor. eccl. Frising. tom. I. p. 12. et *Calles* annal. ecclef. Germaniae tom. II. p. 152. *Harl.*

726. *Romana III.* in qua iconoclastarum damnatur haeresis, et cultus imaginum sacrarum confirmatur. Vide Hadrianum papam in epistola ad Carolum M. [et *Baron.* annal. ecclef. tom. XI. p. 341.] Meminit et Zonaras anathematis ibi dicti iconoclastis. [conf. *Walch.* l. c. p. 453. sq.]

[* Synodus Iacobitarum in *Syria* pro conciliatione Armeniorum cum Syris Iacobitis a. 726. celebrata, (ex *Assemanni* biblioth. orient. tom. II. p. 543.) *Mansi* XII. p. 271. [et in supplem. concil. tom. I. p. 547.] *Mart.*]

731. *Gregorii III.* papae epistola ad Bonifacium, iam archiepiscopum, cui pallium concedit, et ad nouem interrogata respondet.

Excerptum ab eodem, vt volunt, papa ex patrum dictis, capitula XXXIII. iudicia congrua poenitentibus. Petr. Pithoeus iuniori auctori tribuit, vt notaui supra p. 246.

† Aliae sex Gregorii III. epistolae: 1. ad omnes episcopos, presbyteros et abbates, 2. ad optimates et populum prouinciarum Germaniae, 3. ad episcopos Baioariae et Alemaniae, 4. 5. et 6. ad Carolum Martellum, maiorem Domus regni Franciae.

[* Adpendix ad epistolas Gregorii III. e cod. Carolino, quem integrum hic repraesentandum iudicauit *Mansi* XII. p. 281. ex *Muratorii* scriptorr. rer. ital. tom. III. part. 2. cum notis eiusdem. *Mart.*]

A. C. 731. 732. *Romana* duo concilia, occasione sacrarum imaginum, vt Anastasius refert in vita Gregorii papae. Confer, quae auctor Synodici veteris c. 139. supra p. 248. ed. vet. et ed. nou. p. 413. et de *Hierosolymitano* concilio c. 140. nec non c. 138. de *CPolitano* Leonis Isauri contra imagines, quod in illis fuit anathemati subiectum.

[* Concilium in *Rauennatensi* prouincia habitum a. 731. *Mansi* XII. p. 297.

* Additio ad concilium *Romanum* I. et II. ib. p. 299.

* Epistola Gregorii III. ad Antonium Gradensem, vt Romam veniat ad concilium; ib. p. 301. *Mart.*] v. *Walch.* l. c. p. 455. sq. qui citat quoque *Vghelli* Ital. sacr. tom. V. p. 1090. ed. Coleti, ac *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 545. atque, incertam tamen, narrationem in Anastasii epitom. chronicor. Casinens. ap. *Murator.* in scriptor. rer. italicar. tom. II. part. 1. p. 357. *Harl.*]

[* Concilium *Wigorniense* a. 738. (ex *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 86.) *Mansi* ib. p. 301. *Mart.*]

[* *Tarmanensis* synodus Iacobitarum, in qua Ioannes patriarcha cum Athanasio reconciliatus est, inter a. C. 740. et 755. celebrata, ex *Assemanni* bibl. orient. tom. II. p. 338. *Mansi* ib. p. 301. *Mart.*] et in suppl. concil. I. p. 547. *Harl.*]

742. *Bonifacii* epistola ad Zachariam papam, ex Baronio ad annum 742. n. 21. *Zacharias* papae 1. ad Bonifacium, 2. ad Burchardum, Wirtziburgensem episcopum, 3. ad Francos et Gallos, (infra post concilium Liptinense a. 743.) 4. ad Bonifacium, cui mittit pallia pro tribus metropolitanis, et monet de duobus malis episcopis in Francia deprehensis, Aldeberto et Clemente, de quibus infra ad annum 745. [P] 5. et 6. ad eumdem Bonifacium, 7. ad Pippinum, maiorem Domus et ad episcopos, abbates et proceres Francorum responsoria, de XXVII. capitulis a Pippino per Ardobanium missis, 8 9. 10. ad Bonifacium, 11. ad diuersos episcopos Galliae et Germaniae, 12. ad Bonifacium de quaestionibus, quas per Lullum proposuerat. In decima harum epistolarum mentio non modo *Samsonis*, presbyteri Scoti, qui docuit sine mystica inuocatione aut lauacro regenerationis posse fieri catholicum christianum per episcopalis manus impositionem; sed et *Virgilii* presbyteri, de quo ita statuit Zacharias papa: *De peruersa autem et iniqua doctrina eius, qui contra Deum et animam suam loquutus est, si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius mundus et alii homines sub terra sint, seu sol et luna: hunc habito consilio ab ecclesia pelle, sacerdotii honore priuatum.* Confer de hoc Virgilio, antipodum assertore, Auentinum lib. 3. annalium Boior. *Velserum* lib. 5. rerum Boicarum p. 148. et *Baelium* in Lexico gallice edito.

† Aliae epistolae Zachariae papae quinque, 1. et 2. ad Bonifacium, 3. ad episcopos Francorum, 4. ad Austrobertum archiepiscopum Viennensem, 5. ad Theodorum episcopum Ticinensem. [* Zachariae papae epistola ad Theodorum, episcopum

scopum Ticinensem, integrior, quam a reliquis conciliorum collectoribus exhibetur, *Mansi* XII. p. 353. — Ibid. p. 355. Zachariae papae decreta ex Gratiano et aliis. *Mart.*] Bonifacii vna ad Griphonem, fratrem Pippini, maioris domus: altera ad Zachariam per Lullum presb. missa.

A. C. 742. Concilium apud *Clouesho* in Anglia, praesidente Aethelbaldo rege Merciorum, et Cuthberto archiepiscopo Doroberniae. [*Wilkins* concil. M. Brittann. I. p. 86.]

[* De synodis, in Germania, Gallia et Italia a S. Bonifacio et S. Zacharia papa habitis, et de litteris mutuis Zachariae papae et S. Bonifacii dissertatio *Mansi* XII. p. 355 - 362. [et in supplem. concil. tom. I. p. 551. sqq.] In hac dissertatione in temporum ratione multa aliter, ac vulgo fieri solet, constituta sunt. Argumentis vero parum firmis innixa sunt pleraque, quae a Mansio disputantur. V. *Sigism. Calles* in annal. ecclesiarum German. tom. II. p. 554. sq. *Mart.*]

Germanicum, auctoritate S. Bonifacii celebratum, sub Carlomanno maiore domus regiae. Canones VII. [s]) ad quorum primum Labbeus adnotat, illum ab Hincmaro epist. 37. et in epistola Attinicensis concilii a. 858. data ad Ludouicum Germaniae regem, Liptinensi synodo, (de qua mox infra,) tribui. Sed Canon, quem Hincmarus epist. 37. [P] tom. II. operum p. 657. ex synodo apud Liptinas [t]) habita adfert, nec in hoc Germanico nec in proximo Liptinensi legitur. Et Attiniacensis synodi epistolam illo anno scriptam, in qua hoc fiat, nusquam reperio. Ceterum de hoc concilio iuuabit consulere *Martini Diefenbachii* collationem an synodum *Franciam*, Ienae 1708. 4. *Fabr.* Illa collatio exstat quoque in calce tom. II. Struuii corp. hist. germ. *Harl.*

743. *Liptinense*, [u]) in quo superioris synodi decreta confirmata, conditique canones IV. addita etiam idiomate theotisco *Abrenunciatio diaboli* [v]) in baptismo consueta fieri, et latine praeter adlocutiones sacerdotum tres ad plebem de coniugiis illicitis, de tardius affulgente luce euangelii et de sabbato: *Indiculus superstitionum*

s) Canones septem numerantur in tomis conciliorum. Alii in sedecim distinguunt. In aliis vt apud *Lunigium* tom. I. spicileg. ecclesiastic. p. 558. seq. nulla plane canonum distinctio. *Fabr.* Add. *Baluzii* capitular. tom. I. p. 145. et eius not. pag. 1200. *Mabillon.* de re diplomat. lib. II. cap. 25. §. 15. aliosque a *Walchio* in: Entwurf etc. p. 456. sqq. citatos. *Harl.*

t) Verba Hincmari sunt: *Et in synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno principe Georgius episcopus et Ioannes sacellarius ac S. Bonifacius ex praecepto Zachariae papae praesederint, legitur, vt, si vir mulieri desponsatae, dotatae, ac publicis nuptiis ductae secundum apostolum debitum coniugale non potuerit reddere, et hoc aut amborum confessione, aut certa qualibet adprobatione fuerit manifestum, vt separentur, et mulier, si continere nequiuerit, alteri viro legaliter nubat.*

u) Liptinae seu Leptinae, veteri palatio Cameracensis pagi, cuius rudera non procul a Binchio Hannoniae oppido visuntur. Confer *Mabillonium* de re diplomatica lib. 4. p. 293. seq.

v) Vide Dieterici von *Stade* specimen Otfridi pag. 16. vbi hanc abrenunciationem exhibet cum versione et notis: nec non *Io. Georgii Eccardi* Catechesin Theotiscam pag. 77. sq. et 47. *Herm. Adolph. Meinders* de statu religionis et reipublicae sub Carolo Magno et Ludouico Pio, Lemgov. 1711. 4. p. 142.

rum w) et paganiarum, ex codice veteri Palatino Vaticano erutus primum ab Holstenio, deinde in illustrissimi *Fürstenbergii* monumentis Paderbornensibus p. 308. publicatus. Postea a multis, vt *Baluzio* tom. I. Capitular. regum Francorum p. 150. *Conringio* adpendice libri de origine iuris germanici pag. 339. *Simone Pauli* Argentinensi in miscellis antiquae lectionis p. 73. aliisque. [* Concilii *Liptinensis* canones additi; *Mansi* XII. p. 371. *Mart.*] Add. *Walch.* l. c. p. 448. *Harl.*]

De canonibus et statutis synodi rogatu principum *Francorum* et *Gallorum* celebratae, ex *Bonifacii* x) epistola centesima quinta [P] ad Cuthbertum archiepiscopum. Epistola *Zachariae* papae ad Francos et Gallos.

Concilium *Romanum I.* sub Zacharia papa, anno tertio Artabasdi, et Luitprandi regis trigesimo secundo, capitula XV. Confer *Baronium* ad a. 743. n. 18. *Fabr.* [* Ad concilium *Romanum I.* sub Zacharia papa praemonitio: (paullo integrius illud ex cod. MSt. Lucensi hic exhiberi;) *Mansi* ib. p. 381. — Canon additus, ex *Vghelli* Italia s. tom. I. ib. p. 389. *Mart.*] Add. *Mansi* suppl. conc. I. p. 559. *Baron. Pagii* et *Mansi* annal. eccles. tom. XII. p. 499. *Bower* Historie der römischen Päpste, tom. IV. p. 421. etc. *Harl.*

A.C. 744. *Suessionense* sub Pippino, maiore domus regiae, ab episcopis XXIII. canones X. y)

745. *Germanicum*, in quo Aldebertus et Clemens damnati, et Geruilioni ob homicidium deposito, successor in archiepiscopatu Moguntino datus Bonifacius. Vide *Serrarium* lib. 3. hist. Moguntin. c. 44. edit. secundae.

Romanum

w) Nonnulla huius indiculi illustrantur a viris doctissimis *Ioanne Reiskio* in disquisitione edita germanice de igne superstitioso, Niedfyr vel Nodfyr. Frfti 1696. 8. et *Casp. Sagittario* in Antiquitatibus Ethnicismi et Christianismi Thuringici, itidem germanice vulgatis Ienae 1685. 4. lib. 1. cap. 3. Praecipue in laudato *Meindersii* commentario p. 144. sq. quo capitularia duo Caroli magni de partibus Saxoniae, et indiculum illum erudite explicauit.

x) S. Bonifacii epistolas cum notis vulgauit *Nic. Serarius* S. I. Moguntiae 1605. 4. recusas ib. 1629. 4. et in bibl. patrum Paris. Colon. tom. VIII. et tom. XIII. Lugd. [nouissime auctas edidit *Steph. Alex. Würdtwein*, Mog. 1789. f. *Beck.*] Plerasque Zachariae papae et Bonifacii epist. dedit etiam laudatus *Lunigius* tom. I. spicilegii eccl. Bonifacii vitam scripsit, praeter Ludgerum et Radbodum, Othlonus tom. IV. Canisii, et apud eumdem Serarium libro tertio rerum Moguntinarum, et *Willibaldus* apud Surium ad 5. Iunii, et in actis Sanctorum tom. I. Iunii p. 452. vbi p. 477. etiam vita scripta a presbytero S. Martini, Vltraiectino, et p. 481. ab alio Monasteriensi. Ruthardus, Rabani discipulus, carmine heroico apud Canisium tomo IV. E recentioribus idem Serarius, et in ligno vitae lib. 5. Arnoldus Wion, atque ex nostratibus, praeter Spangenbergios et Ioh. Letznerum, *Caspar Sagittarius* in antiquitatibus supra memoratis, quibus titulus: Gründlicher und ausführlicher Bericht von dem Heyden- und Christenthum der alten Thüringer, Iena 1685. 4. [recentius Auct. litt. Franc. IV. p. 92. sq. *H. P. Gudenus*, *Ios. Harzheim* in bibl. Coloniensi, *I. S. Semler*, *I. E. C. Schmidius*, inprimisque *Schroeckh.* hist. eccl. XIX. p. 162-251. qui et alios pag. 247. sq. laudauit. *Beck.*]

y) *Clementem* esse in hoc concilio damnatum, negat *Walch* in: Entwurf p. 459. et in not. obseruat, acta quoque exstare in *Baluzii* capitular. tom. I. p. 153. et hunc in notis pag. 1200. merito refutasse Papebrochium, contendentem, illa acta esse haud genuina, et plures de illo concilio memorat. *Harl.*

Romanum II. contra eosdem, Aldebertum episcopum et Clementem, ex Sirmondi apographo et Gretseri editione epistolarum Bonifacii. In actione *prima*, epistola Bonifacii 135. ad Zachariam papam. In actione *secunda* initium vitae Aldeberti illius, et de epistola, quam velut Christi in Hierosolyma cecidisse finxit, de qua dixi in codice apocrypho noui test. tom. I. pag. 309. In actione *tertia* precatio eiusdem Aldeberti. Subscriptiones episcoporum VIII. presbyterorum XVII. *Fabr.* V. *Bower* Historie der Päbste, tom. V. p. 423. sqq. *Calles* annal. eccles. Germ. tom. II. p. 280. sqq. aliosque ap. *Walch* in: Entwurf. p. 460. qui etiam p. 461. tertium Bonifacii concilium *Germanic.* ex *Wilibaldo* in vita S. Bonifacii cap. X. §. 30. adfert. *Harl.*

Gemmuli, diaconi Rom. epistola ad Bonifacium, ex *Baronio* ad a. 745. n. 46.

XXXVI. statuta S. *Bonifacii*, ex tomo nono Spicilegii Dacheriani, apud Labbeum p. 1890. et Harduinum p. 1943.

747. *Cloueshouiense II.* anno regni Aethelbaldi XXXII. Epistola S. Bonifacii ad Cuthbertum archiep. Cantii. Tituli capitulorum XXXI. ex duplici enarratione, quarum altera exstat apud Malmesburiensem de gestis pontificum lib. 1. in Cuthberto. [¶] Synodus Cuthberti archiepiscopi, capitula ipsa XXX. [Conf. *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. p. 94. sqq. *Harl.*

[* Ad exceptiones *Egberti*, Eboracensis episcopi, praemonitio: *Mansi* XII. p. 411. — Additamenta ad easdem, (ex *Wilkins* tom. I.) ib. p. 429. — Poenitentiale *Egberti* (ex eodem,) ib. p. 431. — Anonymi canones poenitentiales, (ex *Martene* anecd. tom. IV.) cum praemonitione, in qua coniecturam suam, Bedae auctori eos tribuendos esse, contra Ballerinorum obiectiones defendere et stabilire conatur,) ibid. p. 497. *Mart.*]

Egberti, Eboracensis archiepiscopi, e dictis et canonibus SS. patrum capitula CXLV. et ex libro secundo eius Poenitentialis capitula XXXV.

* Eiusdem dialogus de institutione ecclesiastica per interrogationes et responsiones XV. Confer, quae de hoc Egberto notaui supra p. 240. sq. β. [vbi plura adnotaui, et Mansii defensio addenda est. *Harl.*]

† Venerabilis *Bedae* canones de remediis peccatorum, capitula XV. Vide supra pag. 240. sq.

† 748. Concilium *Duriense*, cuius ex Annalibus Metensibus meminit *Labbeus* p. 1880.

† 751. *Pippini* regis epistola ad Bonifacium archiepiscopum, qua confirmat Priuilegium et Donationem Abbatiae Fuldensis, apud *Labbeum* p. 1880.

752. *Stephani II.* papae responsa XIX. quae, quum in Francia esset, dedit in Carisiaco villa Britanniaco monasterio in parochia Nouiomagensi.

† Eiusdem epistolae: 1. ad Pippinum regem Francorum, 2. ad Francorum proceres. 3. ad Pippinum eiusque filios reges, alia apud *Labbeum* p. 1882. 4. ad Pippi-

Pippinum, romana vrbe obſeſſa ab Aiſtulpho et Longobardis, 5. ad Francos ſub nomine Petri apoſtoli, pro ſubſidio contra Longobardos, 6. ad Pippinum, cui ob vrbem liberatam agit gratias, 7. Praeceptum de hoſpitali et domo, Romae Fulrado abbati conceſſa, cum priuilegio indulto eidem Fulrado eiusque ſucceſſoribus.

[* Admonitio de epiſtola Stephani papae ad Fulradum abbatem: *Manſi* XII. p. 551. Duplici forma eam hic repraeſentari monet, nimirum ex edit. Sirmondi et Labbei, atque ex edit. Mabillonii. *Mart.*]

*† Alia duo priuilegia eidem data Fulrado.

† Reuelatio Stephani II. papae, cum in S. Dionyſii monaſterio exitiali morbo teneretur, apud Labbeum p. 1649. adde p. 1881.

† Epiſtolae S. Bonifacii: 1. ad Stephanum II. papam. 2. ad Fulradum abbatem S. Dionyſii, Pippini regis cappellanum. 3. ad Pippinum regem Francorum.

Vermerienſe concilium, praeſente Pippino rege. Canones XXI.

[* Canones conciliis *Vermerienſibus*, a Gratiano aliisque adſcripti: *Manſi* p. 565. *Mart.*] v. *Baluzii* Capitular. I. p. 161. ſqq. *Harl.*]

[* Concilium romanum dubium, a Stephano papa celebratum, a. 753. *Manſi* pag. 567. *Mart.*] et in ſupplem. concil. tom. I. p. 601. *Harl.*]

A. C. 753. Synodus *Metenſis*, ſub Domino Pippino facta. Capitula VIII.

[* *Mabugenſis* ſiue *Hierapolitana* ſynodus Eutychianorum pro electione patriarchae Antioch. celebrata a. 755. (ex *Aſſemanni* bibl. orient. tom. II. p. 111.) *Manſi* XII. p. 577. (et ſuppl. concil. I. p. 605.) *Mart.*] Sed illud diſſidium ſublatum eſt in ſynodo *Iarug.* v. *Manſi* ſupplem. l. c. et *Aſſemann*, l. mem. p. 112. *Harl.*]

754. *CPolitana* CCCXXXVIII. epiſcoporum aduerſus cultum ſacrarum imaginum ſub Conſtantino Copronymo imp. Acta recitantur [P] in actione ſexta concilii Nicaeni II. a. 787. Confer Synodicon vetus cap. 141. ſupra pag. 249. ed. vet. et ed. nou. p. 413. *Fabr.* Pontificii (v. *Baron.* et *Pagii* annal. eccleſ. tom. XII. p. 598. et *Natalis Alexandr.* hiſtor. eccleſ. ſaec. VIII. p. 664. ſqq.) negant, hoc concilium propter abſentiam pontificis romani aut eius legatorum, nec non patriarcharum Hieroſol. Antiocheni et Alexandrini fuiſſe oecumenicum; ſed eorum obiectiones refutarunt *Caue* in hiſt. litter. SS. eccleſ. vol. I. pag. 646. ſqq. (qui multus eſt de hac controuerſia et de concilio ipſo,) *Bower* in: Hiſtorie der Päbſte, tom. IV. p. 461. ſqq. ac *Walch.* in: Entwurf. etc. p. 463. ſq. *Harl.*

755. *Vernenſe* concilium in Verno palatio, Pippini regis auctoritate, canones XXV. *Fabr.* [* Ad concilium *Vernenſe* adnotatio chronologica *Manſi* XII. pag. 585. Annum 756. illi adſignandum putat. *Mart.*] Canones melius editos eſſe a *Baluzio* in capitular. tom. I. p. 167. ſqq. quam in Harduiniana tom. III. p. 1993. aliisque

que conciliorum collectionibus, animaduertit *Walch.* l. c. pag. 465. qui etiam *Mansi* ſupplem. concil. I. p. 607. alioeque citat. *Harl.*]

†A.C. 756. *Liptinenſe*, de quo *Labbeus* p. 1883. *Fabr.* — [* Ad concilium *Liptinenſe* II. a. 756. adnotatio critica, *Manſi* XII. p. 589. [et in ſupplem. concil. I. pag. 607.] E conciliorum collectionibus illud eliminandum eſſe, quaeque in ea geſta eſſe feruntur, potius ad concilium Liptinenſe a. 743. pertinere, Pagii veſtigia ſequens, demonſtrat. *Mart.*]

757. *Pauli* papae conſtitutum de eccleſia et monaſteriis a ſe erectis, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum XXIII. et presbyterorum cardinalium XIX. ex *Baronio* ad a. 761. n. 1. Labbeus p. 1689. Harduin. p. 1999.

†Index et argumenta XXXI. epiſtolarum Pauli papae ad Pippinum regem, ex eodem Baronio.

†Epiſtolae eiusdem octo ad Pippinum, vna ad Carolum et Carolomannum, Pippini filios; alia ad Francos vniuerſos, nec non diploma pro immunitate monaſterii S. Hilari Galiatenſis ſub Rauennate eccleſia poſiti.

[* *Paulli* papae epiſtolae integrae e cod. Carolino, (quarum ſummam tantum dederat Labbeus,) *Manſi* XII. p. 594.

* Ad epiſtolas Paulli papae adpendix. — Epiſtola ad Egbertum, archiepiſcopum Eboracenſem, et Eadbertum, regis Anglorum filium, (ex *Wilkins* conc. M. Britann. tom. I.) *Manſi* ib. p. 651. *Mart.*]

[In concilio quodam *Anglico* a. 756. decretum eſt, Bonifacio eiusque ſociis, tamquam martyribus, diem feſtum conſecrare, quod ex *Wilkins* l. c. I. p. 144. obſeruat *Walch.* l. c. p. 466. *Harl.*]

756. *Compendienſe* concilium apud Compendium in generali populi conuentu, canones XVIII.

[* Synodus *Romana* II. a Stephano II. pontifice habita, in cauſſa Sergii, archiepiſcopi Rauennatis circ. a. 757. *Manſi* XII. p. 655. [et in ſuppl. concil. I. p. 609.] *Mart.*]

* *Chrodegangi* archiepiſcopi Metenſis priuilegium, pro Gorzienſi abbatia ab ipſo fundata, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum XXIII. et aliorum XII.

†758. Conuentus *Compendienſis*, de quo *Labbeus* p. 1884. *Fabr.*

[* Ad *Compendienſia* concilia duo adnotatio critica *Manſi* ib. pag. 657. Prius a. 756. poſterius a. 757. habitum eſſe autumat. *Mart.*]

* Ad *Compendienſe* concilium canones additi ex decreto Gratiani, ex decretalibus et Burchardo: *Manſi* p. 657. *Mart.*]

†A. C. 759. Conciliabulum *Germanicum*, de quo Walfridus in vita S. Galli apud Surium 16. Nov.

[* *Telensis* synodus Iacobitarum, in qua Athanasius Sandalensis Iacobitarum metropolita constituitur, paullo ante a. C. 759. celebrata: (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. II. p. 340.) *Mansi* XII. p. 659. [et in supplem. concil. I. p. 621.] *Mart.*

[* Synodi duae Anglicanae. *Mansi* XII. p. 659. *Mart.*]

761. *Romanum* concilium, in quo Constitutum Pauli, papae, de quo supra.

† *Voluicense*, in agro Ricomagensi Aruernorum, praesente Pippino rege. Vide *Labbeum* p. 1884.

Conuentus in villa *Duria*, pagi Ripuariensis, sub Pippino rege, mentio in Annalibus Metensibus siue Chronico S. Arnulphi, et in lib. 6. collectionis historicae, apud Canisium tom. II. antiquar. lect.

763. Conuentus *Niuernensis*, de quo idem S. Arnulphi Chronicon. Vide Labbeum pag. 1885.

764. *Wormatiensis*, de quo Annales Fuldenses.

[* Synodus in *Sarug* Iacobitarum a. 765. (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. II.) *Mansi* XII. p. 673. *Mart.*]

765. *Attiniacensis*, apud Attiniacum villam; acta quaedam cum subscriptionibus episcopor. XXVII. et abbatum XVII. *Fabr.* [* Adnotatio ad conuentus *Attiniacenses* duo, *Mansi* XII. p. 664. [in supplem. concil. I. p. 621.] Contra Pagium disputat, qui geminos conuentus *Attiniacenses*, alterum a. 762. alterum a. 765. habitum, distinguendos esse putabat, et vnicum tantum conuentum a. 765. habitum esse ostendit. *Mart.*]

[* Concilium *Aschaimense* sub Tassilone II. a. 763. celebratum, ex cod. Frising. protractum, notisque illustratum a P. *Frobenio Forster*; *Mansi* XII. p. 663–674. *Mart.*] *Forster* commentat. in: Histor. Abhandl. der Bayer. Akademie tom. I. et *Sprengel* in: Geschichte des kanon. Rechts, p. 106. ac paullo post ad a. 772. de concilio Bauarico. *Harl.*]

766. *Aurelianensis*, de quo annales Fuldenses.

[P] 767. Concilium *Gentiliacense*, (al. Salmutiacense,) de cultu sanctarum imaginum, et de sanctissima trinitate. *Fabr.* [* Ad *Gentiliacense* concilium adnotatio chronologica *Mansi* XII. pag. 677. Ad a. superiorem 766. illud reuocandum esse censet. *Mart.*] Conf. *Walch.* in: Entwurf. p. 469. sq. qui etiam praeter alios citat *Calles* annal. eccles. Germ. tom. II. p. 376. *Spanhem.* tom. II. opp. p. 778. et patris sui histor. controu. de processione spirit. Scti, p. 22. *Harl.*

† *Bituri-*

† *Bituricense*, de quo *Labbeus* p. 1886.

[* Concilium *Hierosolymitanum* in caussa SS. imaginum circa a. 767. habitum: *Mansi* XII. p. 679. *Mart.*] it. *Mansi* supplem. concil. I. p. 623. et acta SStor. tom. V. Iul. p. 190. *Harl.*]

† *Stephani III.* papae epistolae: 1. ad Bertradam reginam. 2. et 3. ad Carolum et Carolomannum reges. 4. ad Carolomannum, quo compaternitatis spiritalis officium ipsi offert, apud *Labbeum* p. 1886. *Fabr.* [* Epist. *Stephani* III. papae ad Bertradam reginam et Carolum regem: *Mansi* XII. p. 691. *Mart.*]

[Concilium *Ratisbonense*, in quo Chorepiscopis vetitum, ne episcopalia munia exerceant, (ex capitularibus reg. Fr. l. VII. c. 187.) *Mansi* XII. p. 699. *Mart.*]

A. C. 768. Conuentus apud *S. Dionysium*, in quo Pippinus rex paullo ante mortem regnum Francor. diuisit inter filios suos Carolum et Carolomannum, vt meminit auctor collectionis historicae lib. VI. extremo apud Canisium tom. II. antiqu. lect.

769. Concilium *Romanum* in Lateranensi basilica, de electione pontificis et cultu sacrarum imaginum, in quo duodecim selectos e Gallia episcopos adfuisse, testatur *Anastasius* in vita Stephani III.

[* Concilium *Romanum*, a Stephano papa coactum, in quo Constantini pseudo-pontificis caussa iudicata, et SS. imaginum cultus restitutus est, a. 769. habitum; *Mansi* XII. p. 701. [et in supplem. concil. I. p. 627–722.] Acta huius concilii pleniora et integriora hic exhibentur, prouti e vetustissimo cod. Veron. ea in lucem protulit *Caietanus Cenni* in libro: concilium Lateranense Stephani III. a. DCCLXIX. nunc primum in lucem editum, Romae 1735. 4. cum eiusdem praefatione et commentario praeuio. [Docta quidem, at a partium studio haud aliena eius diss. de concilio Lateranensi vocatur a *Walchio* in: Entwurf. p. 471. §. 58.] Accessere opera Mansi additamenta ad actionem IV. ex epistola Hadriani pontif. I. ad Carolum M. pro defensione concilii Nicaeni II. depromta, p. 721. *Mart.*]

* Decretum synodale *Stephani IV.* papae, ex concilio Lateranensi contra sedis apostolicae inuasores et iconomachos habito, ad editionem Romanam Lucae Holstenii, part. I. p. 257. sqq. addito fragmento ex Ratherii Veronensis epistola 2. apud *Dacherium* tom. II. Spicileg.

770. Concilium *Wormatiense*, ex quo canones nonnulli in capitularibus regum Francorum lib. 6. et 7. [potius fuere comitia imperii solita, iudice *Walchio* l. c. p. 471. *Harl.*]

[* Synodus in *Planitie Dalmatiae*, iussu Stephani papae ad stabiliendam ecclesiarum Dalmatiae hierarchiam celebrata, anno incerto: *Mansi* XII. p. 723. *Mart.*]

771. Concilium *ad Valentianas*, cuius acta nulla exstant.

Edit. Regiae tomus XVIII.

† Epitaphium Hadriani papae, a *Carolo magno* rege compoſitum, vndeuiginti diſtichis conſtans.

† Index et argumenta XLVI. epiſtolarum *Hadriani* papae.

Hadriani papae epiſtolae, ad Carolum magnum tres, (quae apud *Labbeum* ſunt 7. 9. et 10.) deinde vna ad Tilpinum archiepiſcopum Remenſem, ex Flodoardo lib. 2. cap. 17. et alia ad Bertherium Viennenſem metropolitanum, quam habet *Labbeus* p. 1888. Priuilegium monaſterio S. Dionyſii conceſſum. Decretale precum quorumdam epiſcoporum an. 779. Conſtitutio *Caroli magni* regis, ſeu epiſtola generalis de ſcholis per ſingula epiſcopia et monaſteria inſtituendis.

[*] † Aliae Hadriani ad Carolum magnum epiſtolae XV. (Eiusdem ad Conſtantinum et Irenem, nec non ad Taraſium patriarcham cum huius reſponſionibus leguntur in actis concilii ſecundi Nicaeni a. 787.) *Fabr.* [Epiſtolae *Hadriani* integrae, ex cod. Carolino, quarum ſummam tantum dederat Labbeus: *Manſi* XII. p. 757. *Mart.*]

A. C. 772. *Wormatienſe* concilium, a Carolo magno ante bellum Saxonicum ſuſceptum, meminit Chronicon S. Arnulphi. [Sed nulli canones ſunt confecti, teſte *Walchio* l. c. p. 471. ſq. *Harl.*]

Capitulum *de purgatione ſacerdotum* lib. 7. capitular. Francor. c. 205. ad poſterius aliquod concilium pertinet, celebratum Wormatiae non ante a. 786.

Concilium *Bauaricum*, apud Dingoluingam, (Dingelfind ad Iſaram amnem,) ſub Taſſilone duce Bauariae, canones XIV. et de popularibus legibus capitula XVI. Baioariorum epiſcopi VI. et abbates XIII. memorantur. Primus ediderat *Marcus Velſerus* lib. V. rerum Boicarum p. 161. ſq. *Fabr.* Conf. *Winter* in: hiſtoriſche Abhandlungen der Baier. Akad. der Wiſſenſchaft. a. 1807. p. 5. ſqq. de tribus magnis ſynodis periodi Agilolfing. Aſcheim. Dingolfing. et Neuching. De iis controuerſia orta eſt, et comparuerunt: 1) Die drey groſsen Synoden der Agilolfing. Periode, recenſirt von Profeſſ. *von Hellersberg*, in diurn. litter. Zeitſchrift für Wiſſenſchaft und Kunſt, tom. I. faſc. III. p. 177. ſqq. 2) Erſter Nachtrag zu den drey groſsen Synoden, von Prof. *Winter*, Landshut 1808. 3) Nachricht veber die III. genannten Synoden, von Prof. *von Hellersberg*, in memor. Zeitſchrift, tom. I. faſc. IV. p. 103. 4) Zweyter Nachtrag etc. von Prof. *Winter*, Landshut. 1809. de quibus plura leges in: Intelligenz-Blatt zur neuen Oberdeutſchen allgem. Litt. Zeit. 1809. nr. III. p. 33. ſqq. *Harl.*

Epitome canonum, quam *Hadrianus* papa Carolo M. Romae obtulit. Vide, ſi placet, quae notaui ſupra p. 227. ſq.

[* Ad

[*Ad praefationem canonum *Sardicensium* additio, (ex Balleriniorum diss. praeliminari ed. tom. III. opp. Leonis M.) *Mansi* XII. p. 869. *Mart.*]

[An *Romana* synodus a. 774. habita fuerit, et cuius historicas, serioris quidem aeui, narrationes collegit *Mansi* in supplem. concil. I. p. 721. magna lis orta est, qua de re vide *Walch.* in: Entwurf. p. 472. sq. et, quos ille citauit, viros doctos. *Harl.*]

Epistola ad Carolum magnum regem, codici canonum praemissa, quae incipit: *Diuina fulgens doctrina, sceptra praecellit regni.* Acrostichis reddit haec verba: *Domino excell. filio Carulo magno regi Hadrianus papa.*

A.C. 775. Concilium [siue potius comitia imperii,] *in villa Duria,* quum alteram aduersus Saxones expeditionem suscepit Carolus M.

[*Ad concilium *Venetum* a. 775. (quod Coletus dedit,) adnotatio chronologica *Mansi* XII. p. 889. [et Suppl. concil. I. p. 725.] Contra Coletum demonstrat, hanc synodum, si tamen synodus vocanda est populi cum clericis ad eligendum episcopum coitio, non a. 777. quod ille putabat, sed a. 775. celebratam esse. *Mart.*]

776. *Wormatiense,* ante tertiam expeditionem aduersus eosdem Saxones. [Neque hoc fuit concil. sed comitia imperii.]

777. *Paderbornense,* ad stabiliendam Saxonum fidem, memoratur a Gobelino Persona in Cosmodromio. Adde *Labbeum* p. 1889. [*Ad *Paderbornense* concilium anni 777. additio *Mansi* XII. p. 891. *Mart.*] et in suppl. concil. I. p. 725. *Harl.*

779. *Caroli M.* capitulare, anno regni eius vndecimo in synodali conuentu editum. Capitula XXIV. *Fabr.* Idem *capitulare* adfert *Mansi* ibid. p. 893. sed locupletius ex *Muratorii* scriptorr. rerum italic. tom. I. part. I. cum notis eiusdem. *Mart.* Add. *Walch.* l. c. p. 474. qui citat *Baluz.* capitul. tom. I. p. 195. *Murator.* l. c. tom I. part. 2. p. 94. sqq. *Heumann* de re diplom. tom. I. p. 39. et alios. *Harl.*

†780. Concilium *Lippiense* de sedibus episcopalibus in Saxonia erigendis, ex *Alberti Crantzii* Metropoli lib. 1. c. 12. memorat *Labbeus* p. 1827.

[*Synodus *Romana* pro inuestiganda veritate sacrorum Lipsanum S. Candidi ab Hadriano papa anno circiter 780. celebrata: *Mansi* XII. p. 899. [et in supplem. concil. I. p. 727.] *Mart.*]

††circa A. 781. Synodus *Antiochena* de sacris imaginibus, sub Theodorito siue Theodoro patriarcha, ex cuius synodica quaedam [P] adfert Theodorus Studita lib. 2. epist. 294. p. 700. et in antirrhetico secundo p. 124. Harduin. p. 2060.

† A.C. 782. *Coloniae* habitam synodum, cui ipse Carolus M. interfuit, ex Eginhardo Baronius annotauit.

‡ *Ad Lippiam fluuium*, vide *Labbeum* p. 1889.

[° Concilium incerti loci in *Germania*, in quo decreta translatio episcopalis sedis Ratisbonensis ex ecclesia S. Emmeran extra vrbem ad ecclesiam S. Stephani intra vrbis moenia, a. circiter 751. *Mansi* XII. p. 901. *Mart.*]

785. *Hadriani* papae capitula LXXX. collecta ex graecis et latinis canonibus et synodis Romanis et decretis praesulum ac principum Romanorum, traditaque *Ingilramno* Mediomatricae vrbis episcopo, siue potius ab Ingilramno hoc oblata Hadriano papae. Vide *Baluzium* §. 4. praef. ad Antonium Augustinum de emendatione Gratiani, et in notis p. 491. 492. *Carolum le Cointe* tomo VI. annal. Francorum p. 263. seq.

† Antonii Augustini in capitula illa notae.

Paderbornense, ad statum ecclesiarum in Saxonia disponendum. Vide *Alb. Crantzium* in Metropoli lib. 1. c. 9. et lib. 2. c. 23.

786. *Wormatiense* concilium, cuius acta interciderunt. Vide Labbeum p. 1890.

787. *Calchutense* in Northumbria, (al. in Merciorum regno,) a Gregorio Ostiensi et Theophylacto Tudertino episcopis et legatis Hadriani papae, coram rege Aelfuualdo et archiepiscopo Eboracensi Eambaldo celebratum. Canones XX. cum subscriptionibus Aefuualdi Transhumbranae, gentis regis, episcoporum, abbatumque, ducum, comitis et patricii. [v. *Wilkins* concilia M. Britann. I. p. 145. coll. *Mabillon*. annal. ord. Benedict. tom. II. p. 288. *Harl.*]

Editionis Regiae tomus XIX. Labbei VII. et Harduini IV.

Gregorii II. (siue III. potius) papae epistolae duae ad Leonem Isaurum scriptae a. 717. vel 732. graece et latine ex editione Frontonis Ducaei, quam repetit Baronius ad a. 726. n. 28.

[* Adpendix secunda, capitularia regum Francorum, a Steph. Baluzio vulgata, continens: *Mansi* XII. p. 103-150. *Mart.*]

[Edit. Mansi tomus XIII.]

[Concilium *Nicaen.* II. vsque ad actionem III. inclusiue tom. XII. inde a p. 951-1154. continet, continuationem vero tom. XIII. p. 1-820. *Mart.*]

787. Concilium NICAENVM II. quod pro *Septimo generali* venditant plerique, habitum pro imaginum cultu sub Constantino et Irene, actiones VIII. Tarasio patriarcha

triarcha CPol. et episcopis CCCL. subscriptoribus. Acta ex latina *Anastasii* bibliothecarii versione prodierunt in prioribus conciliorum editionibus, [P] etiam prima Biniana. Sed deinde graeca accesserunt in editione romana, duabus Binii posterioribus, regia et Harduini, [Coleti et Mansi.] z) Quae vero praeterea in iisdem vel praemittitur vel subiungitur latina versio, inscribiturque vulgata et antiqua editio, eam, Harduinus obseruauit, auctorem habere *Gybertum Longolium*, qui nomen suum diserte in editione Colon. 1540. fuit professus. In vtraque latina versione desideratur actio octaua, quam graeco-latinae editiones cum noua versione habent: in illa occurrunt *canones XXII.* quos tamen ipsos ex Anastasii versione habemus; habemus etiam in *Beueregii* Synodico tom. I. p. 284. sqq. illustratos scholiis graecis Balsamonis, Alexii Aristeni, Zonarae, etc. De praesidibus huius concilii, et quod a Latinis diu sit reiectum, vide sis *Io. Launoii* epist. VIII. 9. p. 733. sq. et *Petri Allixii* diss. de conciliorum quorumuis definitionibus ad examen reuocandis. Plura testimonia, quae in his actis laudantur, commen-

z) Indicem epistolarum et monumentorum, quae in his actis occurrunt, scriptorumque, qui in illis citantur, dedi vol. IX. huius bibl. pag. 702. sqq. [vbi in not. cc. quosdam VV. DD. laudaui. *Harl.*] Ex iisdem actis petitae sunt sententiae SS. patrum de sacrarum imaginum vsu, apud Enthymium parte 2. Panopliae tit. 19. et seorsim editae cum Guil. Morelli versione Paris. 1562. et in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. p. 725-741. et in bibl. patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tomo XI. Conferendus etiam Io. Damascenus libris de imaginibus, in quos indicem scriptorum exhibui vol. IX. pag. 699. sqq. nec non Theodori Studitae scripta tomo quinto Opp. Sirmondi: et Nicephori CPol. contra iconomachos apologeticus et antirrhetici, de quibus dixi vol. VII. p. 604. sq. Denique libri quatuor Caroli M. de imaginibus, in quos indicem scriptorum habes infra ad a. 794. *Fabr.* Edit. nou. inscripta est: *Augusta concilii Nicaeni II. censura, h. e. Caroli M. de impio imaginum cultu libri IV.* ad primam editionem recudi eos curauit, ac subinde partim emendauit, partim illustrauit, praemissis et sua et primi editoris praefationibus, itemque anonymi cuiusdam dissertatione critica, *Christoph. Aug. Heumannus.* Hanoverae 1731. 8. In longa doctaque praefat. §. 11. demonstrat, a Carolo M. editum esse id opus; §. IV. sqq. de duobus codd. mss. et editionibus late disputat, et potissimum recenset primam eamque rarissimam (quia Pontificii exemplaria huius edit. abolere studuerunt,) editionem, inscriptam: *Opus Caroli M. — contra synodum, quae in partibus Graeciae pro adorandis imaginibus stolide siue arroganter gesta est. Item Paulini Aquileiensis Episcopi aduersus Felicem Vrgelitanum et Eliphandum Toletanum episcopos. —* Anno salutis MDXLIX. 12. et docet, eam Paris. a *Ioanne Tilio* esse curatam, atque *Io. Vogtium* singularem de prima illa operis Carolini edit. dissertatiunculam conscriptam inseruisse Bibliothecae Bremensis tom. VI. p. 520. atque *Th. Hasaeum* doctissimas subiecisse adnotatt. Aeque rara est edit. Colon. 1555. (de qua v. Heumann. pag. 26. sq.) Tertia editio facta est Francof. a *Goldasto* 1608. 8. (de qua vide paullo post in catalogo decretorum imperialium;) Postea idem *Goldastus* hoc Caroli M. opus inseruit *Collectioni* suae *constitutionum imperalium* 1610. et *Goldastiana* in postrema editione, Francofurti 1675. facta, tom. I. pag. 23-144. operis Carolini etc. editio, monstrante Heumanno, ad verbum repetita est, aut nouo tantum titulo in fronte et noua Parei dedicatione instructa: *de imaginibus sacris veterum Christianorum principum, inprimis Caroli M. imperatoris, et Ludouici Pii F. aliorumque statuta. Nunc denuo recensita et in vsum catholicae ecclesiae edita studio Philippi Parei* — Francof. 1628. 8. Denique recenset Heumann. edit. 8. sine nota typographi, loci et anni, (in Germania post a. 1608.) ad editionem primam summa religione expressam, et plura disputat de auctore fatisque illius operis. *Harl.*

commentitia esse et nulla fide digna, atque, vt bene *Pagius* ad A. LVI. nr. 3. agnoscit, ex apocryphorum hausta quisquiliis, pulcre notarunt Dallaeus libris de imaginibus, et *Frid. Spanhemius* in historia imaginum restituta tom. II. Opp. sect. VI. et VII. contra Lud. Maimburgii historiam iconoclastarum, et Natalem Alex. Synodicum tomum a Philoteo CPol. patriarcha septimae synodo suppositum, memorat Allatius pag. 146. de libris Graecorum ecclesiasticis.

Hadriani papae ad Carolum regem, (post concilium Francofurtense a. 794.) de imaginibus scriptum pro synodo II. Nicaena.

[* Sermo laudatorius pronuntiatus ab Epiphanio, diacono Catanae Siculorum provinciae, (ex MS. Veneto;) *Mansi* p. 441. *Mart.*]

[In cod. *Coislin.* XXXIV. qui continet collectiones canonum et alia quaedam, est fol. 33. Definitio synodi Nicaenae II. et fol. 35. verso ***Epistola magnae et oecumenicae synodi Nicaenae ad Alexandrinorum ecclesiam,*** quam epistolam *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 96. sqq. ex illo cod. graece, addita versione latina, publica luce donauit: contra illam quaedam monentur in Memoires de Trevoux, an. 1716. Ian. p. 40. — Ibid. in cod. XXXVII. et CXXII. in *Niconis* collectione locorum scripturae S. scriptor. ecclesiastic. et synodorum, et in alia collect. in cod. CXVII. sunt fragmenta concilii Nic. — Canones Nicaenae II. synodi in cod. CIX. fol. 133. et cod. CCCLXIV. nr. 19. v. *Montfauc.* l. c. pag. 86. 111. 191. 198. 268. 563. et 102. — *Florent.* in cod. Laurent. X. nr. 4. plut. 10. canones illius et aliorum conciliorum; atque in cod. XII. nr. 8. plut. 4. Definitio concilii eiusd. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 478. et 534. — *Vindobon.* in cod. caesar. XLIV. nr. 16. canones XXII. cum adnotatt. antiqui cuiusd. gr. scholiastae; accedit *Tarasii*, patriarchae CPolitani, (qui, instigante Hadriano I. pontifice, auctor fuit concilii illius,) epistola ad S. Hadrianum I. papam contra simoniam, cum subiunctis, eo pertinentibus, decem testimoniis: v. *Lambec.* VIII. col. 872. sq. Kollar. etc. — De concilio hocce et imaginum cultu plura et diuerso modo sunt scripta: a *Caueo* in hist. litterar. SS. eccles. I. p. 649. sqq. a *Douiatio* in praenott. canon. lib. II. cap. 5. §. 11–13. tom. I. pag. 284. sq. ed. Schotti, aliisque, quos adducit *Walch* in: Entwurf etc. §. LXXVI. p. 477. sqq. et in: Grundsätzen der Kirchengeschichte des N. T. ed. III. Schulz. p. 312. sq. Add. *Assemann.* bibl. iuris orient. canon. et ciu. lib. I. cap. V. p. 122. sq. cap. VII. p. 205. p. 353. etc. *Harl.*

[P] *Editionis regiae tomus XX.*

Wormatiense V. in caussa Tassilonis Boioariorum ducis, de quo Rhegino. Confer de hoc Tassilone canonem tertium concilii Francofordiensis a. 794. et notas virorum doctorum ad Eginhartum in vita Caroli magni c. XI. p. 60. seq. clariss. Io. Herm. Schminckii. [Hoc et sequens non fuere concilia, sed comitia imperii.]

A. C. 788.

A. C. 788. Concilium *in villa Ingelheim*, vbi Taſſiloni ſobrino ſuo perfidiae damnato vita a Carolo conceſſa, et permiſſum, vt cum Theodilone filio monaſterium intraret.

Narbonenſe, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum XXV. et presbyterorum ac diaconorum IV. Ediderat *Guil. Catellus* in commentariis hiſtoriae Languedociae, et *Baluzius* ad Petri de Marca lib. VI. c. 25. [v. *Walch* in: Entwurf pag. 481. vbi prouocat ad ſuam Hiſtor. Adoptian. cap. II. ſect. 1. §. 13. *Harl.*]

Britannicum apud *Acleam*, poſt regem Nordanhymbrorum Elfuualdum a patricio Siga occiſum. [v. Wilkins l. c. I. p. 153.]

789. Capitulare ſynodale *Aquisgranenſe*, ſiue edictum Legationis de canonicis inſtitutis, capitula LIX, item alia capitula XXIII. cum XVI. capitulis Caroli magni regis ad monachos proprie ſpectantibus: et aliis capitulis XXI. de diuerſis rebus partim eccleſiaſticis, partim politicis, quibus duo adhuc alia Harduino et aliis praeterita ex codice Thuano ſubiungit Baluzius tom. I. Capitular. regum Francorum pag. 245.

790. *Wormatienſis* conuentus, [ſiue potius imperii comitia,] de quo S. Arnulfi Chronicon.

791. Concilium *Foroiulienſe* a Paulino Aquileienſi congregatum anno XXIII. Caroli regis, in cauſſa SS. trinitatis et incarnationis Verbi. Symbolum fidei. Capitula XIV.

[* *Manſi* praefatio in nouam concilii *Foroiulienſis* editionem. — Epiſtola ſynodalis S. Paullini Aquileienſis epiſcopi, XIII. p. 827. ſqq. Epiſtolam hancce conciliorum editores ad concilium aliquod Altinenſe referunt, a. 802. vt volunt, coactum. Sed Manſi argumentis non contemnendis probat, iſtam epiſtolam ſynodicam eſſe concilii *Foroiulienſis*, omninoque concilium *Altinenſe*, quod iactant, litura obducendum eſſe, quippe quod lectioni tantum vitiatae originem debere videatur. Pro eo enim, quod in vulgatis editionibus legitur, „concilium habitum fuiſſe Altini ſub nomine regis“ cod. vetuſtiſſimus Vaticanus habet: „concilium habitum Alti fuiſſe ſub nomine regis,“ nec poteſt epiſtola iſta anno demum 802. ſcripta eſſe, quum illo tempore Imperatoris titulum iam adſumſiſſet Carolus, quem deinceps ſemper ſibi praetulit, et in omnibus publicis ſcriptis numquam non obtinuit. *Mart.*]

792. *Ratisponenſe*, contra Felicem Vrgelitanum ſiue Orgellitanum in Hiſpania epiſcopum, praeſente Carolo rege.

793. [* Concilium *Hiſpanum*, forte Toletanum, haereticorum Elipando Toletano faventium, circa a. 793. habitum: *Manſi* XIII. p. 857. *Mart.*] — *Walch* in Entwurf p. 482. ſq. *Manſi* in Supplem. concil. tom. I. p. 729. coniecturam, in Hiſpania ſynodum a. 792. in fauorem Adoptianorum fuiſſe habitam, probari haud poſſe, nec in *Florez* Eſpanna ſagrada tom. V. pag. 557. ſqq. in publicatis ſcriptis aliquid reperiri, adnotat, et comparare iubet ſuam hiſtor. Adoptian. pag. 153. ſqq. *Harl.*]

[*Synodus in *Beth Boten* Iacobitarum in caussa formulae alicuius in Liturgia abrogandae, a Cyriaco, Iacobitarum patriarcha paullo post a. C. 793. celebrata: (ex *Assemanni* bibl. orient. tom. II. p. 342.) *Mansi* XIII. pag. 857. [et in supplem. concil. I. p. 729.] *Mart.*]

A.C. 793. Collatio *Verolamii*, sub Offa rege Merciorum, de exquirendo S. Albani Britannorum protomartyris sepulturae loco.

Concilium ibidem, de coenobio S. Albano instituendo.

794. Aliud concilium ibidem, post reditum Offae regis, qui terras S. Albano donat et perpetuum hospitium itinerantibus conuentum instituit. [De hoc et superiore v. *Wilkins* concil. M. Britann. tom. I. pag. 154. 157. et *Cauei* histor. litter. S. S. eccles. vol. I. p. 651. *Harl.*]

[?] *Francofordiense*, in quo 1. *Hadriani* papae ad episcopos Hispaniae contra *Elipandum* episcopum Toletanum, Felicianae haereseos, de Christo adoptiuo tantum Dei Filio, defensorem. 2. Libellus episcoporum Italiae contra Elipandum, decreto concilii missus ad prouincias Hispaniae. 3. Synodica concilii ab episcopis Galliae et Germaniae ad praesules Hispaniae missa. 4. *Caroli magni* epistola ad Elipandum et ceteros episcopos Hispaniae, in qua trium etiam superiorum libellorum mentio. 5. Canones XVI. concilii Francofordiensis, quorum primo haeresis Elipandi et Felicis, secundo synodus Graecorum pro adorandis imaginibus habita reiicitur; tertio de Tassilone, qui canon primus est apud *Baluzium* in capitulari Francofordiensi tom. I. capitularium pag. 263. Vltimo commendatur synodo a rege Alcuinus, ad cuius operum calcem hi canones, sed mutili ante Sirmondi editionem legebantur. Confer etiam Goldasti collectionem de imaginibus p. 62. sq. 6. *Paulini* patriarchae Foroiuliensis epistola ad Heustulfum, qui vxorem suam occidit caussa adulterii propter vnius testimonium. (Meminit *Flodoardus* III. 21. Historiae Remensis, vide etiam *Burchardum Wormatiensem* lib. 6 decreti c. 40.) *Fabr.* Per hoc concilium nomen Francofurti ad Moen. primum in historia innotuisse dicitur. V. *Mabillon* de re diplomat. sect. IV. §. 60. add. *Walch.* Entwurf. p. 483. sqq. et, quos ille citat, *Aguirre* conc. Hispan. tom. III. p. 91. sqq. *Spanhem.* tom. II. Opp. p. 522. *Baron. et Pagii* annal. eccles. tom. XIII. p. 263. sqq. aliosque, et eius histor. Adoptian. p. 130. sqq. *Harl.*

[*Ad concilium *Francofordiense*, contra haeresin Felicianam a. 794. celebratum, additio *Mansi* XIII. p. 859. Insunt subscriptiones e cod. vet. MSt. ap. *Martene* et *Durand* in collect. vett. monum. tom. V. — Authentiam actorum huius concilii nuper admodum impugnauit *Barruel* in libr. Du Pape et de ses droits religieux etc. Paris. 1803. vol. II. p. 402-409. sed dubitationum, quas adtulit, non magna vis est. *Mart.*]

[*Conci-

[* Concilium *Romanum* sub Hadriano a. 794. celebratum pro confirmatione synodi Francofordiensis, Elipando atque Felice damnandis; *Mansi* XIII. p. 859. *Mart.*] et *Mansi* in supplem. concil. I. p. 733. sed concilium istud plane non esse probabile, adfirmat *Walch.* Entwurf. p. 485. et prouocat ad suam histor. Adoptian. p. 141. *Harl.*]

Non plura de synodo Francofordiensi apud conciliorum collectores leguntur: quid, quod a Binio, et in Regia atque apud Labbeum etiam pugnatur pro Baronii sententia minime credibili, qui cetera Francofurtensis synodi acta imaginum cultui aduersa, et praecipue oppositos synodo secundae Nicaenae Caroli magni libros, aa) iussu eius ab Alcuino bb) scriptos, suspectos reddere, leuibus argumentis conatus est. Operae igitur pretium esse existimo hoc loco diligentius recensere, conferendum omnino volumen a Goldasto [P] editum Francofurti an. 1608. 8. hoc titulo: *Imperialia decreta de cultu imaginum in vtroque imperio tam orientis quam occidentis promulgata, nunc primum collecta, recensita et notis illustrata.*

Catalogus decretorum imperialium.

1. *Theodosii II.* et *Valentiniani III.* impp. Constitutio de imagine crucis non ponenda humi, vel non sculpenda aut pingenda temere. A. C. 428. p. 1. Ex codice Iustinianeo lib. 1. tit. 8.
2. *Philippici Bardanae* imp. edictum de tollendis imaginibus, Wernero memoratum Rolevinkio et in synodo CPol. a. 713. vt aiunt, comprobatum, p. 5.
3. *Synodus Nacoliana*, super edicto Gizidi, Arabum principis, de tollendis imaginibus, sub *Theophilo* Natoliae metropolita. A. 726. p. 15.
4. *Leonis III. Isauri* imp. edictum de imaginibus tollendis. A. 726. p. 15.
5. *Constantini VI.* Caballini imp. edictum de tollendis imaginibus. A. 741. p. 19.
6. *Synodus Constantinopolitana,* pro VII. oecumenica venditata a nonnullis aduersus cultum imaginum, celebrata ab eodem *Constantino* imperatore et *Leone* filio. A. 754. p. 23. ex actione VI. concilii secundi Nicaeni.
7. *Synodus Gentiliacensis*, celebrata a *Pippino* rege, de sanctissima trinitate et cultu imaginum. A. 766. p. 53.

Aaaaa 2 8 *Christo-*

aa) Pro illis Carolo M. adserendis, qui zelo Dei et veritatis studio cum conhibentia regni sui sacerdotum, hoc se opus adgressum, et nec cum iconoclastis frangere se imagines, nec cum illorum aduersariis adorare eas se profitetur, vide quae b. D. Io. *Georgius Dorscheus* in collatione ad concilium Francofordiense, Argent. 1549. [1654.] 4. pag. 88. seq. *Christianus Nifanius* in ostensione de Carolo M. non papista pag. 559. et eius vindiciis contra Nic. Schatenium p. 805. sq. *Io. Dallaeus* de imaginibus IV. 3. *Frid. Spanhemius* in historia imaginum restituta tom. II. Opp. p. 826. etc. [add. supra ad a. 787. not.]

bb) Vide, quae ex Houedeni Annalibus ad a. 792. et Westmonasteriensi ad a. 793. *Vossius* lib. 2. de hist. lat. p. 290.

8. *Christophori* et *Nicephori* caesarum edictum de non adorandis imaginibus. A. 775. p. 57.

9. *Leonis IV.* imp. sanctio de non adorandis imaginibus. A. 780. p. 59.

10. Fragmentum siue canones duo *synodi Francofurdiensis* contra haeresin Felicianam et cultum imaginum, celebratae a *Carolo M.* imp. a. 794. p. 61. Huius synodi canones LVI. deinde integriores a Sirmondo atque hinc in conciliorum collectionibus esse editos, iam supra notaui.

11. *CAROLI magni* imp. capitulare de non adorandis imaginibus, libris IV. constans. A. 794. in synodo Francofurtensi publicatum et Hadriano papae missum, oppositumque decreto Constantini VII. imp. et Irenes, synodoque Nicaenae secundae pag. 67–585. ex editione *Io. Tilii*, episcopi Meldensis, qui sub *Eliae Philyrae Christiani* nomine [P] vulgauit Paris. 1548. 8. Sed prodierat iam editio anni 1518. quam in bibl. Bodleiana euoluisse se testatur Reu. noster *Wolfius*, cuius vide notas ad Casauboniana p. 308. Et Flacius narrat, se librum illum legisse in decimo sexto vulgatum. Succedunt inde Notae Goldasti p. 585. Flacii de hoc opere testimonium p. 592. Syllabus auctorum, qui hoc capitulare negare vel oppugnare aggressi sunt p. 597. [v. not. ad a. 787.]

12. *Nicephori I. de Genicis et Stauratii* impp. edictum de non adorandis imaginibus. A. 810. pag. 699.

13. *Michaëlis I. Curopalatae* et *Theophylacti* impp. edictum de Manichaeis et Sergiotis, et de cultu imaginum. A. 811. ex Lucae Siculi historia p. 611.

14. *Leonis V. Armeni* imp. edictum de abrogandis imaginibus. A. 814. ex Michaële monacho in vita Theodori Studitae p. 603.

15. *Michaëlis II. Balbi* imp. edictum de pace religionis et non persequendis iconolatris. A. 821. p. 607. ex eodem Michaële.

16. *Michaëlis* eiusdem et *Theophili* impp. epistola ad *Ludouicum Pium* imp. Rom. de non adorandis imaginibus. A. 824. ex bibl. Petri Pithoei p. 610.

17. *Synodus Parisiensis*, habita a *Ludouico Pio* et *Lothario* impp. de cultu imaginum. A. 825. p. 623. ex eiusdem P. Pithoei bibl. vulgauerat *Iac. Bongarsius* Frfti 1596. 8.

18. *Michaëlis II. Balbi* et *Theophili* impp. edictum de non adorandis imaginibus et sanctorum reliquiis. A. 829. p. 755.

19. *Theophili* imp. edictum de inquirendis et puniendis iconolatris. A. 830. p. 737.

20. *Theophili* eiusdem edictum de non adorandis neque pingendis imaginibus. A. 832. p. 759.

21. *Ludouici I. Pii* imp. Rom. excerptum de cultu imaginum, ex *Claudii* Taurinensis episcopi apologetico, siue potius ex Ionae Aurelianensis aduersus Claudium libris, p. 761.

22. *Bardae Curopalatae* caesaris et synodi Constantinopolitanae decretum de erigendis, sed non adorandis imaginibus. A. 861. p. 772.

23. *Michaëlis III. Porphyrogeniti* imp. Constitutio de non adorandis imaginibus. A. 866. pag. 766.

Syllabus

Syllabus auctorum,

qui in his decretis ab imperatoribus et episcopis aut laudantur aut improbantur, aut etiam explicantur.

ad paginas editionis Goldastinae.

Hactenus Goldasti collectio.

Antequam

Antequam vero ad concilia pertexenda reuertar, iuuat hoc loco inferere etiam diatypofin fiue defcriptionem operis luculenti, quo vir egregius *Steph. Baluzius Capitularia regum Francorum* laudatiffimo ftudio collegit, atque erudita induftria digeffit et illuftrauit, Parifiis 1677. fol. apud Francifcum Muguet, regis et archiepifcopi Paris. typographum. *Fabr.* Rec. Venetiis 1712. 1772. II. tom. fol. v. fupra in hoc vol. p. 252. Noua, eaque auctior et emendatior edit. ad fidem autographi Baluzii, qui de nouo textum purgauit, notasque caftigauit et adiecit — curante *Petro de Chiniac.* Parif. tom. I. 1788. fol. fed fateor, nec me in manibus habere opus, nec fcio, num? et quando? plures tomi lucem adfpexerint. Capitularia a *Manfio* per partes diftributa et tom. XI – XVIII. inferta effe, iam fupra ad a. 687. adnotatum eft. *Harl.* Paris, noua editio abfoluitur duobus voll., quae primam repetunt. Duo alia promiffa nondum edita funt. Editor *de Chiniac* fcripfit etiam: Hiftoire des Capitulaires des rois Français — Paris. 1779. 8. *Beck.*

Tomo I.

Childeberti regis conftitutio a. C. 554. de abolendis reliquiis idololatriae, et de facrorum dierum feftiuitatibus cafte celebrandis p. 5.

Chlotarii regis conftitutio generalis circa a. 560. p. 7.

Praeceptio regis *Guntramni* in concilio fecundo Matifconenfi, (de quo fupra a. 585.) p. 9.

Exemplar pactionis in Conuentu apud *Andelaum,* de quo ad a. 587. p. 11.

Pactus pro tenore pacis regis *Childeberti* et *Chlotarii II.* a. 593. p. 15.

Decretio *Childeberti* regis a. 595. data p. 17. et *Chlotarii II* p. 20.

[¶] *Chlotarii II.* edictum in concilio Parifienfi, (de quo dictum ad a. 595.) p. 22.

Dagoberti regis Capitulare triplex quo circa a. 630. legem *Ripuariorum* (ad ripam Rheni colentium) *Alamannorumque* et *Baiuuariorum* a Theodorico Catalauno Francorum rege pridem conditam poft Childebertum et Chlotarium renouauit emendauitque per viros illuftres Claudium, Chaudum, Indomagum et Agilulfum, p. 25.

Lex Francorum Ripuariorum capita LXXXIX. p. 27. Alamannorum capita XCIX. p. 55. et ex veteri codice Remenfi addita a Baluzio capitula XLIV. p. 85. item alia capitula III. p. 90. Lex Baiuuariorum tituli XXI. capitula CCII. p. 91. De aliis harum legum editionibus dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. c. 10. eiusque fupplemento.

Dagoberti regis praeceptum de epifcopali dignitate Cadurcae vrbis, conlata Defiderio Thefaurario a. 630. p. 141. Indiculus ad Sulpitium archiepifcopum, vt Defiderium benedicat, p. 142.

